Vndecimo † inſtitutis modiſque aliis in ſpecie prouiſum 26 circa Rempublic. à Duce gerendam dicitur, atque Reipubl. ipſius mos circa adminiſtrationem ferret. Quo caſu ſub qualitatibus ſuis translatio dici facte non poteſt, *leg. licet Imperator. verſicul. ſed quid enim ſi aliam rem ff. de legat. 1. l. alumna. in princip. ff. de adi. legat.* Paul. de Caſtro *in conſil. 326. de primo quæſito in 2. dubio. lib. 1.* Iaſ. *in d. leg. licet Imperator. col. penult. in princip.* & dictum habemus *in d. rubric. ff. de lega. 1. n. 57.*

Atque in ſpecie ſubrogationis, eius ius ſilere, quotiens ſpecialiter prouiſum in ſubrogato eſt, ex textu probatur *in leg. Epiſcopale. C. de Epiſcop. audien.* Bartol. *in d. leg. 1. § hæc actio. colu. 2. ver. fallit. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſ. fuer.* Decius *in conſil. 4. numer. 8. verſic. & hoc confirmatur. & in hoc capitu. fina. in fin. de confirmatio vtili vel inutili.*

Idque ex tex. iuuatur *in d. leg. cum in fundo § ſi fundus. ff. de iure dot.* Vbi quamuis loco fundi dotalis ſubrogata pecunia ſit; attamen quia in ſpecie prouiſum circa dotem reſtituendam in pecunia eſt, vt niſi poſt annum reſtitui non debeat, ad ſimilitudinem fundi dotalis non iudicatur, quē reſtitui illico oportet.

Duodecimo † circa ius perſonale nihil quicquam ſubroga- 27 tio valet, cum ad ſucceſſores non ambulet. *leg. quia perſonale. ff. ſolut. matr.* & in ſubrogatione tradit Iaſ. *in conſil. 80. lib. 1.* Sed enim perſonale ius habetur, quod à facto pendet, vt quis cui præferatur, & alium ſedendo, incedēdo ve anteeat. Ruin. *in conſ. 143. num. 19. lib. 5.*

Decimotertio, ſubrogatus (eſto) Florentinæ Dux Reipublicæ Florentinæ dicatur, honoris tamen † ſubrogato habendum 28 tantum non eſt, quantus ei debetur. in vicem cuius ſuccedit, vt Deci. concludit *in cap. ſane. 2. colum. 1. & 2. de offic. delegat.* Quę reſponſio ad ceſſionem etiam à Duce Alphonſo factam perſtringendam non mediocriter confert. Quocirca admitti conſequentiam non oportet: honor habitus à Duce Alphonſo Reip. Florentinæ eſt; ergo eundem haberi & Duci conuenit, qui loco Reipub &c.

Decimotertio † mutatione prioris ſtatus Reip. Florentinæ 29 ita euidenter facta, rerum quoque mutatarum conditio & effectus extinguitur. Atque ideo ſecundum præſentem iudicari eas ſtatum oportet *l. ſi conuenerit § ſi nuda ff. de pignor. actio.* Inde fit, vt perſonæ, reive conditione variata, iura omnia priſtina earum pereant, legibuſque & moribus aliis gubernentur, id eſt, ſecundum ſtatum, qui hodie eſt. Anch. *in conſil. 143 pro domina Paula in 1. in fi.* Idem ex text. oſtenditur *in leg. 3. § quis fideicommiſſariam ff. de hæred. inſtit.* vbi mutatione qualitatis in perſona vel in eadem facta, ius quoque ſucceſſionis mutatur.

Quem tex in ſententiam hanc Anchar. vocat *in conſ. 171. caſus eſt talis, quod dominus Ricobinus col. 2. in fi. verſ. his itaq; ſic præmiſſis.* Ibique tex. etiam pro eadem ſententia nominat *in leg. Paulus. ff. de acquir. hered.* Quid dicendum hic erit, vbi perſona noua interuenit, propter quam difficilius non paulo permitti extenſio ſolet, iuxta not. per Aretin. *in l. Gallus. § non tantum ff. de lib. & poſth.*

Dictum in his ſatis de ſubrogationis iure habemus. Et quia Ducis Ferrariæ aduocatio in argumentis nonnullis confutandis occupatur, quæ oppoſita ex diuerſo narrantur, nonnulla ad confutationem ipſam adiicienda cenſui, & in quantum conſenſu Reipubl. Floren. Dux eius ſtatuitur, cum translatio facta in Ducem ipſum eſt. recte reſponſum arbitror, iuri

quæ-

quicquam transferri à Republ. non potuiſſe; quandoquidem iure ſuo orbata armorum vi erat. *l. ex alieno. ff. de acquir. rerum domin.*
30 Iuri item reſponſio altera congruit, † coactum conſenſum illum fuiſſe; cum ob conſenſum cogi præſtandum poſſet. *leg. metu ſimone. ibique Bald. ff. quod falſo tutore auct.* Duraque vis, aut metus præſumitur, quamdiu metus, & vis cauſa ipſa perſeuerat; id eſt quamdiu is viuit, qui metum intulit, *cap. 1. quod metus cauſa.* Bartolus & alij *in leg. 2. C. eod. tit.* Iaſon *in leg. ſi ob turpem colum. 3. in quarta limitatione ff. de condiction. ob turpem cauſ.* Dec. *in conſ. 219 col. pen. in conſil. 468 colum. 4. & in conſil. 498 colum. 4. poſt med.* Sed enim cauſa eadem terrendi, cogendique durabat, copiis armatorum adhuc inſtructis, & minantibus.

Tertio reſpondetur, ex conſenſu ſimplici conſentientis ius perire, non etiam ex conſenſu ipſo ceſſum, aut translatum in-
31 ris quicquam in alium intelligi. Aliud quippe † conſentire, atque cedere aut transferre eſt. *l. aliud ff. de reg. iur.* Bartol. *in conſil. 211. quidam ſibi filius.* Ancha. *in conſ. 76. per modum conſ. in vltimo dubio.* Alexand. *in conſil. 191. colum. 2. lib. 1.* Corn. *in conſil. 22. colu. 7. verſicu. tertium ex alio. & in conſil. 41. n. 11. lib. 3.* & quidem pluſquam abſurdum fieret, cum debitori pignus diſtrahenti creditor cõſentit, creditoris ipſius iura in emptorem transferri. Id enim conſenſus ſolummodo agit, vt iuri ſuo in re vendita renunciare creditor cenſeatur, ita vt ſecurus moleſtiæ emptor fiat. Iura plane ſua ad emptorem non ambulant.

Quarto reſpondetur, ceſſionem aut translationem iurium expreſſim, ſponteque & libere interueniſſe, nihilo magis obſtatura Duci Ferrariæ erit. Id quia in poteſtate, aut arbitrio Reipublic. Florentinæ non fuit, ius alienum lædere. *l. fin. ff. de pactis. l. non debet alteri. ff. de regul. iuris.*

Etenim vigore etiam ceſſionis Alphonſi Ducis circa ſedendi incedendique ordinem admiſſo; attamen quia non niſi Republ. debitus honor iſte erat, vtpote quæ ſuperiorem non agnoſceret, & quæ ſua, non virtute, aut munificentia aliena imperio nota in ſolo ſuo obtinebat, prærogatiuam hanc honoris transferre in alium non potuit in perniciem Ferrariæ Ducis, quatenus prærogatiuæ huius ratio in eo non verſatur, in quem facta translatio dicitur, ſuperiorem eo recognoſcente, Ducatuſque Imperium Cæſaris beneficio, non iure ſuo ade-
32 pto. Inde dicimus, facultatem † doctori profitenti nõ eſſe, alium non æque idoneum, aut eruditum ad legendi munus auditorum diſpendio ſubſtituendi Bartol. *in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duobus reis & in l. penult. C. de munic. & colo patri. lib. 11.* Bal. *in l. parabolani. C. de Epiſcop. & cleric.* Felyn. poſt Abb. *in cap. 1. colum. 2. de ſumma trinita. & fide Cathol.* Ripa *in l. 2. §. mutuus datio. colum. 3. ff. ſi certum petat.* Pro qua ſententia facere tex. videtur *in l. 1 C. de propoſ. agen. in rebus lib. 12.* Eodem tex. pertinet *in capit. ſtatutum. §. in nullo. in fin. de reſcript. lib. 6 & in clement. 1. de iudic.* quæ duo iura in argumen. ſententiæ huius Deci. vocat *in cap. decernimus. colum. antepenult. verſic. ſecundo reſ. veer. de iudic.* Tradit Corſet. *ſing. 122. volens.* Idque locum haud dubie in ſubrogatione perpetua habet. Deci. *in l. ſi eadem. col. 2. poſt medium. ff. de offic. aſſeſ.*

Quinto reſpondetur, cum perſonale ius hoc eſſe demonſtratum ſit, in ſucceſſorem transferri alium non poſſe, vt iteſtatum ſupra habemus.
33 Quod obiicitur, † Ciuitatibus pluribus, atque nobilioribus Florentiæ Ducem præeſſe, atque ideo anteferendum, *l. 3. ff. ſi quis in ius voca. non ier. l. forum. in princip. ff. de lega. 3. l. Vrbana. ff. de verbor. ſignific. l. fin. C. de peda. iudi. §. deinde. in Authentic. de defenſor. ciui. §. generaliter. in Authentic. conſtitut. quæ de dignitat.* Signorol. *in conſil. 23. in princip.* Roman. *in conſil. 460 in fin. & in conſil. vlt. colum 3. circa med. verſic. ſecundo quia quando.* Caccialup. *in conſil. 4. poſt reſponſa Cardinal. numer. 57.*

Locum habere poſſet, paritate à cæteris interueniente. Cæterum rationes alias plures cum Ferrariæ Duce facere, luculenter monſtratum in ſuperioribus habemus. Rationibus vero pluribus pauciores ſuccumbere palam eſt. *cap. licet cauſam. de probatio. cap. cauſam, quæ de re iudic. capit. ſuper geſtum. de iure patro. capit. 2. de conuer. infidel. gloſſa in §. item vetuſtas. in ver. minuuntur. Inſtit. de hered. quæ ab inteſta. defer.* Freder. *in conſil. 174. quidam.* Roman. *in conſ. 477. colum. 2. in fin.*

Secundo reſpondetur. Rationes plures eſto cum parte facerent; nihilo magis potiorem habere cauſam eius conuenit. Id; quia ratio vnica fortior plures ſuperat. *leg. nam & ſi parentibus. in princ. ibique Glo. ff. de inoffic. teſtam.* Caſſador. *deciſ. 4. in pri. de prob. ſol; 164.* Sed enim potentior cauſa illa antiquioris dignitatis eſt; per ea, quæ verbis pluribus ſcripta initio conſilii ſunt. Idque etiam oſtenditur, quod fides maior † teſtibus ſenioribus, 34
quam iunioribus ſimpliciter habetur, diſtinctione non facta, digniores ſenioribus necne iuniores dicantur. *§. ordinationem. in Auth. de mona.* glo. & doct. *in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.* Iaſ. *in conſ. 102. col. 2. lib. 2.* Idque receptum moribus eſt, vt potior principum cauſa ſit. quorum vetuſtius imperium eſt, tametſi amplior, aut maior poteſtas alterius à Ciuitatibus pluribus ornatioribuſve ſit. Tantundem in dignitatibus inferioribus vſu ipſo compertum habemus. Rei eius exempla obuia quærentibus non pauca erunt. Inde fit, vt pro nobili antiquum accipiamus, ſic, quomodo videre apud Virg. eſt: *Terra antiqua, potens armis.* Ex diuerſo nouus pro ignobili & obſcuro, vt nouus homo, qui nulla maiorum claritate iudicat. Vnde nouum hominem probri vice Ciceronem Saluſtius appellitabat. Quod ſi iſtic ſola antiquitatis potens adeo eſt, quid dicendum habemus, adminiculis tot aliis cum Ferrariæ Duce facientibus? de quibus memoria habita in ſuperioribus eſt. Quandoquidem † admini- 35
culum vnum, vel leue, ſatis ad victoriam habetur, paritate quantum ad cætera adueniſſe, iuxta gl. & doct. *in leg. duo patroni in prin. in ver. auctoritatis ff. de iureiurando* Iaſ. *in conſ. 13. col. 3. verſic. ſic quando probationes lib. 3. & in conſ. 137 num. 2 in fin. lib. 4.* ſatis igitur antiquitas Ducatus Ferrariæ ad argumentum obiectum repellendum erit. Iam & Ducatus ſplendore poſthabito, non antiquam Mediceorum gentem nos dicimus.

Tertio reſpondetur, ſi loca plura nobiliorave ſibi eſſe Florẽ. Dux aſſerit, inde; nobilitatem maiorem deducit, æque à perſona digniore ius ſibi eſſe Ferrariæ Dux contendit, id eſt, à Pontifice Max. Quam rem ad dignitatem maiorem diiudicandam valere, demonſtratum initio eſt. Si à locis maioribus dignitatem maiorem pars meretur: contra à perſona maiore dignitatem quoq; maiorem nos exiſtimamus. In concurſu hoc cauſa prima ſpectanda, vnde dignitas emanat, potius quam ſecunda videtur, paritate etiam in cæteris conſtante. *l. ſi procuratorem in princ. ff. depo. l. ſi id quod. ff. de don. l. tutor datus. ff. de fideiuſ. l. ſi filiusfamilias. in fi. C. ad Macedo.* Inde dicitur, à primordio titulo euentum poſteriorem formari. *l. 1. circa fi. C. de imp. lucra. deſcrip. lib. 10.* Inde etiam Bald. ſcribit *in l. ex placito colu. 1. verſ. duod. ciuis, quia conuentio. & verſ. ſequent. C. de rerum permutat.* actus conſecutiuos à cauſa prima regulari, primamq; materiam in effectu producendo magis, quam cauſam ſecundam ſpectandam.

Id; quia de potentia cauſæ primæ cauſa ſecunda, non per ſe ipſam oritur. Sed enim à cauſa prima, id eſt à ſuperiore antecedente, imperium in ciuitates & ſubditos emanat. Dignitas plane ex Ciuitatum aut ſubditorum claritate, à cauſa veluti ſecunda exiſtit. Itaque ſi nobilior quiſquam ob cauſam hanc ſecundam æſtimatur, longe magis clarior habendus ob cauſam primam erit.

Quarto reſpondetur, † poſteriorem in dignitate ita poni 36
anteferendum, ſi conſuetudine, aut priuilegio maior dignitas poſterior æſtimatur, Ariminen. auctore *in conſil. 95. numer. 64. lib. 1.* Sed enim à facto conſuetudo, priuilegiumq; pendent. Atq; ideo probationem deſiderant. *l. ſi quis. ene ibiq. gloſſ. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* Bartolus *in l. de quibus quæſt. 4 ff. de legib. in ſecunda lectura & in l. omnes populi circa finem. ff. de iuſtit. & iure* & apud nos in *conſ. 134. colum. 2. poſt med.*

At enim tantum abeſt, vt propter plures, maioreſve ciuitates priori dignior is, qui poſterior eſt, cenſeatur, vt receptum vſu ipſo contra ſit, id eſt, potiorem eum habendum, qui prior tempore eſt, per ea, quæ dicta in ſpecie hac atque in reſponſione ſecunda habemus. Eodem ſpectant, quæ ſcripta initio ex Innocent. ſunt *in c. ſtatutum. de maior. & obedient.*

Quod nouiſſime è regione dicitur: In cauſa prouentuq; ampliore poſitum Florentiæ Ducem eſſe, largioresque illi, quam Ferrariæ Duci facultates ſupereſſe, difficile profligatu non eſt. Namque præter reſponſionem ab aduocatione Ferrarienſi accommodatam, locum id in pari cauſa habere: Reſponſio & altera in promptu eſt, ad nouiquas argumentum diuitias pertinere, quæ ad nobilitatem præſtandam, aut coadiuuandam valent. Cauſa aliis opum maiorum eſt, quæ recens obuenerant, Philoſopho auctore 4. *Politic.* De quo Felyn. meminit *in capit. ſuper eo. 2 nu. 5. poſt med. de teſtib.* virtutem item cum diuitiis antiquis ad nobilitatem Guido Papæ expoſtulat *in conſ. 217. in pr.* ex Bar- ba *in l. ſi certum annis. C. de pactis* Idem ex Socino probatur *in conſil. 18. num. 2. inter Curtii ſenioris reſponſa.* Vbi nobiles eos putat, quibus pro-

progenitorum [illegible] diuitiæque aſſistunt, ex Philoſopho in loco memorato. Sic progenitorum antiquas, non recens opes quæſitas, Socinus quoque exquirit. De qua re Bartolus etiam meminit *in l. vnica. in fine. C. de dignitat. lib.* 12. Ad quem modum rem expendendo, argumentum ſuum à diuitiis deſumptum aduocatio Florentina patitur. Siquidem antiquiores non paulo Ducis Ferrariæ diuitias, nec tenues eſſe, palam eſt.

Secundo reſpondetur, coloris pluſculum in argumento verſari, ſi vnde dignitatis ſuæ amplitudinem tueatur, Ferrariæ Duci non eſſet. Cæterum cum ſatis ei pecuniæ, vectigaliſq. ſit, in qua decus, ornamentumque dignitatis ſuæ enutriat, ad rem attinere non videtur, opulentiorem Florentiæ Ducem eſſe, iuxta *illud Plauti: ſatis habet, qui bene vitam colat.* Huc & illud ſpectat: *Atque & genus, & virtus ſine re vilior alga eſt.* Sed nec ſine re genus, virtusque Ferrariæ Ducis, ſuperis aſpirantib. non eſt. Quid enim de magna ei rerum copia abeſt?

Apparet ex his, potius Ferrariæ, quam Florentiæ Ducis in ſpecie ius ſine controuerſia eſſe. Monte regali die 30. Ianuarii 1562.

Pro Sereniſſimo Alphonſo Atenſi, Duce Ferrariæ, Contra Reuerendam Cameram Apoſtolicam.

SVMMARIA.

1 *Ducibus, Marchionibus, & Comitibus plenitudinem poteſtatis, & regalium iura, [illegible] & in ver. inferiorib.*

Inferioribus [illegible] poteſtatis plenitudinem eſſe perpetuam, quorum ius eſt. & in ver. Ducibus.

Marchionum poteſtat [illegible], in principiis eſſe & in verſ. Ducibus inferioribus.

2 *Vniuerſalibus verbis regalium iura concedere & in ver. regalia iura.*

Regalia iura verbis vniuerſalibus contineri & in ver. vniuerſalib. verbis.

Exemplo, verbis vniuerſa [illegible] verſ. quibus non inepte. & in ver. [illegible] alias verba ad principes. (exempla.

Vniuerſalia verba ad principes pertinere. verſic. quod non inepte & in ver.

3 *Vniuerſitate bonorum, aut corporũ nomine maiora quam verba vniuerſalia.*

Futura vniuerſitate bonorum, corporumve accedere. (eſſe.

Futura verbis vniuerſalibus non accedere. & in verſ. vniuerſalibus verbis.

Vniuerſalibus verbis futura non comprehendi & in ver. futura.

4 *Caſtro [illegible] ideo imperiũ ſub eo [illegible] contineri. Amplietur cum ſequem [illegible] etiam verbo non facto.*

6 *Caſtri conceſſione vectigalia [illegible]. & in ver. vectigalia.*

Vectigalia Caſtri conceſſione contineri. & in verſ. Caſtri conceſſione.

7 *Territorium ad [illegible] ſpectare.*

8 *Obſeruationem ſubſecutam [illegible] principem.*

9 *Præſcriptionem temporis antiquiſſimi ad iura non modo regalia, ſed & ſuperiori [illegible].*

10 *Antiquiſſimum. De præſcriptione temporis antiquiſſimi. in ver. præſcriptionem temporis antiquiſſimi. Conſuetudinem nominatam allegatione ſola contineam & in ver. notoriam conſuetudinem.*

Notoriam conſuetudinem allegari ſatis. & in verſ. conſuetudinẽ notoriam.

Iudicem ex officio de conſuetudine notoria inquirere. & in ver. notoria ex officio.

Notoria ex officio per iudicem ſuppleri. & in verſic. Iudex cum ex officio de conſuetudine notoria.

11 *Iudex cum ex officio de conſuetudine notoria inueſtigat, ſolemnia iuris in teſtibus omittit. n. 12. & in ver. teſtium ſolemnia.*

Teſtium ſolemnia [illegible], & citationẽ partis non deſiderari, [illegible] de notorio ex officio iudex [illegible]. & in verſ. iudex cum ex officio.

12 *Feudum ex pacto, [illegible] providentiæ dici, in quo hæredum mentio non ſit.*

13 *Feudum in ſucceſſorum iniuriam non alienari, nec de [illegible].*

14 *Minus id non [illegible], quod ſolidum non aufertur.*

15 *Directi domini conſenſum feudi noxium ſucceſſoribus non eſſe. & in ver. Conſenſum domini. (recti domini.*

Conſenſum domini directi feudi, fraudi ſucceſſoribus non eſſe. & in ver. directi [illegible] domini directi conſenſus ſucceſſoris in feudo [illegible]. & in verſ. Conſenſum domini directi domini conſenſum.

16 *Agnatis in feudo [illegible] ſeruitutem imponendo lædi. & in verſ. feudo ſeruitutem.*

Feudo ſeruitutem in ſucceſſorum detrimentum, non impone. & in verſic. agnatis [illegible] ſeruitutem.

[illegible] feudo in agnatorum perniciem, non imponi. & in verſic. agnatis [illegible] ſeruitutem.

17 *Feudi ex pacto & prouidentia [illegible] inſtitorum iniuriam deteriùs fieri.*

18 *Errorem iudo facti, vel [illegible] oſtendi, quod aliter res habet, tum domini conſenſu excludendi veritatem.*

19 *Errorem [illegible] arguit, quod contra, quam natura admiſit, quid agitur, quoties dubitationi [illegible] in verba poteſt.*

20 *L[illegible] patitur, quam donationem, aut renunciationem præſumi. & in verſ. [illegible] renunciationem vſque adeo.*

Donationem adeo non præſumi, vt [illegible] potius errore præſumatur, & in ver. errorem iuris potius quam Renunciationem vſq. adeo.

Renunciationem vſq. adeo [illegible] præſumi, vt error potius in iure admittatur. & in verſ. donationem adeo [illegible] potius quam.

21 *[illegible] iure probatur, quod aliter in acta eſt, ſe res habet.*

Errorem interpoſitam promiſſionem videri, quoties [illegible] promittendi cauſa non [illegible], præter quam [illegible] promittentis decernat.

Errorem iuris ne quidem [illegible] noxium maiori eſſe, vbicunq. de eo conſtat. verſ. iuris plane errore admiſſo.

22 *Error [illegible] quam facti obſtare. & in verſ. Conſenſum vel.*

Conſenſum vel à iuris errore excludi n. 29. ibiq. ampliatio. & in verſ. errorem iuris conſenſus.

23 *Errorem hoc ipſo eſt [illegible] quod impulſu, aut aſſertione aduerſarii quid agitur, quod iuri non congruit. & in verſ. aſſertione. Mandato.*

Aſſertionem fidem aduerſarii habens errare in eo videtur, quod à iure abhorret. & in verſ. errorem hoc ipſo. Mandato.

Mandato errorẽ præſumi, vbicunq. in eo quoſpiam aduerſario aſſeruerit tradit, quod ius non patiatur. & in ver. aſſertioni fidem errorem hoc ipſo.

24 *Metum à præcepto ſuperioris [illegible].*

25 *Vaſalli delictum, vnde domini maieſtas læditur, ſucceſſoribus ne noceat. & n. ſequentibus & n. [illegible] 32. & ſeq. & in ver. maieſtatis læſæ.*

Maieſtatis læſæ crimen damno ne feudi ſucceſſoribus ſit. n. 25. & ſequentibus [illegible] 32. & ſeq. & in ver. vaſalli delictum.

26 *Indiuiduo feudi [illegible] ob maieſtatem domini offenſum ne ſucceſſorum [illegible] & in ver. maieſtatis læſa. vaſalli delictum.*

27 *Ducatus feudum indiuiduum. & in verſ. feudum Ducatus.*

Feudum Ducatus non diuidi.

28 *Duplicem feudorum indiuiduitatem. & alienandi prohibitionem eſſe.*

29 *Hæredem vaſalli ob defuncti facinus non inquietari, cum moleſtia quid defuncto illatum [illegible] non eſt. & in ver. ſucceſſorem.*

Succeſſorem in feudo ob defuncti ſcelus non turbari, ſi moleſtiam paſſus defunctus non eſt. & in ver. hæredem vaſalli.

30 *Succeſſori domini directi vendictam [illegible] vaſallum non eſſe, vbicunq. defunctus ipſe quoſtus in vita non eſt & in verſ. tranſmiſſione locum.*

Tranſmiſſioni locum in iure vendicta non eſſe. & in ver. ſucceſſori domini.

31 *Sententiam declaratoriam facti, aut criminis admiſſi exquiri, nomina [illegible] iure ipſo priuatio inducitur. & in ver. declaratoria ſententiam iure ipſo.*

Declaratoriam ſententiam neceſſariam, quamuis iure ipſo priuatio inducitur. & in ver. iure ipſo ſententiam declaratoriam.

Iure ipſo priuatione facta, ſententiam facti [illegible] declaratoriam exigi & in ver. declaratoriam ſententiam, ſententiam declaratoriam.

32 *Prælati crimen, vnde domini maieſtas directi offenditur, non niſi dum viuit, eccleſiæ nocere. & n. ſeq.*

34 *Contra, ore tipere eccleſiam debere, quod ſibi non recuſat & in verſ. pati perſonam propriam.*

Perſonam propriam contra ſe non recuſare, quod ſibi contra alios non [illegible]. & in ver. contra ſe pati.

Pati contra ſe debere, quod ſibi ſeruari quiſq. cupit. & in verſ. contra perſonam propriam.

Poſtula id [illegible], contrariũ cui non poteratur verſ. [illegible] & illud ſpectat.

35 *Obiiciendum cui non eſſe, quod [illegible] ſibi obiectum putat.*

Obiici aliis non poſſe, quod neglectus obiectum habet.

Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum ver. eiuſdem generis.

36 *Eccleſiæ [illegible] iniuſtitia eſſe.*

Æqualitatem ſeruanda verſ. æqualitatem ſeruari.

37 *Canonicum ius æquitate naturali fundari. & in ver. ſi æquitate.*

Æquitate naturali Canonicum ius niti. & in verſ. Canonicum ius.

38 *Alii alterius noxiam obeſſe iniquum.*

Patris delictũ [illegible] filio eſſe, æquitati aduerſari. & in verſ. alii alterius.

39 *Alterum non officere, quæ alia inter alios eſt, ibi, ampliatur, & in ver. Rem.*

Rem inter alios actam noxiam alii eſſe ibiq. ampliatio. & in verſ. alii rem.

C[illegible] nocere alii ne obeſſe, quæ alia cum aliis ſit. verſ. quod locum.

40 *Feudum à concedente non ab eo, cui conceditur, ad ſucceſſores pertinere.*

41 *Conſeruatio ſententiam dubio potius, per quam iuris conſeruatio ſequitur. & in verſ. Dubium. interpretatio melior.*

Dubium. In dubio iudicium potius, quod ad iuris conſeruationem attinet. & in verſ. Conſeruationis interpretatio.

Interpretatio potior, iuris vnde conſeruatio deſcendit. & in verſ. Conſeruatio. dubium.

42 *In particulari euentui futuro adiectam ad ſuſpenſionem actus, in euentum illum incertum pertinere.*

43 *Sic particula ſuperiorum aut præcedentium omnium repetitiua, ibiq. [illegible] concluſionem [illegible].*

44 *Operari. Ne quidem ſyllabam vacantem facere. Vberius num. 50.*

45 *Principium quale ſcriptura eſt, talem cum totum accipiendam. & in verſ. Interpretationem ita.*

Interpretationem ita habendam, vt principio diſpoſitionis ſequentia reſpondeant. & in verſ. principium.

46 *Generalem ſermonem à verbis ſequentis reſtringendum, quod ſpeciale eſt declaratiuo, num. ſeq.*

48 *Ratione generali, quod ſpeciale eſt, dictum reſtringi.*

49 *Generalia verba per ſpecialia ſocialem ſequentem reſtringenda, quæ ſub eadem poſita oratione ſunt.*

50 *Operari. Verbum nullum ſuperfluum relinquendum.*

51 *Generalia verba à ſpecialibus reſtringi, vbicunq. frugi nullius forent.*

Genus per ſpeciem non reſtringi, quoties nomin[illegible] quicquam in genere non eſſet.

52 *Generalia à verbis ſpecialibus reſtringi, cum ius ſolutum reſtringendo commune ſit. & in ver. Commune ius.*

Commune ius vbicunq. incolume, verba generalia per ſpecialia reſtringi de ſic reſtrictione [illegible] prohibere. & in ver. generalitas à verbis ſpecialibus.

53 *Damnum in iure quæſito amittendo cadere, tametſi à lucro eius origo exiſtat.*

54 *Damni vitandi cauſam lucro anteſtare. & in ver. lucri ius.*

Lucri ius non peruadeat damni excludendi gratioſum. & in verſic. damni.

55 *Generalem legem reſtringendam, ne lucrum quis per iniuriam auferat.*

Generalem ſcripturam ne ratione, vel tacita reſtringi, ne indebite quiſpiam lucrum ſentiat.

56 *Iniquitatem interpretando fugiendam & in verſ. interpretatio abiiciendo.*

Ino

Interpretatio abiicienda, vnde iniquitas exiſtit.
Interpretationis materia. in ver. dubium intellectus.

57 *Interpretationem contractuum ita faciendam, vt ex fide bona atque æquitate naturali cuncta procedant, & communem loquentium ſenſus omnino reſpondeant. & in verſ. æquitatem naturalem.*
Æquitatem naturalem, & fidem bonam in contractu interpretando ſpectandam. & in ver. interpretationem contractus.

58 *Interpretatio contractus legisve ad viri boni arbitrium referenda. & in ver. viri boni.*
Viri boni arbitrio contractus legisve interpretationem habendam. & in ver. interpretatio contractus.

59 *Interpretationem ſtrictam contractus faciendam. & in verſ. contractus interpretationem.*
Contractus interpretationem ſtrictim habendam, & in ver. interpretationem contractus.

60 *Principis contractum benignius accipiendum. & in ver. contractū Principis.*
Contractu Principis latius interpretandum. & in ver. Principis contractū.
Principis actum à diminutione & malitia omnis alienum eſſe

61 *Contractum ita exponendum, vt contrahentium vterque commodum, & neutri incommodum ſenſiſſe contrahentis videantur.*
Dubium. in dubio id à iudice præſtandum, quod parti onerosum minus vtriq; eſt. verſi. inde eam.

62 *Interpretationem contra fiſcum perinde ac priuatum habendam, quoties capitulo ſcriptur a aliculum nititur, quæ dubia ſit & in ver fiſcus textum patitur. & in ver. lex veterib. Fiſcus textum patitur. de quo in l. veteribus. ff. de pactis. & in ver. interpretationem contra fiſcum l. veterib.*
L. veteribus. communis & fiſco habenda. & in ver fiſcus tex. patitur interpretationem contra fiſcum.
Interpretationem pacti aduerſus eum faciendam, commodum qui ex eo percipit. verſ. atq; vt expreſſimus,
Intellectus l. veteribus ff. de pactis. nu. 62. & ſeq.

63 *Interpretationem eo non verendam, non modo à quo dicta verba ſunt, ſed & à quo prolata eſſe præſumit ibiq; à quo prolata cenſeantur.*

ARGVMENTVM.

Reſponſo iſto patet, quod Sereniſſ. Ferrariæ Dux, licet feudatarius Cameræ Apoſtolicæ ſit, habet tamen regaliarum iura, & poteſtatis plenitudinem, & præſertim ſuper tranſitu ſalis: & eo maxime: cum præſcriptio temporis antiquiſſimi ad iura non modo regaliarum, ſed & ſuperioritatis ipſi proſit.

CONSILIVM DCCCCLXXXIII.

Diuino ſubſidio ex corde poſtulato. Quia cumulatiſſime, & argutiſſime ſcriptum pro Sereniſſ. Alphonſo Ferrariæ Duce, & Domino meo obſeruandiſſimo, contra Cameram Apoſtolicam de tranſitu ſalis eſt; ſingula attingenda non cenſui, ne aliena demum transferere plantaria videar; & ne ad volumen immenſum res abeat. Quare in notulis acquieſcendum nonnullis duxi.

Et primum omnium veriſſimam, atque vulgatiſſimam ſententiam eorum arbitror, à quibus ſcriptum eſt, iure communi
1 † Ducis ipſius intentionem eo ipſo ſubnixam, quod Ducis titulo nitet, & perpetuum Dominium eius eſt, & regaliarum iura & poteſtatis plenitudinem habet; Caſtren. auctore *in conſil. 34. ſuper primo dubio videtur dicendum, quod legitimatio. colu. 3. lib. 2* cum alijs apud nos relatis *in conſ. 135 num. 2.* Quibus Oldra. adſtipulatur *in conſil. 231. & eius, de quo quæritur.* Ang. *in conſ. 217 in cauſa accuſationis. col. pen. verſ. ſicut Imperator.* Cuma. *in conſ. 158. viſis col. 2. ante med. verſ. at ſi primum inſtrumentum forſan non ſufficeret. & in conſil. 162. viſa copia. col. 2. in fin.* Cardinal. *in conſ. 38 num. 3.* Abbas *in conſ 17. col. fi. verſic. datur enim iſtis vicarijs lib. 2.* Rom *in conſ. 59.* Alex. *in conſ. 1. num. 31. lib. 5.* qui in Duce Ferrariæ loquitur. Idem in Duce Ferrariæ, Ruin. probat, *in conſ. 21. nu. 1. lib. 1. in conſ. 126. nu. 2. in fi. lib. 5.* In Duce etiam opi. hanc Iaſ. amplectitur *in l. ex hoc iure. n. 25. verſ. ſecundo habes ex Gloſ. ff. de iuſt. & iur* vbi Caſtr. aſſentitur *in d. conſ. 34.* & idem Iaſ. *in conſil. 1. col. 5. in conſ. 70. col. 2. & col. 3. poſt med. lib. 3. in conſ. 136. col. 8. lib. 4.* Cauſam eandem Marchionis eſſe Iaſ. ipſe ſcribit *in conſ. 235. col. 2. lib. 2.* Ruin. *in conſ. 18. n. 17. lib. 1.* Sed & idem in Comite Ruin. aſſerit *in conſ 187. n. 9. lib. 2. in conſ. 85. n. 2. lib. 3. in conſ. 130. col. fi. & in conſ. 134. n. 8. & ſeq. lib. 5.* In Comite etiam Card. loquitur *in d. cōſ. 38. n. 3.* Idque ex Bal iuuatur *in l. receptitia. col. 1. C. de conſtit. pec.* qui principi magis, quam præſidi ſimiles Comites ait. Cum Caſtr. etiam *in d. conſ 34.* Dec. conſentit *in c. paſtoralis. n. 2. circa fi. verſ. immo quod plus eſt. de appel. in conſ. 191. col. 2. in conſ. 403. n. 6.* & in conſ. alijs apud nos relatis *in d. conſ 135.* Ripa *in l. nemo poteſt. n. 17. ff. de leg. 1.* Socin. Iun. *in conſ. 92. n. 3. lib. 2. in conſ 33. n. 9. in conſ. 126. n. 11. lib. 3.* Natta *in conſ. 24 n. n. 4. in fi.* Rol. *in conſ. 29. n. 24. & trib. ſeq. in conſ. 86. n. 12. & plurib. ſeq. li. 1. in conſ. 91. nu. 16. & ſeq. lib. 2.* Pro qua ſententia Doct. & aliorum turbam ex poſteriorib. D. Proſper Paſelhus conſuluit. Quo magis admiror, aduerſus teſtimonia hæc tam grauiſſima & locupletiſſima Doct. iuxta veterum, ac poſteriorum aduocationem Cameræ Apoſtol. obſtrepere non dubitaſſe.

Secundo vbi iure communi intentio ſubnixa Ducis non eſſet (quod ipſum à veritate abhorrere oſtendimus) Ex conceſſionib. & inueſtituris ſummorum Pontif. translationem eorum factam Ducis ipſius Patroni non obſcure declarant. Idq; & in ſpecie & ex verbis † amplis, & vniuerſalib. quæ ſola ſatis 2
ad iura regalia transferenda eſſe, teſtatum apud nos legitur *in conſ. 209. n. 7. & ſeq.* Quib. non inepte & illud applicatur, Reges etiam & Principes ipſos verbis vniuerſalib. contineri, cum de perſonis puta, memoria habetur, cuiuſcunq; conditionis, & gradus exiſtunt. Gl. non ſpernēda *in cl. 1. in Gl 4. de iudi.* Archidia. *in c. quamuis. de offi. ord. lib. 6.* Geminia. *in conſ. 65. n 8. poſt prin.* Gomeſ. *in proœmio regul. Cancel. q. 4. col. 2. in fi. pag 34* ſed & verbo vniuerſali ſimplici Principem contineri, veluti cum damnum illatum ab aliquo non iri quiſpiam promittit, Gozadi. ſcribit *in conſ. 17. n. 21.* Si ad Reges & Principes apprehendendos verba vniuerſalia valent; longe magis tantundem præſtitura in iuribus ipſis regalibus erunt. *l. 2 ff. de ſtatu homi. l. in pecudum. ff. de vſur. l. iuſtiſſime ff. de ædil. edict. § in pecudum. Inſtit. de rerum diuiſio.*

Tertio monendi ſumus, non paululum inter verba vniuerſalia, & vocabula † referre, quæ vniuerſitatem denotant for- 3
tiora quippe ad comprehendendum verbis vniuerſalibus verba ſunt vniuerſitatem ſignificantia, idq; videre in gregis legato & peculij eſt, quod ad futura corpora trahitur. *l. grege. ff. de pig. l. grege ff. de lega. 1. l. peculiū. in princ ff de lega. 2. l. pē ff. de fundo inſtr.* Atqui non perinde verbis vniuerſalibus, quæ corporum, & iurium vniuerſitatem non dicunt, futura accedunt, vt apud Doct. *in l. 1. ubiq; late ſcripſi n. 1. & ſequentium turba. ff. de leg. 1.* Itaq; vbi ad iura regalia arripienda vniuerſalia ſatis verba non eſſent, fortiora tamen haud dubie verba ſunt, quæ corporum, ac iurium vniuerſitatem ea primunt, veluti cum † caſtrum cui ſimpliciter datur. 4
Atq; ideo omnia veniunt, quæcunq; contineri ſub eo poſſunt, & concedentis in eo erant, merum etiam, & mixtum imperium. Innoc. *in c. ex literis. n. 2. de iure patro.* Oldra. *in conſ. 252. n. 8.* Bal. *in l. 1. n. 12. C. de peda. iudi. in c 1. § idem ſi quis. n. 2. quib mod. feud amit. in c. 1. in prin n. 2 circa fi verſ quarto quia. de capi. qui cur. vend. in conſ. 32. quidam nobilis n. 3 in fi lib. 1.* Scire magis *in conſ. 202. n. 2. verſ. amplius & ſubtilius aduertendum. lib. 2. in conſ. 145. villa. in prin lib. 3.* Roma. *in conſ 444. in dictum caſtrum. in 2. dubio.* Crotus *in rubr. ff. de lega. 1. num. 17.* Rochus Curtius *in tract. de iure patro. in ver. ipſe vel is à quo curſum habuit. q. 23.* Pariſ. *in conſ. 9. n. 19. lib. 1.* Suarez *allega. 6. & ſeq.* Natta *in conſ. 405. n. 2. in conſ. 435. n. 10.* & apud nos *in conſ. 241. col. 11. verſi. iſta tamen reſponſio.* Imperium merum porro, mixtumve inter regalia eſſe, quis dubitat? *c. 1. quæ ſint regal* Suarez *d. alleg. 6. n. 13.*

In quare obſeruandum, iuriſdictionem † caſtri conceſſioni 5
accedere, pertinentiarum etiam verbo non facto, Bar. *in l. 1. § 1. n. 5. ff. de offi. præfect. vrbi. in l. inter eos. ff. de acq rerum domin. l. 2. in prin. ff. de verb. ſign. in l. ſi quādo. in fi. C. de bonis vacan. lib. 10.* Bal. *in l. pen. n. 8. C. de condi in. cr. in l. pen. n. 4. verſi. ex his concludo. C. de bonis quæ lib. in l. fin. n. 48. ante fi. C. de edict. Diui Adri. tollen. in ca. 1. § item ſi quis. nu. 2. quib. mod feu. amit. in conſ. 327. pridie. n. 11. lib. 1. in d. conſ. 145. villa. lib. 3.* Rom. *in d. conſ. 444. n. 7. ver. aut vendita eſt medietas.* Paul. de Caſt. *in conſ. 406. ſatiſfaciendo. in 4. dubio lib. 1. & in conſ. 187. notandum eſt, quod iſta imperialis conceſſio. poſt prin. verſic. & quia iſta eſt noua donatio lib. 2. Deciſio. Neapoli. 122.* Guido Papæ *in conſ. 88. in prin.* Iaſ. *in l. quominus. n. 152. verſ. ſecundo, & fortius ff. de flumi.* Pariſ *in conſ. 20. nu. 29. lib. 1.* Sigiſmun. *in conſ. 24. n. 12. inter feud.* Suarez *d. allega. 6. n. 6. nu 8. & n. 12. circa fi. & nu. 14.* Natta *in conſ. 98. n. 28.* vberius *in conſ. 435. n. 13.* Si ad regalia ſimplex caſtri conceſſio porrigi tum etiam dicitur, cum mentio pertinentiarum non fit, quid in Ducatus inſtitutione dicendum, in qua pertinentiarum memoria habita verbis tam ampliſſimis eſt? Et pedagia † ſimplici Caſtri cōceſſioni cedere Si- 6
giſm. ſcribit *in d. conſ. 24. n. 14.* ex Bal. *in rubr. ff. de rerū diuiſ. n. 11. verſ. ſed hic quæritur.* vbi omnia venire ait, quæcunq; cōi, aut non ſcripto iure cōcedens haberet. Eodē † Bal. ſpectat *in conſ. 306. diſtin- 7
guendū eſt. in fi. li. 4.* Territorij conceſſioni, ſicut vniuerſitatem, dicit ita omnia accedere, quæcunq; vniuerſitatis ipſius ſunt, per not. *in l. Lucius. ff. de fundo inſtru.* & alia apud eum relata. Intra item regalia, cuiuſmodi gabellæ & pedagia ſunt, ad caſtri, aut terræ conceſſionē, aut venditionē pertinere, quæ facta à Principe ſit, Rō. ſcribit *in conſ. 271. in tota.* de quo *in d. conſ. 435.* Natta meminit *num. 12.*

num 11. & num. ſeq. in honorificentiis idem omnibus ſubiicit, ex
Bald. in d. l. ſi num. 48. ante fi. C. de edict. Diui Adria. tollen.
Poſtremo in fundamento hoc, quod ab inueſtituris & con-
ceſſione Ducatus deſumitur, obſeruandum, vbi dubitationis
quicquam circa regaliarum iura ſubeſſet, cum perlucidiſſima
8 res cunctis emicet, in re tamen † dubia interpretationem agno-
ſcendam, quam vſus ipſe inſecutus docuit & docet. Siquidem
nullũ regaliuum genus eſt, quo non Duces ipſi vſi perpetuo
ſint, & in præſens vtantur. Idq; videre non modo in iuriſdicti-
one omnimoda, ſed in vectigalib. omnibus, quæ terra fluminib⁹-
ve penduntur, Moneta cudenda, Metallis fodiendis, Piſcatio-
nib. Bannis reſtituendis, ſalinis, & id genus omnib. obſerua-
tio hæc ſecura, laudatiſſima, atq; optima interpretationum
omniũ æſtimatur. Id; quia ab effectu ipſo deſcendit. l. ſi de inter-
pretatione l. minime. ff. de legib. l. illud. ibiq; Bal. ff. de excu. tut. l. certi iuris. C.
de cad. c. cum dile. in. de conſuet. & alia apud nos aſcripta in conſ. 118.
51. & in conſ. 194 col. 14. poſt med. Cumulatius in reſpon. pro genero, num.
3 7. ibiq; ampliationib. quinq; exornatum id habemus. Inter
quas illud refertur vſq; adeo ad interpretationem eligendã ob-
ſeruationem valere, vt ad rem non attineat; Recta an non ob-
ſeruatio inueniatur. Ad quam ampliationem tex. conducit in l. fi. 4.
deſinit. Quid hic dicendum? vbi rectiſſima vſquequaq; obſer-
uatio hæc apparet, vtpote, cui ius omni ſcriptũ, non ſcriptum,
conceſſionum & inueſtiturarũ verba arridere, atq; aſſentiri o-
ſtendimus Rurſus ſi ad interpretationem præſerẽdam obſer-
uatio prodeſt, etiam quę præſcripta non eſt, verum tẽpore ali-
quo ſolũmodo interceſſit, ſic quomodo in locis apud nos me-
9 moratis legitur. Quid hic † in tẽpore vetuſtiſſimo probandũ?
Quod ſolum ſatis ad iura regalia adipiſcenda prodeſſe, & ca-
nonico, & ciuili iure teſtatum Ducis patrocinium haber. De
quo non parum apud nos in tracta. de antiq. temp. par. 4. nu. 119 q. 4.
Hoc amplius, & ad ea temporis huius præſcriptionẽ conferre,
quæ ſuperioritatis iure cenſentur, Bal. ſcribit in leg. 1. colu. 2. in prin.
v. ſ. & l. rad. eo, quod licet contra. C. ne rei domini. vel tem. pl. Alex in conſ.
2 ... lib. 5 Fely. n. 6 in c. ad audientiam nu. 12. ver vltimo facias re-
gul. ... l. præſcriptio Bald. in tract. præſcriptio. in 2. parte quinta partis. verſ.
Secunda quæſtio 8, verũ ſuperioritat. Alba in conſ. 64. n. 91. ſed & cõtra
ſupremã principis poteſtatẽ præſcriptionem admitti, Doct. nõ
præſentit, qui relati à nobis ſunt in d. tracta. de antiq. temp. parte
4. n. 101 q. 4. Quibus Ruin. accedit in conſ. 21. colu. 2. ante med. lib 1.
Soc. Iun. in conſ. 6. n. 8. lib. 3. Atq; præter recẽtiores, Oldra. his ad-
ſtruitur in conſ. 172. n. 5. in conſ. 244. n. 4. & in conſ. 154. n. 1. & ſeq.
Conſuetudine etiam Ducũ aliorũ, & Ducis ius Ferrarię cor-
roboratur. Quẽ Ducum aliorum, etiam qui maximi eſſent, cõ-
ſuetudine fuiſ, conceſſione nominatim expreſſum Alexandri
Pontificis eſt. At enim regalias has penes Duces & alios eſſe, in
10 manifeſto eſt. Et cũ notiſſima † & in cõfeſſo cõſuetudo hæc ſis,
indigens probationis alicuius nõ eſt. Satis n. allegatio habetur.
Quo caſu de ea ab aliis ex officio iudex intelligit, & apud alios
percũctatur. Innoc. in c. cum inter vos. in fi. de conſuetu. Cy. in l. 1. col. 12.
verſ. ſecundo quæritur. C. quæ ſit longa conſuet. Bal in l. filiusfamilias. §. vete-
rana. poſt med. ff. de procurat. in l. generaliter. n. 2. circa fin. C. de Epiſ. & Cler.
in l. 2. n. 3. C. de ſeruis fugit. vbi ſuperuacuam probationem conſue-
tudinis in notoriis ait; ſiquidem ex officio ea ſupplenda per
iudicẽ eſt. Qua ſententia Anchar. etiam vtitur in conſ. 163. viſis in
1. dubio. verſ. quandoque conſuetudo. Idem Alex. ſcribit in l. 1. n. 3. & ſeq.
C. vt quæ deſunt aduo. Par. in conſ. 14. in prin. lib. 5. Ange. Aret. in §. ex non
ſcripto. n. 26. verſ. quæro an neceſſe ſit, quod conſuetudo probetur. Inſt. de iure
natu. gen. & ciu. Deo. in c. cum. num. 7. de conſtitutio. in conſ. 148. num. 4. in
conſ. 360. eodem n. Soc. Iun. in conſ. 65. nu. 40. lib. 1. & obſeruandum,
11 cum ex officio † de conſuetudine notoria iudex inquirit, teſtes
inuitatos parteq; abſente nec vocata recipi, vt auctor Ant. de
But. eſt in c. fi. n. 67. eo ſi. de conſuetu. Superuacaneam tamen hoc
genus conſuetudinis indagationem aut inquiſitionem arbi-
tror; vtpote quæ nulli comperta non ſit. Ita & ſua, & Ducum
aliorum conſuetudine vulgatiſſima Ferrariæ Dux nititur, exq;
non mediocriter adiuuatur.
Iure hoc Ducis ita affirmato, & conſpicuo ex parte omni fa-
cto; in partem laboris aliorum adiungendum me cenſui. Quẽ
in aduerſis profligandis ſuſceptum video. Et quidem pro telo
inuicto Adriani Pontificis Summi capitulum decimum obii-
ci Cameræ aduocatio credit. Quod infirmum ipſe, atque per-
molle exiſtimo. Rei cuius explicandæ cauſa ſciendum, feu-
12 dum hoc Ducatus † hæreditariũ non eſſe, verũ ex pacto, & pro-
uidentia: ad quod vocati tam Hercules Dux, quam filii, nepo-
tes & deſcendentes eius ſunt. Idq; inculcatũ. Sed nec filii, ne-
potes, & deſcẽdentes ſimpliciter admittuntur, verũ Alphon-
ſus Herculis primogenitus, & deinceps primogeniti alii. Quod
cũ ita ſit, etiam ſi expectationi Cameræ capituli Adriani verba
dilucide, & citra dubitationẽ omnẽ fauerent (quod ipſum ne-
quaquam admittimus, & inferius refellimus) noxiũ Ducibus ſuc-
ceſſoribus nihilo magis id eſſet. Id quia de feudo diſponẽdi ius
in ſucceſſorum † perniciem vaſallus nõ habet, toto titu. de prohi. alie- 13
na feudi per Freder. & per Lothar. c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtitut. Sed nec ob
cauſã neceſſariã primi diſpoſitio ſolet. c. 1. quali. feu. po. alie. & alia
apud nos relata in reſpõ pro Genero, n. 30. vberius n. 69. & qua ratio-
ne ex toto prohibita alienatio eſt, ita & in partem l. qua de tota ff. de
rei vendic. Idq, oſtenditur, quod aliquid de eo legare ne quidem pro
anima licet, ca. 1. in princ. ibiq; Bal. n. 18. de prohi. alienat. feudi per Freder.
Idem Bal. in c. 1. §. donare. quali. olim feu. pot. alie. Iaſ. in l. de quibus. nu. 64.
verſi. tertio ergo aduerte ff. de legib. Rurſus quid ex toto † adimi alicui 14
nequit, nec diminui. l. cũ filius. in fi. ff. de milit. teſta. l quod de bonis. §. fi.
ff. ad l. Falc. l. ſi optio. ff. qui, & à quibus. Bal. in tracta. ſchiſmatis, poſt rubri. C.
ſi quis aliq. teſta. prohi. verſ. 12. n. 2. verſi. præterea videtur expreſſum. Atque
nominatim & in ſpecie feudi, vt lædi ius eius aut minui à Do-
mino fieri directo, aut principe nequeat, ſicut nec auferri, ex
Bal. declaratur in conſ. 326. Rex Romanorũ. n. 9. poſt med. & in cõſ. ſeq. n.
4. lib. 1. Soc. Iun. in conſ. 74. n. 20. lib. 1. Natta in conſ. 408. n. 8. & ſeq. &
cũ ex pacto & cõtractu feudi iura hæc quæſita regaliarum ſint,
ſicut in ſolidũ auferri nõ poſſunt, ita nec limitãdo, aut modifi-
cando minui: Caſtr. in conſ. 285. viſis & ponderatis dictis ordinamentis.
col. 5 poſt med. lib. 1. Eodem ſpectat quod Feli. ſcribit in c. quod ſuper
his. n. 9. verſ. hoc vltimũ de detractione. de maiori. & obedien. Quẽadmo-
dum cõmune ius ab inferiore nõ mutatur, nec tollitur, ita nec
ab eo diminui poteſt. Sed & difficilius quid minui, quã tolli, ex
Glo. oſtenditur in Clẽ. fi. in ver. defenſor. de rebus eccle. non alie. Cardi. in
conſ. 65. n. 3. verſ. & quod actus talis. Quod tamẽ Glo & Cardi. dictũ
proprium nõ puto: in perniciem tamen alienã veriſſimum id ex-
iſtimo, nõ magis diminutionẽ, quã adeptionem totius permittẽ-
dã. Huc & illud † ſpectat, dãno ſucceſſoribus feudi Dõ. cõſen- 15
ſum nõ eſſe, qui ab eo præſtitus in feudo alienãdo eſt. c. 1. de alie-
na feudi pater. Bal. in c. 1. §. hoc quoq; n. 61. ver. 6. concluſio. de ſucceſ. feud. &
alia apud nos deſcripta in d. reſponſo pro Genero, n. 21. 204. & nu. 295.
Neq; mutat, ex voluntate agnati, aut Ducis, qui tunc erat, iu-
ris feudalis attritionem, ſeu extenuationem hanc à Domino
factam; quoniam ſi Domino ipſi permiſſa deceſſio non eſt,
longe minus † agnato aut vaſallo. Quare oneris quicquam in 16
ſucceſſorum necem feudo non imponit. Afflict. in cap. 1. in decimo
nota. n. 54. & n. 97. q. 54. de prohi. aliena. feu. per Freder. & Deciſ. 232. feu-
datarius. & Deciſ. 380 Soc. Iun. in conſ. 33. n. 16. lib. 3. Idẽ ex Glo. com-
probatur in c. 1. ver. alienationes. de capitul. Corra. Abb. in conſ. 91. lib. 2.
Roma. ſingu. 610. ſeu, quod emphyteuta. Alex. in conſ. 18 lib. 5. quod repeti-
tum eſt in conſ. 118. lib. 6. Cremen. ſing. 85. Ruin. in conſil. 67. num. 12.
lib. 5. Iaſ. poſt Bar. & Alex. in l. 3. § ex contrario. col. 16. in fi. verſ. nota dili-
genter ex verbis Bar. ff. de acq. poſſeſ. Capel. Toloſa. q. 461.
Neque dixeris, diuerſum † filiorum, ac tranſuerſalium cau- 17
ſam eſſe, vt filiis facilius, quã tranſuerſalibus derogetur. Quo-
niam vbi ex pacto, & prouidentia feudi ius contingit; eandem
filiorum, ac tranſuerſalium cauſam eſſe, non obſcure, neque
parce in d. reſponſo teſtatum pro Genero habemus, nu. 21. ante
med. verſ. & quod dicitur. Ibique rationem fortiorem in filiis ad re-
tractandum, quam in aliis, monſtrauimus. Quibus Iſer. aſſui-
tur in cap. 1. §. & ſi libellus. num. 7. verſ. ſi vero ex pacto. de alien. feu. pater.
Aluaro. in cap. 1. §. denique. num. 22. verſ. vigeſima ſexta concluſio quæ fuit
prima cauſa beneſi. amitten. Caſtr. in conſ. 173. præſuppoſitis his. in fin. lib. 2.
Aret. in conſ. 14. numer. 12. Afflict. deciſ. 112. num. 2. Collegium Doct.
Bononienſium inter Curtii ſen. reſponſa in conſil. 50. num. 12. verſic. ſed
quia nonnulli poſſent dicere. & num. 12. Curt. ipſe ſen. in conſ. 82. n. 6. & in
conſ. pen. n. eodem. Iaſ. in conſ. 56. col. 5. verſi. ſecundo principaliter. & col. pen.
in fi. verſi. præterea & quarto. lib. 3. Ruin. in conſ. 1. n. 2. in fi. lib. 1. Sigiſm.
in conſ. 1. n. 90 Rurſus in conſ. 132 n. 2. in fi. Natta in cõſ. 470. n. 16. Ro-
lan. in conſ. 2. nu. 141. lib. 1. Quibus Doct. & aliorum teſtimonia
adiecta à nobis ſunt in condimento dicti reſponſi pro Genero, num. 25. ver.
neque tex. mouet.
Secundo, principaliter ad capitulum decimum Adriani Põ-
tificis maximi reſpondetur, vbi ſpeciem controuerſam ad ſen-
ſum Cameræ dirimeret, contra quam inferius declarabitur, ni-
hili id faciendum, vtpote per errorem à Duce admiſſum,
errorem plane nitidiſſimum ſuperiora docent, quibus plus
quã confeſſa facta res eſt, Regaliarũ iura Ducum Ferrariæ eſſe.
Inde

18 Inde quippe † error ducetur, cum aliter quam actum eſt, rem
ipſam ſe habere oſtenditur, etiam ſi in facto proprio error
contingit, cum damnum ſaltem error affert: Barto. in l. *ſed & ſi*
me putem. in princip. ff. de condition. indebi. Alexand. *in conſil* 89.
num. 13. verſic. & eo ipſo quod apparet. libr. 2. in conſil. 69. *num. 12. lib.* 5.
Soc. *in conſil.* 263. *num. 11. lib.* 2. Curt. Sen. *in conſi.* 69. *nu.* 8. Sed &
probationem huncerroris, quod aliter res habet, circa diſtin-
ctionem facti alieni, & proprii, damni & lucri, Calderi. agno-
ſcit *in conſ. 1. de confeſſ.* Abb *in conſ. vlt. an ic ſi lib. 2.* & apud nos *in conſil.*
157 *num.* 8. factum ſane alienum hic vertitur. *l. qui in alterius. ff. de*
reg. iur. Damnum item, id eſt, feudi ſui diminutionem, ex capit.
30. Adriani, Dux ſentit. *l. 3. ff. de dam. infect.* Locum hæc in pri-
mis hic obtinent, vbi ſpacium permiſſum idoneum non eſt,
quo iura ſua ſcrutari, & conſultius rem agere Duci liceret; ſi-
quidem pœnale, & comminatorium ſuperioris præceptum in-
tuemur.

Tertio, inficias ire ſaltem non licet, quod in iure erratum à
Duce fuerit. Iuris quippe error manifeſtarius ex ſuperioribus
19 fit; quib. Ducis ius in regalibus liquet: ex eo item † iuris error
præſumitur, quod contra naturam actus quid fit, vbicunque
dubitatio aliqua verſari in verbis poteſt *l. ſi legati ſeruo. Ibique Gloſſ.*
& Doct. ff. de lega. 1. l. ſi ſtipulatus. verſic. verum. ff. de v. ſer. l. cum mota. C. de
tranſactio. Itaque cum iuri ſuo expreſſim renunciatum à Duce
non ſit; & ſenſus tam varii ad capitulum hoc Adriani accom-
modentur: dicendum habemus, per errorē hoc genus conuē-
tionē interpoſitam, quatenus ad votum trahi Cameræ poſſet.

20 Ex alia etiam iuris error † præſumitur, quod manifeſtam iu-
ris ſui remiſſionem capitulum illud Adriani elius habeat. At e-
nim iuris errorem potius, quam remiſſionem lex præſumit. *l.*
cum de indebito. in prin. iuncta glo in ver ignorantia ff. de probatio. Cuma.
in l. non fatetur. in prin. ff. de confeſſ. in conſ 37. *quidam legauit. in fin.* Ale-
xand. *in conſil.* 80. *in fi lib.* 3 *in conſil.* 164. *in fin lib* 5. Ruin. *in conſil.* 25.
num. 21 *lib.* 1. *in conſil.* 29. *num.* 9 *in conſil.* 167. *numer.* 3. *& column.* 10. *in*
princ. lib. 2. in conſil. 127. *n.* 19. *lib.* 3. *& in conſ.* 67. *num.* 10. *lib.* 5. Perluceida
21 etiam † erroris in iure probatio inde exiſtit, quod aliter res ſe
habet, atq; geſta eſt. Ruin. *in conſ.* 167. *n.* 19. *lib.* 2. *in d. conſ.* 127. *n.* 13.
n. 16. *& n.* 18. *verſ. nec obſtat lib.* 3. Alex. huc ſpectat *in conſ.* 13. *lib.* 1. Er-
rorē in promiſſione eius præſumi, ad quod obligatus promit-
tens non eſt, niſi ſcientia certa docetur. Sequitur *deciſio* Neapolit.
117. Idem Bal. probat *in conſ.* 215. *col.* 2. *lib.* 2. Iuris plane errore ad-
miſſo, perniciosum eum nec maſculo maiori eſſe, nemo ambi-
git. *l. iuris ignorantia. & l. ſequent. ff. de iur. & fact. ignoran.* text. huc
ſpectat *in l. fin. §. idem quaſiut. Ibique Caſtr. ff. de condic. indebi. l. ſi poſt*
diuiſionem. Ibique Glo. Bar. Caſtr. & alii. C. de iuris & facti ignor. Bald. *in*
conſil. 186. *proponitur, quod frater. lib.* 1. Rei cuſnrratio ea eſt, quod
22 conſenſum non † minus iuris, quam facti error excludit. Oldr.
in conſ. 214. *in fi* Bart. & alii *in l. Clodius. ff. de acq hæred.* Alex. *in l.* 1. *C. de*
euid. bon. poſſ. Ruin. *in d. conſ.* 127 *num.* 17. *lib.* 3. & apud nos *in d. reſpon.*
pro genero, n. 27. Quibus in locis, & in cauſa lucri ſcriptum id le-
gitur. Quid in damno hic grauiſſimo?

Quarto, lucrum hic verſari faciouſlis Duci conuentio fu-
tura nihilo magis erat. Idque quia impulſu facta ſuperioris eſt.
23 Namque vbi † propter impulſum aut aſſertionem ſolum ad-
uerſarii quid quiſpiam agit, errore id actum creditur, quotiens
iuri id conuenire non apparet, iuxta not. *in l.* 2. *ff. quan. actio de*
pecul. eſt annalis. Bartolus *in l. 1. in prin. ff. de eo per quem factum erit.* Et
in errore iuris ita Ruin ſcribit *in d. conſ.* 127. *num* 17. *circa fi lib.* 3. De
quo etiam apud nos *in d. conſ.* 157. *n.* 14. Quid autem impulſu ſu-
perioris factam conuentionem dico? immo etiam præceptum
comminatorium & pœnale interceſſit, vt niſi rata intra deci-
mum quintum diem, ex die præcepti numerandum, pacta o-
mnia pro ſe & ſucceſſoribus ſuis omnibus Dux haberet, in cē-
ſuras & pœnas alias ante irrogatas, & coniectas recideret, irri-
24 taque inefficacia haberetur. Quod † præceptum tam grauiſſi-
mum, cuius non vaſallarum animum ſolicitaſſet, & terrore maxi-
mo perculſum reddidiſſet? Quod genus metum non paruū à
lege fieri, tex. docet *in l. fi. §. 1. ff. quod metus cau.* Bar. *in l. ſi ob turpem n.*
4. *ver. & per hos dico. ff. de cond. ob turpem cau. in l. creditor. in fi. ff. de ſol. & in*
tract. de repreſaliis q. 7. Fulg. *in conſ.* 191. *Titium.* & alia apud Dec. relata
in l. in omnibus cauſis. n. 5. ff. de reg. iur. in conſ. 468. *n.* 22. *in conſ.* 498. *n.* 25.
ver. ſed & ad hoc reſpondetur. & in conſ. 690. *num.* 7. *ver. & vlterius, quia ſi*
quid. Iaſ. *in §. quadrupli n.* 67. *Inſt. de action.* ſed & mandatum ſolum
ſuperioris, pœna nulla iniecta, ad metum incutiendum valet,
quotiens reſiſtendi ius veriſimiliter abeſt. Paul. de Caſt. *in conſil.*
7 *n. quia fruſtra n.* 6. *ver. item non obſtante litera lib.* 1.

In metu hoc; quia credibile non videtur hoc genus inter-
minatione ſine cauſa ſuperiorem vti, animo volutabam, vnde
res hæc originem duceret, quatenus facti ſpecies vlterius non
procedit. Sed enim cauſam ita minaciter agendi iuſtiſſimam
non abfuiſſe, ſat; nulla tamen interueniente tanta potuit, quæ in-
commodo Duces afficere futuros potuerit; veluti Domini di-
recti læſa maieſtas fuerat, vbicunque ex pacto & prouidentia
2 *Conditio vbi ad filios vocandos prodeſt, per mutuam inter eos ſubſtitutionem id non intelligi. Limitatur num. ſeq. & in ver. ſubſtitutionem reciprocam.*

Subſtitutionem reciprocam inter filios in conditione poſitos non admitti, quibus caſibus ad eos vocandos conditio valet. ibid. Limitatur nu. ſeq. in ver. conditio vbi.

3 *Extraneorum conditio ne melior, quam deſcendentium ſiat, ad portiones patronorum vocationem filiorum porrigi, qui poſiti in conditione ſunt, ſubſtitutionemque reciprocam inter ipſos induci. & in verſ. deſcendentes.*

Deſcendentes ne extraneis poſtponantur, filios in conditione poſitos ad parentum portiones admitti, reciprocamque inter eos ſubſtitutionem intelligi. ibid. & in verſ. extraneorum.

4 *Tacitum ex[illegible] ſe deceſſerit.*

Tacitam ſubſtitutionem expreſſa infirmiorem ibid.

Accreſcendi ius in ver. ius accreſcendi.

Ius accreſcendi ſubſtitutionem tacitam dici.

5 *Deſcendentium conditionem præcipuam eſſe. Ibique ampliatio, vt verba etiam offendere ob id videat. & in ver. impropriè.*

Impropriè verba accipi, ne melior alicuius conditio, quam deſcendentium fiat. & in ver. deſcendentium.

6 *Copulam in diſiunctiuam deſcendentium cauſa verti.*

Alternatiuam in coniunctiuam deſcendentium gratia accipi.

7 *Abſurdi argumentum vrgere, quoties in abſurdum aliud non cadere.*

Conſequentiam per inſtantem dationem tolli.

8 *Operari. Gratiæ mutus eſt intellectum actum manere, quæ de Iouenis mentem laede. & in verſ. voluntatem hominis.*

Voluntatem hominis lædi grauius, quam inceptum aut conſiſtens actum fieri. & in ver. operari grauius.

Abſurdum fieri hominis, quatis tunc etiam actum fieri verſ. at [illegible].

9 *Certam voluntatem ab incerta tanti abſurdam. & in ver. incertam.*

Incertam voluntatem certa præſtare abſurdum. ibid. & in ver. certam.

Certa pro incertis, incerta non eſſe, ibi. verſ. vnde [illegible].

10 *Ablum enarras, vt aliqui barbet, vocat Hiſpania quid poſſit.*

Interpretationem omnis abſolta, cum ad literam intelligi verba oporteat, quid litera dicat. & in ver. litera.

Litera quid valeat, cum ad literam accipi verba debeat. ibid. & num. ſeq. & in ver. interpretationem omnem.

11 *Mutationem non habendam, quoties ad literam intelligi verba debent.*

12 *Alternatiuam, Si ſine filiis aut ab inteſtato deceſſerit, in coniunctiuam reſolui.*

13 *Alternatiuam in parte vna impleri ſufficit.*

Inteſtatus. De conditione, ſi ſine liberis aut inteſtatus deceſſerit, in ver. alternatiuam, ſi ſine filiis.

14 *Conditione non exiſtente, perinde rem habendam, ac ſi facta omnino diſpoſitio non ſit.*

15 *Prohibitionem alienandi ad inteſtati ſucceſſionem non pertinere. & in ver. inteſtato.*

Inteſtati ſucceſſionem ad prohibitionem alienandi non porrigi. ibid. Limitatur num. ſeq.

Prohibitionem alienandi ad hæredes legitimos ſi[illegible] non ſpectare nu. 15. verſ. eadem ratione. Limitatur num. ſeq.

17 *Prohibitione extra familiam alienandi, in vnum ex familia vel ulteriorem gradum, non inuitis illis alienationem fieri. Ibique limitatio.*

18 *Inteſtatus. Conditionem, ſi inteſtatus aut ſine teſtamento deceſſerit, teſtamento conditionem [illegible].*

Conditionem, ſi ſine filiis [illegible], vocationem eorum reſiſtere. conditione & alia adiecta, ſi inteſtatus aut ſine teſtamento mortem obierit. ibid. & in ver. inteſtatus conditionem, ſi inteſtatus.

19 *Conditionem ad [illegible] prodeſſe, vbicunque neque alias aut otioſa manent. & [illegible] vacua.*

Operari. Ne [illegible] conditio fiat, diſpoſitionem ex ea orni. ibid. & in verſ. Conditio [illegible].

20 *Impoſſibile in ſubiecto eodem actionem & paſſionem concurrere. & in ver. ſubiectum.*

Sui ipſius temporis eodem & creditorem quempiam eſſe & debitorem non poſſe. ibid. & in verſ. impoſſibile eſſe.

21 *Codicillorum [illegible] eandem niſi teſtamento videri.*

Codicillos per teſtamentum, niſi [illegible] contraria declarari. ibid.

22 *Contraria quæ dicantur. & num. ſeq.*

23 *Nullitatem [illegible] appellationem [illegible] cumulari.*

24 *Correctionem voluntatis niſi expreſſam aut ex facto aliquo contrario non induci.*

Renunciationem ex facto contrario ſequi. ibid.

25 *Derogatum per codicillos teſtamento non ex dictione vniuerſali videri. ibid. & in verſ. codicillos [illegible] dictionem.*

Codicillos ad teſtamenti derogationem non trahi, tametſi dictio vniuerſalis aſcripta eis ſit. ib. & in ver. derogatum & ver. vniuerſalem dictionem.

Vniuerſalem dictionem in ſcriptum poſteriore inſertam ad ſcripturæ prioris derogationem non conferre. ibid. & in verſ. codicillos ad teſtamenti derogationem dere[illegible].

Correctionis materiam in ver. derogati [illegible].

Derogationis materia in ver. correctio pertractatur.

26 *Corrigendi animum non intelligi, vbicunque citra correctionem conſiſtere actum poteſt.*

Repetitionem conditionis in legato repetita intelligi, vbicunque citra mutandi animum repetitio facta legati eſt. ibid.

27 *Repetita in ſequentibus præcedentia videri, ne præcedentibus ſequentia derogent.*

28 *Additio. Repetitionem in additione fieri.*

Repetitionem in additione fieri. num. 27. & in ver. additio.

29 *Relatum repetitum in referente videri. & nu. 60. & ſeq. & in verſ. referens.*

Repetita in referente intelligi, quæcunque aſcripta in referente ſunt. ibid. & n. 60. & ſeq. & in verſ. referens relatum.

30 *Reformatio quid, & quid inter eam & additionem interſit. num. 30. & in ver. additionem.*

31 *Reformationem ad caſus reſtringendam, ne quibus facta eſt. & in verſ. reſtrictio.*

Reſtrictio Reformationem ad caſus ſuos reſtringendam. ib. & in ver. reformationem.

32 *Incluſionem conditionis vnius ad excluſionem alterius pertinere. Limitatur n. 36. & ſeq. ad nu. vſq. 44.*

Repetitioni conditionis locum non videri, quoties conditio alia expreſſa in ſpecie inuenitur. ibid. Declaratur nu. ſeq. & num. 34.

Expreſſione [illegible] ſenſu non intelligi, nec expreſſa & ipſa verſ[illegible] [illegible] de in diſpoſitione [illegible]. ibid. verſ. [illegible] qua ratione [illegible] num. 44. [illegible] de quib. num. 32. vſque ad num. ipſum 44.

34 *Codicillorum materiam eſſe, ne præter expreſſa in teſtamento derogent.*

Repetita teſtamenti conditio quando in codicillis dicatur, num. 32. & ſeq. & in ver. codicillis.

Codicillis repetitur quando conditio dicatur, quæ expreſſa in teſtamento eſt. n. 32. & ſeq. & in ver. repetita teſtamenti conditio.

36 *Inducta. Ne fauoris cauſa inducta in odium vertantur, locum regula non habet, de qua in l. nam præter. ff. de indic.*

Conditio, ſi ſine filiis deceſſerit, ad commodum omnino pertinens, granatione, an filios non, qui poſiti in conditione ſunt. ib. verſ. ſed contra.

37 *Repetitione non fieri, quoties eſſ[illegible] cauſa introducta effectum contrarium pareret. & in ver. inducta.*

Inducta. Vtraque ob effectum [illegible] contrarium parerit, locum repetitionem non eſſe. ibid. & in ver. repetitionem [illegible].

Repetitionem admittendam, locum [illegible] non eſſe, [illegible] cauſa conſtituta ad effectum contrarium pertinerent. ibid.

39 *Omnem, dictionem vniuerſalem eſſe.*

Vniuerſalem dictionem generalis [illegible]. ibid. ver. vniuerſalem [illegible].

40 *Vniuerſalia verba expreſſionem [illegible] ſpecialem habent. & in ver. [illegible] ſpecialem expreſſionem.*

Specialem expreſſionem in verbis vniuerſalibus fieri. ib. & in verſ. vniuerſalia verba.

Nominationem, quid verbis vniuerſalibus [illegible]. ib. ver. ad quæ ſententiam.

Regalia iura vniuerſalib. verbis accedere. ib. verſ. ſententia huic. & in verſ. vniuerſalibus verbis.

41 *Vniuerſalibus verbis regalia iura contineri. verſ. ſententia huic. & in verſ. regalia iura.*

Regalium iuriium expreſſionem ſpecialem deſiderari. ibid. ver. ſententia huic. & in verſ. ſpecialem expreſſionem.

Specialem expreſſionem in iurib. regalib. exigi. n. 40. verſ. ſententia huic. & in ver. regalium iurium.

Correctio voluntatis vbi cadere locum regula non eſſe, per incluſionem vniuerſalitatis [illegible] num. 41. & ver. derogatio voluntatis.
Derogatio voluntatis ne ſequatur, nihil regulam fieri, de qua in l. cum prator ff. de iudic. num. 41 & in ver. correctio voluntatis.
Correctionem ex [illegible] ſubauditur non admitti. ibid. verſic. ad quam ſententiam. & in verſ. ſubauditio ſenſibus.
Subauditio ſenſibus correctionem non fieri ibid. verſ. ad quam ſententiam.
44 Voluntatem teſtatoris pro lege haberi & in verſ. teſtatoris voluntatem.
Teſtatoris voluntatem legis vice eſſe. ibid. & in verſ. voluntatem teſtatoris.
45 Mens. Contra mentem diſponentis regulam non procedere. de qua in l. cum prator ff. de iudi.
45 Expreſſum quid generaliter videri. & in ver. generalem ſermonem.
Generalem ſermonem pro expreſſione haberi, in expreſſum quid per ſcripturam geminatam intelligi. ibid. & in ver. expreſſum quid.
Expreſſum quid ex repetitione intelligi. ib. in fi.
46 Obſeruantiae in ſecuta voluntatem dubiam declarare. & nu. 49. & in ver. dubium verum.
Dubium verum ab vſu ſubſecuto declarari. num. 46. & in verſ. obſeruantiā inſecuta.
47 Praxim. A practica veram legum interpretationem deſcendere.
48 Generalia verba reſtringenda oſtendi. & in verſicu. improprie generalia verba.
Improprie generalia verba intelligi, cum reſtringuntur. ibid. & in ver. generalia verba reſtringenda.
Generali ſermone proprie particulares contineri. ibid. & in ver. proprie.
Proprie ſub generali ſcriptura caſus omnes comprehendi, ad quos applicari poteſt. ibid. & in verſ. generali ſermone & nu. ſeq.
50 Productione inſtrumenti confeſſionem & approbationem eorum induci, quaecunque ſcripta in eiſdem. & num 50.
Perſtare contra ſe fruſtra de allu diſſentire num. 50. verſic. verſus.
51 Confeſſionem ſuam fruſtra quem obſtrepere.
52 Confeſſionem, quae ex facto aliquo oritur, et non cedere, quae vere ſit. & in ver. Confeſſionis quid.
Confeſſionem, quae ex facto aliquo percipitur, cum inſtrumentum ea non videri. quae verbis ſit. ibid.
53 Contrarium ipſi ſibi audiendum allegans non eſſe
54 Contrarietate nullam ſententiam fieri. Ibique amplius. & in verſic. nullam.
Nullam ſententiam ob contradictionem fieri. ibid. Ibique amplius. & in ver. contrarietate.
Nullam aut contrariam per legem aut ſtatutum factam ad eam non pertinere, quam contradictio facit. ibid. verſ. eumque vſque adeo.
55 Relatione ſubſtitutionis ad teſtamentum aliud facta, ex referente, an relato ius competat & in verſ. referentes.
Referentes, an relato ius tribuantur, quoties ad teſtamentum aliud ſubſtitutio ſpectat. Verbi gratia, Subſtituo prout in teſtamento talis. ibid. & in ver. Relatam ſubſtitutionem.
Iuxta, dictio quid valeat. ibid. v. berius. num. 65. 67.
Secundum, & iuxta, dictiones vt pro idem eadem eſſe. num. 55. verſ. principio igitur & nu. 64.
56 Relationis eſſe, vt limitet aut reſtringat, cum ad praeteritum & circa idem ſtipendium refertur.
57 Referenti plurium quidquam, quam relato tribui abſurdum. Ibique amplius.
Impropria verba accipienda, ne plus aliquid in referente, quam relato ſit. ibid. verſic. Quin etiam verborum effuſionem.
58 Relatio duplex propria, quae in ſpecie, impropria, quae in genere ſit.
59 Relationem vero & propria, quantum ad omnia, in dubio facienda, ſimilitudo ad ſubiecta [illegible].
60 Relationem ſub qualitatibus ſuis omnibus factam cenſeri & num. ſeq.
62 Forma ad ſubſtantiam rei pertinet, eſſeque ei addit. & num ſeq & in ver. ſubſtantiam.
Subſtantiam rei a forma eſſe. ib. & num ſeq. in verſ forma ſubſtantiam.
63 Secundum formam vim triplicem verborum eſſe. verſ. eodem Bald. attinet.
64 Operari Verbum. ſyllabam vel literam ſuum effectum eſſe leges non permittere.
Subſtituit, verbum ad [illegible] determinatum ſpectare, vbicunque cum verbo id conſtituitur, iuſtitutum eſt. ibid.
65 Referentis ſine relato fidem non ſine & vigorem haberi, quae a referentis ipſius arbitrio pendent. & contra ſecus.
66 Secundum conditionem infra ſcriptam, quod verba polleant. & in ver. intellectum l. pen.
Intellectus [illegible] pen. C. de inſti. & [illegible] ibid. & in ver. referentes ſine relato.
Referentes ſine relato verba extrinſecus, in l. pen. C. de inſti. & ſubſti. ibid. & in [illegible] conditionem.
67 Similitudinem ad naturam reſtituendam.
68 Prohibitionem aliquando extendi, [illegible] [illegible], grata quorum facto prohibitio ipſa eſt
69 Cauſam [illegible] ſpectandam, vnde ſumitur actum tribuendum. & in ver. originem cauſe.
Originem cauſae attendendam, vnde ſumitur actum ferendum. ibid. & in ver. cauſam primam.
Quaeſitum [illegible] adimi. ibi. ver. atque eum lite. & ver. ius quaeſitum & num ſeq amplius.
Ius quae [illegible] & in [illegible] quaeſitum [illegible] num ſeq.
70 Patrem [illegible] [illegible].
[illegible] per alium, niſi ſi pater ſit, [illegible] non fieri. ibid. & in verſ. patrem [illegible].
71 Principium [illegible] [illegible] & in verſ. teſtamentum [illegible].

Teſtamentum a principio non [illegible] ibid. & in [illegible] teſtamenti [illegible]
72 Imperfectam orationem ex verbis ſubauditione perficiendam, ne actus inanis fiat ibique amplius & in ver. ſubauditionem.
Subauditionem verbi principalis in oratione imperfecta admittendam, ne actus pereat. ibid. Ibique amplius. & in ver. imperfectam orationem.
73 Relationem ad ſuperiora omnia faciendam, cum ratio vlla diuerſitatis ſubſit, cur ad proxima magis, quam ad alia non fiat. & num. 5. Amplius num. ſeq. 76.
74 Deſcendentes ab eo, qui charior teſtatori fuit, charioreſ & ipſos alijs fuiſſe credendum. & in ver dilectionem qua.
Dilectionem, quae maior praeſtita ad quempiam eſt, ad deſcendentes ab eo trahendam ibid. & in ver. deſcendentes ab eo
75 Relationem ad omnia habendam quaecunque in eadem oratione poſita ſunt
Relationis tractatus ex verbo etiam repetito percipitur Eadem quippe referendi atque repetendi ratio.
Repetitionis materia in ver. etiam relatio inquirenda. Quibus enim caſibus ad aliqua admitti relatio ſolet, locum eiſdem habere & repetitio videtur.
77 Abſurdi pellendi nomine a ſuperioribus omnia relationem habendam, locus cum alias non eſſet. & in ver Relationem ad ſuperiora
Relationem ad ſuperiora omnia abſurdi vitandi cauſa fieri, quae permiſſa alias non eſt. ibid & in verſ. Abſurdi pellendi.
Relationem ad proxima reſtringendam, ne abſurdi quicquam inueniat. ibid. verſ. per contrarium. & in ver. ab, unde quicquam.
Abſurdi quicquam ne ſequatur, ad proxima relationem reſtringendam. ib. verſ. per contrarium. & in ver. relationem ad proxima.
78 Dilecti minus conditionem meliorem quam charioris eſſe abſurdum & in ver. conditionem dilecti minus.
Conditionem dilecti minus meliorem quam charioris eſſe, rationi non congruere. ibid & in ver. dilecti minus.
79 Dilecti minus cauſa ne potius quam charioris fiat, ad caſum alium ſubſtitutionem porrigi.
80 Dilecti minus conditio vt charioris cauſa ante eſſet, verba vrgeri. & in ver. improprie.
Improprie verba exponenda, ne charus minus dilecto magis auctore Iul. ibid. & in ver. dilecti minus conditio
81 Determinationem imparem non repudiari, quoties dilecti minus conditio charioris [illegible] & in ver. inaequalem.
Inaequalem determinationem non ſperni, quoties dilectus minus charior praeſtaret. ibid & in verſ. determinationem.
82 Dolitis, parte tertia, quamuis ad perſonas certas & natas ſpectet, ad naſcituros tamen pertinere, vbicunque melior eſt conditio, quam charioris expreſſe [illegible]. & in ver. dilecti minus
Dilecti minus conditio melior vbi fieret, ad naſcituros diſpoſitionem trahi, quae ad homines limitata erat. ib. & in ver. [illegible] parte tertia
83 Deſcendentes vnius vocatos hoc ipſo videri, quod parte alia teſtamenti deſcendentes vnius alterius apparent. & in ver partem vnam.
Partem vnam teſtamenti per aliam declarari, verbi gratia, cum loco vno teſtamenti deſcendentes ab vno vocantur, in parte vero alia deſcendentium verbum alterius vocatum ſit, & eos vocatos ibidem tradi. ibid. & in ver. deſcendentes vnius
84 Conditio. Filios in conditione poſitos ſubſtitutos videri ne melior, quam charioris, dilecti minus conditio fiat. & in ver. dilecti minus.
Dilecti minus conditio ne melior ſit, locum glo. non videri in l. Lucius. 2. ff. de haered. inſtit. ibid. & in verſ. conditio filios.

ARGVMENTVM.

Diſcuſſio trium teſtamentorum hic fit, ex quibus vocatio ex conditione ſequitur ad portiones parentū grauatorum reſtricta: vbi, quod qui poſiti in cōditione ſunt, inuicem ſubſtituti inter ſe nō videantur, vt alij alijs ſuccedere debeant. Plura de ſubſtitutionibus ſub conditione, & de teſtamentorum, codicillorumque natura. Aliaq; de voluntate, & mente teſtatoris ſeruanda, & de ſubauditione verbi principalis in oratione imperfecta admittenda, ne actus pereat. & nōnullis de praedilectorū conditione habētur.

CONSILIVM DCCCCLXXXVII.

Divino ſubſidio ex corde poſtulato. Moleſtiam iudicialē in curia iuſtitiae Regni Aragonum a Domino Ibando Coſcone Dominus Triſtandus de Vitca & Donna Franciſca de Herbas de Caſtris Mocotae & Mezalochae patiuntur, quae ex teſtamētis Bertrandi Coſcō ſenioris, & Io. Coſcon ex Bertrando iuniore & filio pronepotis, & ſubſtitutionib. eis [illegible] vēdicantur. Contra rei, iuris quicquā ex teſtamentis memoratis [illegible] nō competere defendunt. Atq; vbi per ea inuitatus dici [illegible] poſſet, [illegible] vocationē eius [illegible] teſtamentū Ioannis primi, & Bertrandi ſenioris nepotis [illegible] teſtamentorum trium diſcuſſio facienda Bertrandi ſenioris, Ioannis pronepotis, & Ioannis nepotis. Qua excuſſione ſedulo peracta, inciſiſſima cōtrouerſia [illegible] In teſtamento, & codicillis Bertrandi Coſconis ſenioris [illegible] verboſiusq; ſcripta vltro citroq; [illegible] nepote quib. [illegible]

cultatis [illegible] igatio poſſit. Cómentatiis igitur eſſuſis omiſſis, argumentis quæ ex teſtamenti codicillorumq; Bertrandi tabulis adeſt prodeſſe non exiſtimo; & primum quidem omnium, opinione iam aduocationis diuerſæ admiſſa, vt ex conteſt. ab ea perpetuis iouitati filii maſculi dicantur, qui poſiti in conditione ſunt; locus tamen vocationi huic in ſpe-
1 cie contrbuerſa eſſe non poteſt: quoniam quibus † caſibus vocatio ex conditione ſequitur, ad portionem parentum grauatorum ea reſtringitur, vt parentibus grauatis, ſeo quique ſubſtitui liberi dicantur, in conditione ſcripti; non etiam ad patruorũ, & tranſuerſalium aliorũ vocatio hæc porrigitur. Alex. *in conſ. 204. col. 1. lib. 1. & in conſ. 167. col. pen. circa med. verſ. quod autem iſta ratio eſſet. ibi, ſed dicere lib. 4.* Soc. *in l. heredes mei, §. cum ita in prin. ff. ad Treb.* Dec. *in conſ. 546. in fi.* Rui. *in conſ. 119. nu. 2. in conſ. 144. nu. 7. in conſ. 179. circa pr. in conſ. 181. nu. 7. ver. ad iſtud reſpondetur. lib. 2. in conſil. 234. nu. 7. poſt prin. lib. 3.* Rimi. *in conſ. 28. nu. 5. lib. 1.* Ripa *in l. Centurio in 166. in fi. ff. de vulga. & in l. 1. nu. 114. circa fi. verſi. vlti. declarandi. C. de pactis.* Alba *in conſ. 87. nu. 12. in fi.* & apud nos *in conſ. 885. nu. 2.* ſed enim ad hereditatem tranſuerſales remotiſſimi actor aſpirat, reſpectu cuius poſitus in conditione non videtur, verum patris ſui cauſa, vbi ad ſucceſſionẽ Bertrandi ſenioris pater eius veniſſet.

Secundo, vbi inuitati filii habentur, qui poſiti in conditio-
2 ne † ſunt, inuicem tamen ſubſtituti inter ſe non videntur, vt alii aliis ſuccedere debeant. Rui. *in d. conſ. 119. nu. 3. lib. 2. & in d. conſ. 234. nu. 7. poſt prin. verſ. præterea vbi filii. lib. 3.*

Secondum hoc, nepotes, pronepotes, & deinceps Bertrandi deſcendentes inuitati viciſſim omnes inter ſe non videntur. Multo minus inter tranſuerſales reciproca hæc ſubſtitutio interpretanda erit, vt inuicem inter ſe aliis alios reſtituere hereditatem teneantur.

Si dixeris, argumentis prædictis locum non videri, vbicun-
3 que res † conſequi abſurda poſſet, vt melior extraneorum, quam deſcendentium teſtatoris, conditio fiat, per ea, quæ ſcripta apud nos ſunt *in conſ. 130. n. 6. & in conſ. 326. nu. 1.* Reſpondetur, impoſſibilem in controuerſia hac vocationem hanc mutuam ad tranſuerſalium ſucceſſionem videri; quandoquidem nó pluſquam vnus vocatus ſemperq; admiſſus ex ſubſtitutionib. inuenitur. Ad vnum quippe reciprocatio non competit; neq; in vno ſubſtitutio conſiderari reciproca poteſt. Pluralitatem enim vocatorum neceſſario reciproca ſubſtitutio exigit. *l. cum hoc iure. ibi, coſ. j. inuicem ſubſtituat. l. Lucius. in prin ff. de vulgari.*

Secundo reſpondetur, reciprocæ etiam ſubſtitutionis neceſſitate & quæſtione omiſſa, ſi actorem vocatum vti agnatum, & ex deſcendentibus Bertrandi ſenioris contendimus, nó niſi ex ea vocatione id intelligi, quæ ex maſculis in conditione poſitis colligitur. Ita ex ea parte ſubſtitutionis inuitatus dici poterit, qua poſitus in conditione eſt. quandoquidem directo vocatus non inuenitur; neque vocatio vlla directa niſi in filiis immediatis teſtatoris legitur: ab eis plane deſcendentes, vt naſcitur inuitari directo, ſeu verbis ad vocationem mox ſpectantib. non ſunt. Vnde niſi ex coniecturis vocatio deſcendentium & in conditione poſitorum non deſumitur. Vocatio plane hæc indirecta, aut ex coniecturis ad eũ caſum neceſſario refertur & reſtringitur, quo ad patrem Ibandi actoris, teſtatoris hereditas perueniret; eo quippe caſu in conditione poſiti à filiis deſcendentes ſunt, quo heredes ſcripti filii apparent. Et quidem ineptum & ridiculum fuerit, deſcendentes eorum in conditione ponere, qui ipſi vocati non ſint: ſiquidem ad grauamen, aut vnius ſubſtitutionis petimendum conditio adducitur, vt ea exiſtente, hoc eſt, ſi ex uxore [illegible] moriente, locũ ſubſtitutio non habeat. Subſtitutio plane, pupillari excepta, quæ exhæredato fit, ad eam non competit, qui ſcriptus hæres non fuerit. Sed n. ad patrem Ibandi actoris Bertrandi hereditas nũquam peruenit; neq; per liberos eius maſculos conditio ſubſtitutionis defecit. Quo nam pacto igitur vocatum actorem dixerimus?

Tertio à fortiori argumentando argu. remouetur. Etenim ſi ad ſubſtitutionẽ extinguendam actoris patris ve eius interuentus non valuit, quominus effectum in deſcendentibus Bertrandi iunioris habuerit, quomodo vocatum ſe affirmauerit? cum ſubſtitutioni ipſi maſculorum ſemper interuentus obſtet, qui poſiti in conditione ſunt, ipſi vero inuitati non perinde di-
4 cantur. Glo. *in l. Lucius. 2. ff. de hered. inſtit.* Quarto, † per abſurdum videtur, plus aliquid ex vocatione coniecturata & tacita, quã ab expreſſa quempiam conſequi. *l. de quib. in fi. ff. de ll. l. quis ad certum ff. locat.* Glo. *in l. item quia. in ver. illata ff. de pactis.* Bal. *in l. tale pactũ. §. qui pro reo cauit nu. 10. in ver.* Imo n. infirmiorem ſubſtitutionem tacitam expreſſa eſſe, ex tex. declaratur *in l. fin. ff. de vulga. l. 2. §. ſi duo ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. l. vbi. §. 1. & §. vero ſecundo. C. de cadu. tollen. auth. hoc amplius. C. de fidei.* Quibus in locis patet, per ſubſtitutionem expreſſam ius accreſcendi ſilere, vtpote tacita in quo ſubſtitutio vertitur. *l. ſi Titio & Meuio. §. Iulianus ff. de leg. 2.* Tradũt Bar. & alii *in l. re coniuncti. nu. 33. in tertia q. ff. de leg. 3.* At n. ſi expreſſim per ſubſtitutionem vocatus Ibandus fuerat, non niſi patre eius facta ſubſtitutio moeniretur, cum non pluſquam vni ſemper aſcripta ſubſtitutio ſit. Multo magis ad patrem eius ſubſtitutio reſtringenda tacita erit, ne maius ei robor, quã expreſſæ impartiamur. Apparet ex his, vocatione etiam deſcendentium admiſſa, qui commemorati in conditione ſunt, ad ſpeciem controuerſam vocationem ipſam non pertinere, vtpote ad eum caſum coarctatam, quo in perſona patris actoris effectum ſubſtitutio haberet: enim ineptam alias conditionis adiectionem oſtendimus. Sed obiecturus adhoc quiſpiam erit, abſurdi argumentum ex ſuperioribus non tolli, vt extraneus, qui nouiſſime vocatus per codicillos legitur, deſcendentibus teſta-
toris † præferatur, quorum cauſa conditionem tacitam ad extraneum remouendum ſubaudiendam lex cenſuit, de qua *in l. cum auus. ff. de condit. & demonſt. l. cum acutiſſimi C. de fideic. l. generaliter. § cum autem. C. de inſti. & ſubſtitu.* text. huc ſpectat *in l. ſi vnquam C. de reuoc. do. don. §. fi. ibi, ne hi qui ex tranſuerſa linea veniunt. Inſt. de here. quæ ab inteſt. defer. l. ſcripta ff. vnde vi.* ſed nec Principis voluntas eſt, vt ab hereditate aſcendentis deſcendens repellatur. *l. ex facto. ibiq. Alex. num. 18. ff. de vulgar.* 5

Hoc amplius, verba † offendi tolerabilius legi viſum, quam 6
vt melior extraneorum conditio, quam deſcendentium fiat. Qua ratione in copulam disiunctiua vertitur. *l. Lucius. 2. ibique Glo. 1. ff. de hered. inſti. l. ſi is qui 200. §. item ſi pater. ff. de rebus dub. & l. generaliter. in prin. C. de inſt. & ſubſt.* Idem econtrario, vt in diſiunctiuam deſcẽdentium gratia copula transferatur. Aret. *in l. Gallus. §. 1. col. 2. in fi. verſ. ſecundo videndum ff. de lib. & poſth.* Reſpondetur, ſiquidem abſurdi huius excludendi cauſa vocationem deſcendentium ad ſpeciem controuerſam extendimus, neque ad eum caſum reſtringimus, quo ad parentes eorum bona peruenniſſent, ita vt ad caſum omnem ſubſtitutio, aut vocatio eorũ trahatur, quo ad alienos ambulare bona poſſunt, in abſurdum tum aliud per interpretationem, aut extenſionem hanc rem incidere, vt perſpicua, & manifeſta Bertrandi teſtatoris voluntas lædatur, vt melior deſcẽdentium remotiorum, quam filiorum primi gradus conditio fiat: filios enim primi gradus collectiue omnes Bertrandus non vocauit, at vnum ex eis, qui natu maior eſſet, ita ordine ſucceſſiuo qui natu minores eſſent, inuitari legitur. Enimuero interpretationem hanc admittendo, abſurdum non remouetur: quoniam ſexus virilis deſcendentibus pluribus interuenientibus, vna pariter omnes admitterentur, quatenus numero plurali poſiti in conditione ſunt. Eapropter
premere † arg. non videtur, quo ad abſurdum res ducitur; quandoquidem interpretatione diuerſa agnita, & deſcendentium numero extante, non poſſit res in abſurdum non cadere. *l. ſi a voluntario. verſ. quod ſi abſurde. ff. ad leg. Aquil.* Rurſus ad abſurdi conſequẽtiam euitandam illud ſufficit abſurdi alterius inſtantiam allegare. *§. p. cum eum ibi, nam & ipſi idem faciunt. Inſtit. de rerum diuiſ.* Gl. pen. *in l. creditore. ibique Iaſ. nume. 7. eiuſdem generis tex. reſertur. ff. de oper. nou. nunciat.* 7

Secundo, abſurdi argu. à fortiori colligendo, ita refellitur.
Minus † abſurdũ lex exiſtimat, vt momenti nullius actus fiat, 8
quam contra voluntatem teſtatoris quid ſequatur. *l. verbis ciuil. ibique Iaſ. in ſexto not. poſt Alex. & Aret. ff. de vulga.* Dec. *in l. 1. a contrahẽtibus in fi. ff. de reg. iur.* Curt. iun. *in conſ. 70. nu. 9.* Gozadi. *in conſ. 78. nu. 14.* Atqui abſurdum lex ſuſtinet potius, quam caducus actus aut irritus fiat. Feli. *in c. poſtulaſti. col. 10. in pr. ſub nu. 7. ante med. verſ. certe tex. hic. de reſc. & in c. ſignificaſti num. 13. verſ. ab hac fallentia excep. de foro comp.* cum quo Mar. conſentit *in rub. C. de proba. nu. 25. verſ. quin imo ducit multũ notabiliter.* Voluntatem plane teſtatoris hic offendi, vocatione poſitorum in conditione ad interpretationẽ diuerſam recepta, non obſcure liquet, ſiquidem maſculi oẽs in conditione poſiti vna ſimul admitterentur, cũ non plus q̃ apud vnũ bona eſſe, teſtator ſenſerit. Magis igitur erit abſurdũ hoc cõtra deſcendentes pferri, q̃ vt voluntas ipſa apertiſſima Bertrandi teſtatoris lędatur. Tertio reſpondetur, certã, claramq; teſtatoris voluntatẽ conſtare, ne oẽs pariter admittãtur, q relati in cõ-

Digitized by Google

ditione ſunt, cum non plus, q̃ ad vnum bona peruenire filio-
rum voluerit, gradatim eos pro ætate mutando. Cæterum q̃
ad diſpoſitionem, & vocationem conditio valeat ſubſtitutio-
nibúſ ſcripta, hoc vero niſi ex coniecturis nõ colligitur. Certa
porro, & perſpicua voluntas ipſa ad vocationem eorum non
apparet, qui per conditionem nominati ſolummodo legun-
9 tur. Quod cum ita ſit; An non abſurda magis † res fuerit, po-
tiorem certa, incertam voluntatem habere? *l. non quemadmodũ. ff de iudic. l. cum Titio. ff. ad l. Falcid. l. cogi. §. idem quæri. ff. ad Trebell.* & a-
lia exempli huius apud nos collecta *in reſpon. pro Genero, nu.* 349.
Quo loci & vulgatiſſimum id ſpectat, coniecturis locum in
re manifeſta non eſſe. *l. quoties. §. ſi duo. ff. de hered. inſtit. l. quod conſtitutum. ibi que Bar. ff. de milit. teſta. l. in his. ibique Caſtr. & Soc. ff. de condi. & demon.* & alia eodem ſpectantia, de quibus in reſpon. prædicto
nu. 282. Inde vulgo dictant, non eſſe certa pro incertis mutan-
da. In q̃ ſententiam non inſcite Plaut. ait, *certa amittimus, dũ incerta petimus.* Et obſeruandũ, rationes memoratas, q̃ ad abſurdi ar-
gumentum reſoluendum allegantur, non tam ad vocationem
poſitorum in conditione ad caſum ſuum coanguſtandam, vt
ſupra, quam ad eam omnino excludendã, pertinere. Quæ ſen-
tentia argumento & alio haud molli confirmatur, quod ea le-
10 ge Regni ipſius † Aragonum ducitur: *Ablen abanto & caglem barbes.* Quæ Hiſpanica verba idem ac Latina valent, locum inter-
pretationi non eſſe, verum ad literam, vt poſita ſunt, verba ac-
cipienda: quo caſu litera exponitur, quæ oculorum ſenſu, non
mentis iudicio cernitur. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de his quæ in teſta. delen.* Neq; ex-
tenſio tunc de ſimilibus permitti ad ſimilia ſolet. Bal. *in l.* 2. *n.* 8.
C. de patrib. qui fil. diſtra. Alex. *in l.* 1. *num.* 47. *verſ. ſecundo fallit ff. de offic.*
nu. Corn. *in conſ.* 224 *col.* 5. *lib* 2. *in conſ.* 276. *col.* 5. *poſt med. verſ. & tale*
ſtatutum lib. 4. Iaſ. *in conſ.* 205. *nu.* 3. *lib.* 2. Dec. *in l. quamuis nu.* 3. *circa fi.*
C. de impub. vbi interpretationem abiiciendam omnem ait, quæ
ex litera non percipitur. Litera plane accipitur, prout intelligi
à vulgo ſolet. Bal. *in l. omnes populi n.* 25. *ff. de iuſti. & iur.* Iaſ. *in d. conſil.*
205. *nu.* 3. Cur. iun. *in conſ.* 6. *nu.* 7 *circa pri. in conſ.* 47 *nu.* 3 *in fi.* Natta
in conſ. 52. *num.* 9. Sed enim vocationem hanc in ſpecie contro-
uerſa certe litera non oſtendat, neque eam vulgus agnoſceret.
11 Sed † nec mentis rationem in ſtatuto huiuſmodi habendam,
quo ad literam accipi verba debent, verum proprie & citra in-
tellectum omnem ſubauditum in ea exponenda, neq; ex priori-
bus poſteriora, viceq; contraria, ex ſequentibus præcedentia
declarari. Signo. viſum *in conſ.* 10. *n.* 5. Bruno *in tract. de mulieribus,*
art. 5. *q.* 29. *in fi.* quamuis ad mentem, quæ certa videatur, id non
pertinere Bar. ſcribat *in l. non dubium. nu.* 5. *in fi. C. de ll.* Alex. *in conſil.*
89. *nu.* 18. *li.* 6. Corn. *in conſ.* 324. *col. pen. lib.* 3. Cur. ſen. *in conſ.* 9. *nu.* 25.
poſt med. Certam hic ad vocationem mentem non eſſe, non ob-
ſcure ſuperiora teſtantur; quibus econtrario à vocatione alie-
nam mentem oſtendimus, quod vna omnes pariter deſcen-
dentes admitterentur, ſicut vna omnes ſimul poſiti in con-
ditione ſunt. Sed & planius & expreſſim magis vocationi ipſi
Bertrandi ſenioris mentem refragari, mox declarabitur.

Secundo, principaliter eam Bertrando ſeniori volũtatem nõ
fuiſſe, vt deſcendentes maſculos inuitaret, quos in conditione
nominauit, ea conditione illa demonſtratur, *ſi ab inteſtato deceſ-*
12 *ſerit.* Conditio † enim gemina eſt, diſiunctimq; inſerta, *ſi ſine filiis maſculis, aut inteſtatus mortuus filius heres erit*: quæ alternatiua iu-
re quidem communi in coniunctam ea mente teſtatoris ver-
titur, ne ſi proprie intelligatur, deſcendentibus ſubſtitutus ex-
traneus præferatur. *d. l. Lucius.* 1. *ibique Gl. ff. de hered. inſtit. d. l. ſi is qui*
200. *§. item ſi pater. ff. de rebus dub. d. l. generaliter. in pri. C. de inſtit. & ſubſt.*
Per legem plane Aragonum propterea tunc alternatiuam intel-
ligendam, cum teſtamentum editum à Bertrando eſt, in facto
proponitur: atque ideo inteſtato herede vita cedente, locus
13 ſubſtitutioni erat, cum ſatis eſſet, † in parte altera diſiunctam
impleri. *l. ſi hered. plures. ff. de condi. inſtit. l. ſi is qui* 200. *§ verum. ff. de rebus dub. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit in ſin. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille. ff. de verb ſign. §. pen. inſtit. de hered. inſtit. reg. in alternatiuis. lib.* 6. *de reg. iur.* Ita
abſurda res & iniqua conſequebatur, vt ſatis eſſet ad deſcen-
dentes ſubmouendos, & ſubſtitutum vel extraneum præferen-
dum, inteſtatum heredem grauatum vita decedere, vt ſuper-
ſtites ei liberi eſſent. Quam abſurditatem Alex. etiam attendit
in conſ. 102. *num.* 5. *li.* 7. Idcirco emendata poſtea abſurditas hæc
per legem aliam Regni ipſius Aragonum dicitur, vt in copu-
lam diſiuncta, ita vt iure conſtitutum communi eſt, tranſeat.
Neceſſariam ipſe tamen emendationem huiuſmodi non pu-
tarem, niſi de facto vim ſuam in ſpecie propoſita retineret. Ita-
que cum in copulam alternatiua exponatur, teſtamenta quæ
condita ab heredibus grauatis inueniuntur: conditionem e-
uanuiſſe † ſubſtitutionum apparet. Quo caſu perinde res eſt, 14
ac ſi ſubſtitutio vlla facta prorſus non ſit. *l. nemo quo. §. ſ. tibi; & nuptiis non ſecutis ipſo iure euane, cit ſtipulatio. ff. de pactis. l. potentem ibi; perinde eſt enim. & ibi Caſtr. & alii ff. ſi cer. pet.* & alia apud nos colle-
cta *in conſ.* 62. *nu.* 3. *in conſ.* 170 *nu.* 8. *& in reſponſo pro genero, nu.* 391. *&*
nu. 395. Hoc amplius, etiam ſi diſiunctiua legis regni emollita non
eſſet, atque interioique & de facto vigorem ſuum alternati-
ua obtineret, locus nihilomagis ſubſtitutionibus eſſet, quate-
nus neutra pars impleta alternatiuæ eſt, ex teſtamento & li-
beris virilis ſexus ſuperſtitibus Bertrando iuniore teſtatoris fi-
lio, & Ioanne vtroque vita functis.

Hoc ita præſuppoſito, vt teſtamento facto, conditio defi-
ciat, ſi inteſtatus deceſſerit, manifeſto apparet, teſtandi facul-
tatem heredibus ipſis neceſſario permitti, quibus per condi-
tionem eiuſmodi fideicommiſſum iniungitur. Teſtandi plane
permiſſio vocationi ſimplici & abſolutæ eorum obſtat, qui po-
ſiti in conditione ſunt. Idq; ratione contradictionis aut repu-
gnantiæ. Quo pacto enim vocatos eos dicemus, ſi per teſtamen-
tum repelli grauari poſſunt? cui teſtandi ius eſſe, expreſſim te-
ſtator cauit. Idq; ex com ſpecie oſtenditur, quod in prohibi-
15 tione † alienandi dici extra familiam ſolet, ad heredis legiti-
mi ſucceſſionem impediendam non valere. *l. cum pater. § alimenta. ff. de leg.* 2. *l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg.* 3. Bar. & alii *in l. ſi ita quis. §. ea leg. ibique Iaſ. nu.* 46. *ver. tertio concludit Bart. ff. de verb. oblig.* Rom. *in*
conſ. 457 *nu.* 2. *& alia quam plurima.* Eadem ratione ad heredis le-
gitimi inſtitutionem alienandi prohibitio non trahitur. Bar. &
alii *in l. peto. §. fratre. ff. de leg.* 2. Gl. & Doct. *in d. §. Iulius Agrippa.* Paul.
de Caſtr. *in conſ.* 60. *viſis ſtatutis col.* 1. *lib.* 2. Alex. *in conſ.* 56 *nu.* 4. *in fin.*
lib. 1. Quod repetitum eſt *in conſ.* 23. *lib.* 2. *& alia huiuſmodi.* At n. &
16 heredis † legitimi ſucceſſio prohibita, inſtitutioq; creditur, v-
bicunq; fideicommiſſum ex prohibitione alienandi inductũ
dicitur, inuicem quippe pugnant, vt facultatem de bonis te-
ſtandi quis habeat, vel ad heredes eius legitimos ea ambulent,
& alii eadem reſtituere debeat. Ita Soc. obſeruat *in conſ.* 227. *nu.*
3. *verſ. ſexto iſta concluſio in conſ.* 251. *col.* 5. *in princ. verſ. aliquando & tertio. & col.* 7. *in fi. ver. aliquando & ſecundo. lib.* 2. *in l. qui Romæ. §. coheredes. nu.* 13. *in fi. ff. de verb oblig.* Dec. *in conſ.* 422. *nu.* 9. C. ot. *in l. filiumfamilias. §. diui. num.* 111. *ff. de leg.* 1. Curt. iun. *in conſ.* 22. *nu.* 22. *in conſ.* 14. *nu.* 8. *in fi.*
17 *in conſ. ſeq. nu.* 18. *verſ. non obſtat etiam præmiſſis.* Eadem ratione † cum
extra familiam alienatio interdicitur, quamuis in vnum ex fa-
milia gradus etiam vlterioris, alienatio fiat. *l. filiumfamilias. §. cum pater. ff. de leg.* 1. *l. peto. §. fratre. & l. vnum ex familia. in prin. iuncto §. ſed & ſi fundum. verſ. quod ſi talis vera. ff. de leg.* 2. *l. pater. §. quindecim. ff. de leg.* 3. *l. voluntas. C. de fideicom.* Recipi id tamen non ſolet, quoties fidei-
commiſſum abſolutum, ſimplexve cõtingit: quo caſu ad eum,
qui proximior in familia eſt, bona pertinent. *l. cum ita. §. ſi. ff. de leg.* 2. *l. fi. C. de verb. ſignifi.* Soc. *in d. conſ.* 227. *col.* 7. *poſt princ. verſ. hoc etiam ex alio concludentiſſime demonſtratur. in d. §. coheredes. n.* 14. Dec. *in conſ.* 218.
num. 14. *verſ. vlterius tamen.* Ruin. *in conſ.* 101. *nu.* 14. *lib.* 2. Cur. iun. *in conſ.* 161. *n.* 13. *verſ. confirmantur præmiſſa.* Natta *in conſ.* 110. *nu.* 11. *verſic. ſecundo reſpondeo. in conſ. ſeq. n.* 2. *in fi. verſ. ſecundo reſpondeo.*

Perſpicuum ex his fit, vocationem poſitorum in conditione
18 impoſſibilem, † vbicunq; ex conditione memorata ſubſtitutio
adſcribitur. *ſi ſine teſtamento, aut inteſtatus heres deceſſerit*: per quam
conditionem teſtandi facultate heres grauatus non caret. Im-
mo enim teſtando conditionem ipſam perimit, ſub qua facta
ſubſtitutio eſt, vt Alex. obſeruat *in conſ.* 59. *col.* 3. *verſ. tertio probatur. lib.* 3. *& in conſ.* 202. *num* 4. *& ſeq. lib.* 7. De quo Zanchus meminit
in rep. §. cum ita. l. heredes mei num. 803. *ff. ad Treb.* Atque præter Alex.
& Zanchum, ea conditione illa. *ſi inteſtatus deceſſerit*, teſtandi fa-
cultatem fieri, atque ideo teſtamento edito ſubſtitutiones ex-
pirare, ex Caſtrenſi declaratur *in conſ.* 340. *quia ſupra in narratione facti col.* 1. *lib.* 2. Dec. *in conſ.* 465. *nu.* 10. *verſ. vnde videndum eſt.* Ruin. *in*
19 *conſ.* 111. *nu.* 10. *lib.* 2. His accedit doctrina † Bart. *in l. ex hac ſcriptura. num.* 3. *in fi. verſ. ſed contra prædicta. ff. de dona.* ex verbis conditionali-
bus diſpoſitionem induci, vbicunque alias impleri conditio
non poteſt, & à voluntate diſponentis res pendet, per text. *in l. Proculus ff. de vſufruct. in l. denique. § interdum. ff. de pecul. lega. in l. penult. ff. de colla. dot.* Idem vltra Bart. ex text. confirmatur *in l. auia. §. fin. ff. de condi. & dem. in l. licet. ff. vt lega. nomi. caueat.* vbi cum ex conditio-
ne legatum datur, ſi petitia cautio nõ erit, neceſſitas remiſſa ca-
uendi dicitur, ne ridicula alias conditio fiat. text. his accedit *in l. inden. Cod. de ſerv. & incolo. om. iud.* cum à iudice quis condemna-
tur,

tur, cuiuſmodi eum datum ab actore erit, delatum actionem intamentum videri, quia frigida alias & ſterilis conditio illa fieret. Ratio eadem in conditione inuenitur; *ſi inteſtatus heres deceſſerit*; quæ prodeſſe cuiquam non poteſt, fideicommiſſo ſimpliciter & omnino admiſſo, etiam ſi teſtamentum factum ab herede grauato ſit.

Poteſtate hac teſtandi admiſſa, ſponte ſua vocationis impoſſibilitas in filiis ſub conditione poſitis manifeſtiſſima apparet, ſiquidem teſtamento facto, niſi ad heredes legitimos ſibi heredis, ſpectare grauamen non poſſet. Heredes plane legitimi filii ipſi maſculi heredes inueniuntur, qui ipſis ſibi ſubſti-
20 tuti neceſſario dicerentur: quod naturæ † repugnat, vt in ſubiecto eodem & actio & paſſio tempore eodem interueniat, vt debitor & creditor ipſi ſibi quiſpiam fiat. *l. 1. §. ſi debitor ff. ad l. Falcid. l. Titianus. ff. de fideicom.* Atq; in ſpecie ea eo id probatur, quod hæres idem eſſe & legatarius non poteſt *l. ſed & ſi in conditione. ff. de hered. inſtit. l. plane. 1. §. ſi duob. l. legatum eſt. §. 1. l. & quidem. l. cum filio. verſ. denique. ff. de lega. 1. l. miles. § fi. ff. de leg. 1. l. cum qui. §. fi. ff. de his quibus vt indig. l. 1. §. ſi quis ex mortis cauſa verſ. qui vero ff. quorum legat.* Ratio eadem prohibet, ne ipſi ſibi ſubſtituant ipſi ſibi hereditatem reſtituere quiſpiam poſſit.

Sed obiecturus quiſpiam erit, conditionem memoratam, *ſi inteſtatus heres vna deceſſerit*; inſertam niſi in teſtamento non eſſe; ſub codicillis plane verbum factum de ea non legi; non niſi filios maſculos in conditione relatos. *ſi ſine filiis maſculis heres mo-
21 riatur.* Reſpondetur, vnam eandemque teſtamenti † ſcripturam atque codicillorum intelligi: quam ob cauſam quæ ſcripta in codicillis ſunt, perinde eſſe, vt ſi notata in teſtamento ipſo ſint *l. 1. §. 1. ff. de iure codicil.* Inde etiã fit, vt ſcriptura codicillorum per teſtamentum, viceque contraria teſtamenti ſcriptura per codicillos declaretur. *l. cum ſeruus ff. de condit. inſtit. l. Caio. ff. de alim. leg.* Tempore enim eodem vtraque facta ſcriptura intelligitur, cum in mortis tempus effectus vtriuſq; conferatur. *Cyno l. 2. C. de teſta. tut.* Natta *in conſ. 476. nu. 10.* Pro eo igitur res habenda, ac ſi conditio vtraque expreſſa ſub codicillis ſit.

Secundo reſpondetur, relationem in codicillis ad teſtamẽtum in omnibus factam, quę contraria teſtamento ipſi non eſſent. At enim contrarietas vlla inter teſtamentum & codicillos non contingit, ſi & in codicillis repetitam conditionem dicimus, *ſi inteſtatus heres deceſſerit*; cum nihil prohibeat, condi-
22 tionem vtranq; in codicillis verſari. Contraria † enim dicuntur, quæ inuicem non cohærent, neque mutuo ſe patiuntur; verum vno poſito, alterum tollitur *l. fin. &c. Glo. in ver. diruptum ff. de diuer. l. ſuis quæſtionis. ff. de acq. hered. l. ſi inter me. vbi per Caſtr. in ſummario ff. de excep. rei iud. l. hæc verba. l. ille aut ille in prin. ff. de verb. ſign. c. cum ſimilitatis. vbique gl. 2. 22. q. 2. gl. in l. ſed & ipſi. ff. vt leg. no. cauea.* viceq; mutata, ea contraria habentur, ex quibus vno remoto, alterũ ponitur *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſed & ſi pupillus §. penul. ff. de inſtitor. & l. hæc verba in prin.* Caſtr. *in conſ. 91. ante fi. lib. 2.* Atqui conditione; *ſi deceſſerit ſine filiis maſculis*; poſita, neceſſario altera non perimitur; *ſi inteſtatus viuere deſierit*; viceque contraria hac poſita,
23 illa non ceſſat. Rurſus † contraria dicuntur, vnde effectus diuerſi exiſtunt *l. ſi ſeruus. ff. commoda. l. 1. C. de furtis.* Quos tex. in ſententiam hanc Signor. vocat *in conſ. 95. nu. 14.* Idem ex Bart. probatur *in l. ſi expreſſim nu. 4. & 8. ff. de appel. & in l. 1. C. quan. prouo. non eſt neceſſ.* ſuper nullitate & appellatione coniunctim ob effectus diuerſos non pronunciari. De quo Alex. meminit *in conſ. 49. nu. 3. lib. 7.* At enim effectus diuerſos conditiones iſtæ non pariunt; *ſi ſine filiis & inteſtatus heres ſi uero vincendi fuerit*; verum ad effectum vtraque eundem pertinet, vt ſubſtitutioni obſtent. Imo enim quo plures conditiones interueniunt, eo facilius ſubſtitutionis effectus prohibetur.

Secundo cum, niſi contradictione, aut repugnantia interueniente, à teſtamento diſcedendi propoſitum teſtatori non
24 fuerit, expreſſionem † conditionis illius; *ſi inteſtato deceſſerit*, abolitio poſtulabat. Id enim in correctione voluntatis inſitum, vt expreſſim fiat, vel contradictio ineuitabilis intercedat, quo correctionem ipſam neceſſario inducat. Gl. *in c. ſi quis tranſlatus. in glo. magna circa med. 11. q. 2. per text. in l. quoties ff. de actio. & oblig. & in l. præcipimus in fi. C. de appel.* Idem Bald. ſcribit *in conſ. 495. quandam Domina Helena colum. 1. in fi. verſ. nec legum correctio lib. 5.*

Tertio, in ſpecie magis & ratione efficaciore ex tex. ſenten-
25 tia hæc confirmatur † *in l. ſi tibi homo § ſi teſtamento. ibique Iaſ. nu. 13. in quarto not. ff. de leg. 1. in l. legatorum. §. 1. & l. Meuius. § cum quis ff. de lega. 2.* vbi cum heredibus quibuſdam nominatim onus legata præſtandi iniungitur, quamuis ab heredib. omnibus legata præſtari in codicillis teſtator iuſſerit, à teſtamento receſſum non creditur; quominus ab his legata præſtentur, qui nominatim grauati à teſtatore ſunt. Rẽs memoratas ad quæſtionem controuerſam dirimendam, ratione duplici magis premunt. Prior, quod proteſtatio vlla aſcripta in codicillis nõ eſt, ne à teſtamẽto diſceſſum præterquam in repugnantib. crederetur, quæ hic in codicillis expreſſa, & quidem per dictionem, *omnibus*, vniuerſalẽ eſt relatione in omnibus ad teſtamentum facta, quæ codicillis non cõtradicerent. Altera ratio, quod maior in dictis ll. à teſtamento diſcedendi ratio, & minor reſtringendi, quam in ſpecie controuerſa apparet. An non vim pati dictio illa vniuerſalis, *ab omnibus*, videtur, cum heredes omnes legata præſtare in codicillis iubentur, ſi reſtrictio ad eos fit, à quibus legata ipſa præſtari nominatim cautum teſtamento erat?

Quarto, ad ſententiam † hanc Bart. confert *in l. in repetendis col. 26
2. verſ. mihi autem videtur ff. de leg. 3.* vbi cum ſi extra corrigendi propoſitum, legatum idem repetitur, quæ conditio adiecta priori eſt, repetitam in ſecũdo art. in dubio plane corrigendi mentem non præſumendam, quoties effectum parere ſine correctione poteſt, ſequitur Corn. *in conſ. 103. col. 4. lib. 1* Dictum hoc Bar. ratione fortiore hic premit, vbi proteſtatio aſcripta expreſſim eſt, ne præterea, in quib. repugnantia inuenitur, de teſtamento quicquam mutatum cenſeatur.

Quinto, ex Bal. etiam ius hoc † plurimum adiuuatur *in conſ. 27
339 pater & filius in 2. dubio lib. 2. & in conſ. 284. in primo lib. 4.* repetita in ſequentibus præcedentia æſtimari, ne derogatum præcedentibus appareat. Si repetitioni locus eſt, vbi alius non eſſet, potiuſquam derogatio admittatur; quid hic probandum, vbi derogandi animum præterquam in repugnantibus abeſſe, expreſſim teſtator indicat?

Sexto obſeruandum, ſubſtitutiones in teſtamento inſertas per codicillos ad perſonas alias ſolummodo ampliatas, vbi deſcendentium vocatorum linea deficeret. Ita additionis, non correctionis cauſa, ſubſtitutiones in codicillis adoptat. Ea
propter † quæ in teſtamento dicta circa ſubſtitutiones ſunt, in 28
additionibus repetita earum cenſentur. Rom. *in conſ. 345. nu. 18.* Caſtr. *in conſ. 418. dubitatio conſiſtit col. 1. circa med. lib. 2.* per text. *in l. ſi conuenerit § ſi unda. ff. de pig. act. in l. inter ſocerum. §. cum inter ff. de pacti dot. & in l. etiam. Cod. de iure dot.* Atque in ſpecie codicillorum, ex Bart. id declaratur *in conſ. 147. factum tale eſt. prædictus Marin. nu. 3. in 1. dubio.* cum executori primo in teſtamento, & cum poteſtate alienandi conſtituto per codicillos alter adiungitur, poteſtatem alienandi repetitam in codicillis intelligi.

Septimo, ex relatione ipſa ad teſtamentum facta repetendi
ius promptius: ſiquidem † repetita omnia in referente cenſen- 29
tur, quæcunque ſcripta in relato ſunt. Bald. *in conſ. 131 quidam fuit profeſſus li. 5.* Alex. *in conſ. 70. col. 4. in prin. verſ. non obſt. quod dicitur Bar. lib. 2.* Rui. *in conſ. 95. n. 13. lib. 2.* Ad quam ſententiam vulgatam & illud accedit, ex qualitatibus ſuis omnibus factam relationem videri. *l. ſi prior. ibique Bart. & Bald. ff. ſolut. mat. l. aſſe toto. ff. de hered. inſt. l. a filio. §. teſtator ff. de alim. lega. l. in teſtamento. 1. ff. de condit. & demonſt. l. in ſumma in prin. ff. de re iudic. l. Iuſta. §. fi. & l. pluribus. in prin. ibiq; Areti. ff. de ver. oblig. l. 2. & 3. C. de ſent. quæ ſine cer. quantit.* Bar. *in l. ſi quis ſeruum. §. fi. ff. de leg. 1.* & alia, de quibus infra *nu. 60. & ſeq.*

Octauo, monendi ſumus, inter reformationem differre † & 30
additionem. Per reformationem enim actui quid reformato detrahitur, licet ex toto non deleatur. *l. veriſgentium. §. ades ff. de pactis. l. vectigalia ff. de publica. l. vnica § hoc etiam. C. de veteri iure enuc. l. l. vnica. §. & cum triplici. ibi; vel tollitur vel reformatur. C. de caduc. tollen. c. irrefragabili. ibique Anto. in 3 not. de offic. ordi.* tex. his accedit *in c. ſicut olim. & in c. alim. de accuſ. in clem. ne Romani in princ. de electio.* notat Gl. *in c. ſtatutum in prima in ver. reformandum de reſcript. lib. 6.* Bald. *in l. pacta nouiſſima. nu. 9 circa prin. & num. ſeq. verſ. ſi ipſi aliter concludo C. de pactis & alia in huiuſmodi.* Per additionẽ plane res accedit, nõ decedit. Hoc ita declaratum quæſtioni cõtrouerſæ ratione validiore ad modum hunc qui ſequitur, argumentãdo, ſuffragatur: ius † actus 31
reformati pluſquam reformatio ipſa loquitur, lædi non ſolet, cum ad caſus ſuos, in quibus facta eſt, reſtringatur. *l. Tribunus §. cum aliquis. ff. de milit. teſtam. l. alumna § quæ filiæ ff. de alim. leg. a.* Iaſ. *in l. Lucius. n. 19. ver. decimo pro iſta parte facit ff. de vulga. l. in teſtamento in fi. verſ. ſexto principaliter pro iſta parte facit. C. de teſta. milit. & in conſ 18. col. a circa med. verſ. verum quia. li. 3.* Si, tuſi his, quæ reformata conſtant, reformatio non derogat, quamuis ad derogandũ, minuendũve ſpectet: quanto minus teſtamento in aliquo, derogatum per

codicil-

codicillos dicendum, quos ad teſtamentum ipſum in ſubſtitutionibus augendum, non diminuendum factos oſtendimus? Conſequenter his dicendum, abolitam per codicillos conditionem non intelligi, (*ſi inteſtatus deceſſerit*) teſtamento adſcriptam.

Si dixeris, locum prædictis non videri, conditione ſpeciali
Septimo, ad caſum aliu in ſubſtitutio † trahitur, ne abſur- 79
dum hoc maneat, vt melior dilectinus c[illegible] nditio fiat. Bart. *& alii d. l. ſi mater. §. 1.* Alex. *in conſ. 1 nu. 11. in fin. verſic. ſecundo probatur. lib. 1.* Soc. *in conſ. 250. col.* [illegible] *verſ. ſed ſecunda habemus dicere & in conſ. 259. n. 6. in ſubſcriptione. lib.* [illegible] Rui. *in conſ. 3. n. 16. lib. 1.* Quanto facili[illegible] ad filios primogeniti etiam extenſionem vllam applicanda relatio erit; cum æque filii ipſi atque alii ſint. Ita & v[illegible] [illegible]ſignificatio, & ratio maior, & abſurdi reiicienda cauſa [illegible] no[illegible] hanc ad filios primogeniti habendam iubent.

Octauo, ne melior † dilectorum minus conditio fiat à ver- 80
bis [illegible] receditur. Bart. *in d. leg. Gallus. § etiam ſi parentem* [illegible] *5. & in d. l. quidam relegatus § ſi.* Alex. *in l.* [illegible] *ff. de [illegible]* [illegible] *in conſ. 93. n. 5. & ſeq. lib. 1.* Soc. *in conſ. 16. n. 4. & ſeq. lib.* [illegible] Ruin. *in con. 3. n. 16. & in conſ. 42. n. 8. li. 2.* & apud nos *in conſ.* [illegible] *n. 8.* At enim nulla hic verborum eſt offenſio, ad filios primogeniti vocationẽ filiorum referendo.

Nõne

81 Nono, ex Ruino ratione † vali[illegible] ore ſententia hæc corroboratur *in conſ. 168. in fine lib. 5.* vbi in æqualem diſpoſitionis determinationem non ſperuit, atque ideo locum regulæ non putat, de qua in *l. cum hæc ... ff. de vulgar.* vbicunq; melior chari minus fortuna eſſet. Quid hic dicendum, vbi nulla in omniũ vocatione imparitas? Imo etiam econtrario inæqualitas, nec ferenda, exſiſteret, ſi omnes vocatos filios non dicimus, at eos ſolummodo, ad quos non perinde affectus teſtator fuit.

82 Decimo, ex Caſtren. ratione † etiam fortiore ſententia hæc confirmatur *in conſ. 5. quicquid dicatur num. 7. in fi. lib. 1.* ſubſtitutionem per cõditionem factam; *ſi dicti eius filii omnes deceſſerint*; quãtum ad filios certos, & nominatos ſpectet, ob relationem participii, *dicti*, ad filios tamen trahi, qui nati poſtea erunt, atq; ideo & per eos ſubſtitutum excludi: conſequenter ad filios in genere, non in ſpecie relationem habendam, ne abſurdum conſequatur, vt melior ſubſtituti quam deſcendentium conditio ſiat.

83 Vndecimo, Captæ teſtimonio † ratione etiam virilior ſententia hæc corroboratur *in conſ. 123. in primo dubio.* vbicunq; vnũ aliquem, & deſcendentes eius ad ſubſtitutionem teſtator vocat, ſi in ſubſtitutione alia nõ niſi aliquis inuitatur deſcendentium eius, verbo, non facto, ad eos nihilominus ſubſtitutionẽ pertinere, ſubſtitutionem vnam ex alia ſupplendo, & declarando. Idem Soc. iunioris viſum *in conſ. 101. nu. 7. lib. 1.* quid hic probandum, vbi tacite prorſus primogeniti liberi non ſunt in conditione ſaltem poſiti, vbi ad eos vocationem generalem pertinacia pluſq̃ nimia referendã non eſſe quiſpiam cõtendat.

84 Duodecimo, ad eum caſum † Gl. non pertinet, *in d. l. Lucius.* vbicunque conditio potior deſcendentium fieret, qui chari minus teſtatori fuerint. Namque ſi deſcendentes eorum vocantur, quos charos æque teſtator non habuit, quid in deſcendentibus primogeniti dicendum, quem chariſſimum omniũ teſtator habuit? Ita Ruin. argumentatur *in conſ. 208. nu. 13. in conſ. 212. col. fi. in conſ. 158. nu. 13. in conſ. 198. nu. 6. lib. 2. in conſ. 142. nu. 11. ante fi. verſ. & iſtud etiam ex alio comprobatur in conſ. 167. nu. 10. in fi. ver. item premittendum eſt lib. 3.* Atque in ſpecie q. controuerſæ, *in d. conſ. 158. & in d. conſ. 142.* Ruin. loquitur.

Res igitur pluſquam abſurda fuerit, deſcendentes vocatos primogeniti chariores non videri, cum in manifeſto vocatio aliorum deſcendentium ſit, quos charos perinde teſtator non habuit.

Summa reſponſi noſtri erit, vt ex his, quæ proponuntur, iure defendi ſententia nequeat, quam D. Triſtandus paſſus eſt. Taurini die 27. Iulii 1569.

Pro Illuſtri D. Nicolao Cid ex Caſarea Auguſta regni Aragonum metropoli ciue, & pro Philippo Reg. Hiſpaniarum ſanc[illegible] quam Catholico, &c. in ſtatu Mediolanẽſi Theſauris, contra fiſcum.

SVMMARIA.

1 *Diſſimulationis* [illegible].

2 *Dolo non obligari, qui contra ea quæ lex prohibet, ſciens quod agit.*

Dolum ab eo admitti qui quod faciendum ſibi eſt, ſciens omittit. ibid. ver. Rurſum ſi dolum.

[illegible] hoc ipſo [illegible] praeſtari, quod audacia eius non reſiſtatur. ib. verſ. vnde [illegible].

3 *Omne [illegible] leuem, etiam facientis delictum eſſe.*

Vexationem calumniæ carere & dolo non poſſe. ibid. verſ. rurſum ſanor. & in ver. dolum a vexatione.

Dolum a vexatione [illegible] *ibid. verſ. Rurſus ſanor. & in ver. vexationem.*

Iniuria [illegible] *qui nulla iure quempiam vexat. ibid. ver.* [illegible] *& in ver. qualitas perſonæ.*

4 *Iniuriam ex perſona grauiorem patientis fieri. & nu. ſeq.*

Delictum grauius ex perſona delinquentis fieri. num. 4. & in ver. qualitas perſonæ.

Qualitas perſonæ grauius admiſſum iniuria patientis, atq; agentis facit. ib. & in ver. delictum grauius. Iniuriam ex perſona.

5 *Iniuriam atrociorem a loco fieri, in quo admiſſa eſt. & in ver. loci qualitate.*

Loci qualitate grauiorem iniuriam fieri. ibid. & nu. 11.

Iniuriam atrocem populi frequentia fieri, vbi in populi multitudine admiſſa ſit. nu. 6. ver. atrociorem.

7 *Animum iniuriandi ex verbis ipſis agnoſci, quæ ad iniuriam ſpectant. omnino nu. 61. & in ver. animum.*

Iniuriantis animum ex verbis ipſis intelligi, quæ probrum habent. ibid. & in ver. animum.

8 *Præſumptionem iuris eſſe, vt probatione contraria onus in aduerſarium* [illegible] *quæ.*

9 *Iuramento probari, quæ in animo conſiſtunt. vbique declaratio. & omnino nu. 70. & in ver.* [illegible].

Animum iuramento declarari [illegible] *vbiq; declaratio, & omnino n. 70. & ib. ver. iuramento probari* [illegible] *& num. ſeq.*

10 *Conuiciam vnde.*

Inclusionem, quæ vſus frequentior in nomine de vno fit, ad alterius excluſionem non pertinere. ib. & in ver. frequentiori vſus.

Frequentiori [illegible] *cauſa incluſio de vno facta, excluſionem alterius non habet. ib. & in ver. incluſionem quæ.*

11 *Famam verbalem non doceri, apud populum, aut* [illegible].

12 *Iniuriam* [illegible] *quæ ſolis infamiam vel ſolam habent. & in ver. infamiam* [illegible].

Infamiam facti [illegible] *ibid. & in ver. iniuriam in verbis.*

Iniuriam in ſolo contumeliæ quod contumelia quod nomine obiicitur, quamuis ad infamiam [illegible] *ſpectet. ver. hoc amplius.*

13 *Conſentire delicto eum videri, qui cum poſſit, id non reſiſtit. & in ver. complacens.*

Complacere delicti eum intelligi, qui cum poſſit, id non aduerſatur. ibid. & in ver. conſentire delicto.

Negligentiam in delicto [illegible] *ad participationem eius trahi. ibid. & in ver. complacens. conſentire delicto.*

14 *Iniuriam inde naſci turpe, vnde oriri non debet.*

Cauſam iniuſtam ad dolum purgandum [illegible] *quæ iure* [illegible] *ſunt, diuino, naturali, & humano. ib. verſ. illud D. Theſaurario* [illegible] *n. 63.*

Malitiam & ruſticitatem in his non ignoſci, quæ iure interdicta omnino ſunt, diuino, naturali atque humano. ibid. ver. illud D. Theſaurario. & in ver. ruſticitatem.

Ruſticitatem [illegible] *in his non habere, quæ iure contraria* [illegible] *ſunt, diuino, naturali, & humano. ibid. verſ. illud D. Theſaurario. & in ver. mulierem.*

Errore iuris diuini, & naturalis, ne quidem mulierem, aut ruſticum [illegible]. *ibid. verſ. illud D. Theſaurario.*

Errorem iuris Ciuilis vulgari, [illegible] *ruſticitatem eſſe. ibid. verſ. quibus in locis.*

15 *Iniuriam iure omni prohibitam.*

16 *Cauſam iniuſtam ad excuſandum ita valere, ſi ab ea impulſus homo eſt. omnino nu. 4.*

17 *Inquiſitioni locum in crimine priuato non eſſe. & in verſic. priuatum crimen.*

Priuatum crimen extra inquiſitionem eſſe. ib. & nu. 20. & in ver. inquiſitioni locum.

18 *Inquiſitionem alias prohibitam non recte, vbicunque ex reſcripto* [illegible] *iudicium ceſſerint. & in verſiculo reſcripto principis. declaratur numero 24.*

Reſcripto Principis vbi proceditur, iuris ſolemnia omitti. ibid. & in ver. Inquiſitionem alias prohibitam. & in ver. Solemnitatem iuris. declaratur num. 24.

Solemnitatem iuris impune prætermitti, quoties ex reſcripto principis cauſa [illegible] *ibid. & in verſ. inquiſitionem alias prohibitam. reſcripto principis. declaratur nu. 24.*

19 *Iniuriam perſonæ quæ publica infertur, ad publicum ius ſpectare. omnino n. 29. & in ver. publicum ius.*

Publicum [illegible] *perſonæ publicæ verſari. nu. 19. omnino num. 29. & in ver. iniuriam, quæ perſonæ publicæ. & in ver. vtilitatem publicam.*

Vtilitatem publicam in perſonam publicam cadere. nu. [illegible] *omnino nu. 25. & in ver. iniuriam quæ perſonæ publicæ. & in ver. publicum ius.*

20 *Iniuriam priuatæ iudicis eſſe. & in ver. priuatis iniuriam.*

Priuatis iniuriam iudicis [illegible] *num. 57. & num. 20. & in ver. iudicium priuati.*

Accuſatorem in crimine priuato deficiente nullum iudicium fieri. nu. 20. & in ver. priuatum crimen.

Legitimationem ante omnia perſonarum exquirendam. ibid. verſ. ſed non vtitur mente.

21 *Legitimationem perſonæ ad iudicis officium ſpectare. & in verſic. iudicio eſſe.*

Iudicis eſſe de perſona legitimanda ex officio inquirere. ibid.

Intereſt audiendum eum non fore, cuius non intereſt. ibid. ver. neq; audiend. & in ver. audiendum.

Audiendum eum non eſſe, cuius non intereſt. verſ. neq; audiri. & in ver. intereſt.

22 *Nullum fieri, quod contra quam lege prohibitum aut ſtatuto eſt, attentatum abſq; ampliatio. & in ver. prohibitionem legis.*

Prohibitionem legis, aut ſtatuti ad actum infirmandum valere, tametſi de actu ipſo verbum factum nullum [illegible] *ibid. & in ver. nullum fieri.*

23 *Duplicem* [illegible]

24 *Motum proprium in principis reſcripto non præſumi.*

25 *Modum proprium extra ſuos limites non egredi.*

Ius appellationem ad Principis [illegible] *pertinere, à quo materia* [illegible] *ſolita iuris eſt. ibid.*

26 *Qualitatem perſonæ attendendam, ad quam princeps reſcribit, quare ſi ad dignitatem alicuius prælatum reſcribitur, & cuius in materia in reſcripto habetur, ad eius id referri conſtanter debebit. & in ver. ſoli. Iuris vocabulum.*

Iuris vocabulum ad Ciuitatis ſtatum pertinere, ad perfectum omnis reſcriptum intenditur, quoties iuris mentio in reſcripto ſit. ibid. & in ver. qualitatem perſonæ attendendam.

27 *Teſtibus mediocriter verbis ad iuris ordinem adhibendam pertinere.*

28 *Libera poteſtatis conceſſionem ad ordinem iuris remittendam non prodeſſe* [illegible] *ordinem* [illegible].

Ordinem iuris per conceſſionem liberæ poteſtatis non ſolui, cum poteſtas cum libere procedendi fit. ib. & in ver. Libera poteſtas.

29 *Quod dicitur tanquam publicum crimen eſſe, quod in perſonam adminiſtrum* [illegible] *magiſtratum* [illegible] *ad eum caſum pertinet, quo vel magiſtratus,* [illegible] *non item, ſi quando priuatim, aut priuato perſonæ odio offenſa ſequitur & in ver.* [illegible] *crimen ex offenſione.*

[illegible] *ex offenſione Cardinalis non contrahi,* [illegible] *ibid. & in ver. tanquam quod dicitur.*

30 *Iniuriam* [illegible] *ab alio non committi & in ver. alii.*

Alicui [illegible] *non ob* [illegible] *facta* [illegible] *ibid. & in ver. Iniuriam* [illegible].

Patientiam [illegible] *factam ibid.*

31 [illegible] *per* [illegible] *ad iniuriam realem & atrocem pertinere.*

32 *Iniuriam realem verbali* [illegible] *& in ver. facti iniuriam.*

Facti [illegible] *quæ in capite in perſona* [illegible] *grauiorem verbali eſſe. ib. & in* [illegible] *realem.*

33 *Iniuriam ſine dolo non committi.* [illegible] *& in ver. dolo.*

Dolo iniuriam non carere ibid. & num. ſeq. & nu. 64 *& in ver. iniuriam ſine dolo.*

34 *Con*[illegible] *pro dolo in probabilis, cum aliam quod conſilio dicitur.*

35 *Animum iniuriæ inferendæ exquiri & in ver. iniuriam ſine animo.*

Iniuriam ſine animo [illegible] *non intelligi. ib. & in ver. animo iniuria.*

36 *Animo detracto, nullam criminis genus cadere.*

37 *Voluntate & propoſito maleficia dignoſci. & in ver. animo detracto.*

Animi [illegible] *in ver.* [illegible]

Voluntatis [illegible] *in ver. Animus, Mens.*

Voluntate dempta, actum nullum indifferentem non eſſe. ib.

38 *Cauſam facti potius, quam factum ipſum ſemper intendendum.*

39 *Iniunctam capitalem ex* [illegible] *quod in cauſa dictũ capitale eſt.*

40 *Inſtigatorem cauſa capitalis iniunctum capitalem videri. & in ver. iniunctum capitalem.*

Iniunctum capitalem intelligi, qui criminis [illegible] *capitalis accuſatur ib. & in ver. inſtigatorem.*

Accuſatorem iniunctum capitalem dici. ibid. & in verſ. iniunctum accuſatorem.

Iniunctum accuſatorem capitalem dici, ib. & in ver. accuſat [illegible].

41 *Iniuriam tacere,* [illegible] *præſumptio* [illegible] *alia poteſt. ibiq. amplia*[illegible] *& num. 49 & in ver. delicti præſumptionem ceſſare.*

Delicti præſumptionem ceſſare, cum alia [illegible] *præſumptio poteſt, num. 48. ibiq. ampliatio* [illegible] *& nu. 41. & in ver. iniuriam tacere.*

Primis [illegible] *iniuria effectum credendum non eſſe,* [illegible] *qua alia poteſt n. 41.*

42 *Iniuria* [illegible] *quemquam non credi.*

Facta [illegible] *cauſam* [illegible] *ib. ver longe* [illegible]

43 [illegible] *non eſſe, ad* [illegible] *vnde niſi damnum non ſubeat.*

44 [illegible] *non aeſtimari, ad* [illegible] *non applicatur.*

Præſumendum id [illegible] *fore, quod ſimile vero non eſt ibid. ver. neq. præſumi. & in ver. verisimile.*

Verisimili [illegible] *ibid. verſ neq. præſumi. & in ver. præſumendum. & a* [illegible] *ſeq.*

46 *Iniur*[illegible] *præſumptionem aduerſus amicum ſilere. & in ver. amicitiæ* [illegible].

Amicitia [illegible] *præſumptioni aduerſari. ibid. & in ver. iniuria* [illegible].

An[illegible] *ab inimicitia dimi*[illegible] *ibid & in ver. inimicitiis animi.*

Inimicitiis animum ad inimicum cadere, ibid & in ver. animum [illegible]

Do[illegible] *commiſſum non credi qui malevolus non eſt, ibid. verſ hoc* [illegible].

47 [illegible] *amicum non præſume & in ver. amicitia.*

[illegible] *& in verſ. dolum contra amicum.*

[illegible] *quae intentio non ſit. ib. verſ. hoc* [illegible] *& in ver dolum in* [illegible].

Dolum in [illegible] *non præſumi. ibid. verſ. hoc amplius. & in ver.* [illegible] *animum.*

48 *Animum* [illegible] *procedendi modo declarari. & in verſ. modum procedendi.*

Modum [illegible] *ad animum declarandum prodeſſe. ibid. & in ver. animum* [illegible] *procedendi modo.*

[illegible] *ex procedendi modo argui. ib. verſ. quare.*

[illegible] *in ver.* [illegible]

[illegible]

53 *Factum culpam* [illegible] *& in ver. errorem iuris.*

Errorem iuris a culpa lata [illegible] *& in verſ.* [illegible]

[illegible] *fundamen*[illegible]

Errorem iuris [illegible] *ibid. verſ* [illegible] *fundamentum* [illegible]

[illegible] *ab* [illegible]

54 *Mitius ab errore iuris excuſationem* [illegible] *& in ver errorem iuris* [illegible]

Errorem iuris communis iuris. ib. [illegible]

55 *Subueniendum ei eſſe, qui amico credidit. & in ver confidentiam.*

Confidentiam ad [illegible] *proceſſe* [illegible] *ad fidem* [illegible] *quietur. ibid & in* [illegible].

56 *Pœnam ob* [illegible] *& in ver dolum* [illegible].

Dolum [illegible] *non videri* [illegible] *ib. & in ver* [illegible] *ob id.*

57 *Immediatam cauſam culpæ* [illegible]

Culpam cauſam immediatam [illegible] *in ver immed.* [illegible]

58 [illegible]

In [illegible] *ibid. ver. atq. in* [illegible] *& in ver.* [illegible]

[illegible] *a Deo* [illegible] *ibid. verſ. neq. in poteſtate.*

59 *Impoſſ. Ad caſum poſſibilem verba referenda.*

60 *Delicti* [illegible] *verba* [illegible] *& in ver pœna*

Pœna [illegible] *ibid. & in ver* [illegible]

[illegible] *ibid. & in ver improprie.*

Improprie delicti [illegible] *cauſa verba* [illegible] *ibid.* [illegible] *in ver delicti* [illegible] *& in ver. pœna* [illegible] *& nu. ſeq.*

62 *Delicti* [illegible] *adminiculandam, cum* [illegible].

63 *Animum in* [illegible] *& in ver* [illegible] *animum.*

[illegible] *præſumptionem* [illegible] *ibid. & num. ſeq.*

65 *Præſum.* [illegible]

66 [illegible] *& in ver parem.*

Parem [illegible] *ibid. & in ver præſumptionis* [illegible]

Præ[illegible] *ib. & in ver. debilem.* [illegible]

Debilem [illegible] *ib. & in ver. Fortiorem, Potentiorem Præſumptionem* [illegible]

Fortio[illegible] *ibid & in verſ. Debiliorem Potentiorem Præſumptionem* [illegible]

Potentiorem [illegible] *ib. & in ver. Debiliorem, Fortiorem Præſumptionem* [illegible].

67 *Præſumptio* [illegible]

[illegible]

Potentiorem [illegible] *ib. & in ver.* [illegible]

Potentiorem [illegible] *ib. ver.* [illegible]

[illegible] *ib. & in ver.* [illegible]

68 *Præſumptionem vnam ex pluribus optimam. & in ver plures præſumptiones.*

Plures præſumptiones [illegible] *ib.*

Numerum in præſumptionibus [illegible] *ib. & in ver plures præſumptiones.*

69 *Potentior præſumptio* [illegible] *& in verſ præſumptio validior & in ver.* [illegible]

Præſumptionem [illegible] *ibid. & in ver. potentior præſumptio.* [illegible]

Veriſimi[illegible] *ibid & in ver potentiores præſumptio* [illegible] *& nu. ſeq.*

71 [illegible]

[illegible] *& in* [illegible] *& nu. ſeq.*

74 [illegible] *& in verſ. præſumptionem* [illegible]

[illegible] *& in ver* [illegible] *antecedentem cauſa.*

75 *Præ*[illegible] *non carere*

76 [illegible]

77 [illegible]

ARGVMENTVM.

Quidam Theſaurarius Mediolanenſis ſcripſit a[illegible] a ſecretis Regis Catholici, quod erat publica [illegible] Mediolan[illegible] Secretarium per [illegible] & [illegible] auxilium & fauorem præſtare, & præſtiturum eſſe [illegible] viro [illegible] Mediolani, ob quas quid[illegible] literas Theſaurarius detruſus fuit in carce[illegible] [illegible] Mediolanenſis, & [illegible] tiſſimo Senatu liberatus. Hoc au[illegible] ipſum non potuiſſe ca[illegible] & iuſte ſententiam cum abſolut[illegible] reportaſ[illegible] Habenturque multa, in [illegible] dolum, & culparum, & quam [illegible] de præſumption

CONSILIVM DCCCCLXXXVIII.

Diuino ſubſidio ea corde poſtulato. Illuſtris D. Nicolaus Cid, Philippo Hiſpaniarum, &c. Regi tam Catholico, quã Sereniſſimo, tempore de religione Chriſtiana in rebus turbatiſſimis, quam optime meito, à Theſauris, moleſtiam plus æquo acerbam, diuque. & in carcere paſſus Mediolani eſt, quod literas ad Illuſtrem D. Didacum Vargas Regis ipſius à ſecretis, dederit, quæ ad Vargas ipſius, & Illuſtris D. Molinæ ſenatoris iniuriam pertineret. Scriptum quippe legitur, per vicos Mediolani circumferri, fauorabilem Dominum ipſum Vargas hominum infami *à tuerto, y à drecho*, hoc eſt, iure, vel iniuria eſſe & futurum. Cui moleſtiæ tametsi ſententia ſenatus Illuſtriſſimi Mediolani et ipſius D. Theſaurarius fit: attamẽ illud intelligere cupit, iure an iniuria coniectus in carcerem ſit. De qua re etſi argute, & cumulate ſcriptum per Excellentiſſimos Iuriſconſultos legerim, attamen quia ſemel unam meam & ipſe dicere verbis rogatus non paucis ſum, quo perſpicua magis res fiat, argumentis vltro rem diſceptandam citroque duxi: luculen-1 tior † quippe diſputando res fit. *l. 2. §. ex legib. ff. de origi. iuris. l. cum quidam. Ibique Iaſ. ff. de lib. & poſthum. L. Officium ff. de leg. 1. l. diui. ff. de iure patr. l. fi. § iuncta. ff. de muner. & honor. c. inter dilectos de fide instr. c. nec illud. & c. vidnãtem. 3. q. 5. c. fi. 35. q.* 9. Et ſolidiorem diſputando veritatẽ defendi, Gl. ſcribit *in c. cum Ioannes de fide inſtr.* & quo pprius oppoſita comparantur, eo lucidiora ea fieri, ex Philoſopho Caſtr. probat *in conſi.* 444. *col.* 2. *lib.* 1. Corn. *in conſ.* 5 *in prin. lib.* 5. Idem vltra eos, ex Bal. confirmatur, *in l. comparationes. nu.* 6. *C. de fide instru.* Et quod ſcite Bald. idem ſcribit *in l. precioſis nu.* 33 *C. de impub.* ſerro perituri ab eo iter fieri, qui per contraria tranſit. Et quod ex Caſtr. ſcriptum apud nos legitur *in conſ.* 135. *nu.* 18. ſicut eo odoratiora aromata fragrant, quo minutius atteruntur; ita eo ſplendidiorem in lucem veritatem prodire, quo acrius oppugnatur, & cæditur. Non illepide hoc Lanfrancus accedit *in l. contrario mon.* 16 *circa fi ff. de rulga E queſto baſta, che per lomenare della paua, il paneſe affina, & baſta.*

Itaque recte iudicium hoc criminatorium D. Theſaurario illatum confirmare ſequentia videntur. Et primum omnium, iniuriæ nec leuis plena verba illa eſſe, fauorem viro tam infami à D. Secretario iure, vel iniuria, & præſtari, & præſtitum iri, per vicos Mediolani iactari, incertum non eſt. Namq; cum prohibitum iure ſit, in cauſa iniqua à ſciente quempiam defendi, vt nec officii excuſare neceſſitatem liceat *l. non eſt ignotum. C. de ad-*2 *mon tut.* Doli † haud dubie tenetur, qui contra quam ius vetat, ſciens quid agit *c. ſi compromiſſarius* § 1. *de elect. in lib.* 6. *Iaſ. in l. ſi quis cum aliter nu.* 5, *in fin. & ind. in illa col. in circa med. ff. de verb. oblig.* Rurſus ſi dolus in eum cadit, qui quod debet, ſciens omittit *l. in vendendo. §.* 1 *ff. de contra. emptio l. quæritur. §. fi. venditor. ibique Gl. ff. de adil. edict. §. conſtitutionis de reſcrip. c. audita. de reſtit. ſpol.* & alia apud nos *in conſil.* 14 *num.* 10. Inde delinquenti fauere dicitur, qui cuer dubium eius neglectui habere. *quanto de ſent. excom. c. a. nu. rogitamus.* 1. *q.* 7. Quanto magis delinquens dicendus erit, qui contra quam iure 3 prohibitum eſt, ſciens quid agit. Grauius † quippe faciendo, quã omittendo peccatum ſit. *L. argentarius § cum autem. Ibi per Bald. ff. de eden. Glo. in l. ſi mora. ff. ſol. matr. Bart. in l. lucas §. fi. ff. de poenl.* Rurſus fauorem cuipiam in cauſa iniqua accommodari citra vexationẽ alterius nequit, bonum cuius ius eſt. Vexatio plane ad calumniam ſpectat, neque carere dolo poteſt. *l. iniuriarum. §. ſi quis per iniuriam ff. de iniur.* vbi iniuriarum tenetur, qui iniuſte quem vexat. Iniuriarum plane actio dolum exigit, ſic quomodo inferius docebimus. Itaque perinde res eſt, ac ſi dolo per literas accuſatus D. Vargas ſit.

4 Maior item iniuria hæc eo videtur, quo † dignitate maiore præditus D. Vargas eſt. Idq; buſtaniaui conſiderando. Primum, quod ſi vera eſſent, quæ ſcripta in eum de fauore iniuſto, ... cuius delictum eius ob dignitatem æſtimaretur. *L. ... de pœn. a. l. famoſi. in fi. ff. ad l. iul. maieſt. l. 2 ff. de re milit. l. presbyteri ... C. de epi. & cler. l. 1. C. de pœn lib.* ... *cum quid. an. de. accuſ. c. prim. ... de pœni. di. 1.* & illud Satyrici, Satyra 8. *Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.* De 5 quo glo. me animat, *in c. 1. § ſi an ver. ſiquidem de tranſla ept.* Secundo † grauitas maior delicti ex perſona offenſi aliter obſeruatur, quã qualitate verborum admiſſa, quæ ſcripta in eum ſunt, atrocior vtique iniuria creditur, atq; ſi admiſſa in obſcurum ſit. *l. non eſt matrimonium. ff. de ritu nup. l. prætor edixit. §. fi. ff. de iniur. l. aut facta. § perſonæ. ff. de pœnis. § atrox. Inſti. eo. tit. l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cler. c. felicis. de pœnis. lib. 6. ... glo. ... ſi an ver. ſiue ſilegis. eo. tit. lib. 6.* A-6 cerbior † item iniuria ex loco fit; quia per vicos publicos Mediolani rumor hic fauoris diſpſus iniuſti dicitur. *l. ſed & queſtionum. §. ff. de iniur. d. §. atrox. Inſti. eo tit. d. l. ſi quis in hoc genus.* inter canones inſerta *in c. in primis. § ſi quis in hoc.* 1. *q.* 1. Actiorẽ itẽ in iniurii populi frequẽtia eſſi ... , quæ in vicis vulgo ſpectari Mediolani ſolet. Curt. iun. *in conſ.* 148 *n.* 3. Iniuria hac ita patefacta obſtare ea non videtur, quæ oppoſita è regione ſunt. Et primum quidẽ nos monet, iniuriandi animo verba hæc ſcripta in literis non eſſe: quoniam hoc ipſo iniuriantis † animus arguitur, quod in-7 iuriam verba habent, & ad contumeliam & probrum alterius pertinent: ſiquidem talis præſumitur animus ſolet, qualia verba ſonant *l. ſi non conuicii. Ibiq; Ang. n.* 3 *& ſeq. C. de iniur.* Et idem Ang. *in conſ.* 250. *col.* 1. Old. *in conſ.* 3. *nu.* 10. Rom. *in conſ.* 96 *nu.* 4. Gemin. *in conſ.* 7 *eodem nu.* 4. Iaſ. *in §* 1. *nu.* 50. *Inſt. de actio.* Bologni. *in notatis* Io. de Ana *in conſ.* 44. *ver. ſecundo premitto.* Inde ex locis memoratis ſcriptum ap Ang. & Iaſ. eſt, neceſſarium non eſſe, in libello iniuriarum exprimere, iniuriandi animo verba prolata, cum apertus ſatis animus ex verbis fiat.

Eadem ratione ad Gl. reſpondetur, *in l. vnica in ver. ſi ab iniuria. C. ſi quis Imper. male d.* quæ iniuria verbum exponit, id eſt, ſi iniurioſe & ex animo prolata verba ſint. Iis ſatis oonerit, iniurioſa verba ſuapte ſponte eſſe, niſi & animus iniuriandi acceſſerit. De qua Glo. Ruin. meminit *in conſ.* 145 *nu.* 15 *lib.* 5. Namque vt id admittamus; onus tamen contra probandi, iniuriandi animũ abfuiſſe, eum ſequitur, qui animũ ipſum iniuriãdi negat: quoniam iuris præſumptione † ei refragante, per quem iniuriandi 8 animo prolata verba cenſentur, quæ iniuriam euidentem continent, qui iuris præſumptioni eripi huic ſtudet, contrariam præſtare probationem compellitur. *l. ſi in prin. ff. quod met. c. ... l. in ſeptura in ſi ff. de iure dot.* & alia apud nos aſcripta *in conſ.* 60. *num.* ... *in conſ.* 198 *nu* 3 *& in reſponſ. pro Genero, nu.* 115.

Inde etiam arg. illud duitur, Sacramento D. † Theſaurarii 9 manendum, citra iniuriæ animum verba illa perſcripta, iuxta Gloſſ. *in § ſed iſte. in ver. dicit. ibique Iaſ. ſolem.* 8. *n.* 90 *Inſt. de actio. ibi. præſumitur per illum tex. de teſtib.* Pro quo etiam te a. *in c. ap. poſtu. ... de except. c. ſi vero* 2 *de ſent. excom. & hoc genus alia.* Quoniam ad eum caſum ſententia hæc non pertinet, quo iuris et præſumptio reſiſtit, qui paratus iurare eſt. *... in l. inter omnes. § recte nu* 3 *in fin. ff. de furt.* Iaſ. *in d. §. ſed iſte. nu.* 92. Atq; in ſpecie iniuriæ nominatim Io. de Ana. tradit *in d. conſ.* 44 *n.* 6 *iuncta nu.* 4. & quidem ſi ſacramentum huc admittimus, illuſoria omni iniuriarum pœna fiet: animum iniuriæ faciendæ abfuiſſe, iuramento ſemper aſſeuerabitur.

Atque argumentum non † mutat, ſine conuitio iniuriam 10 non inferri. *l. ſi non conuicii. C. de iniur.* Conuitium porro citra vociferationem aut diuulgationem non intelligi. *l. item apud Labeonem. § conuitium ver. ſi vſſi conuitium. ff. eo. tit.* quoniam hallucinatio in argumento vertitur: ſiquidem de iniuria, quæ per conuitium, hoc eſt vociferando fit, tex. memorati ſtis frequentioris rationis loquuntur. In commotione quippe & iracundia fere ex prouocatione aliqua vociferando emittere verba iniurioſa ſolent. Quo caſu conuitii inclusio ad iniuriam excludendam nõ prodeſt, quæ citra vociferationem verbis fit. Gl. *in l.* 3 *in Gl.* 1 *ver. vel dixit hoc. ff. de Publicia. in clem.* 1. *in præſidentes. Ibique Dom. de reſcrip.* Alex. *in conſil.* 65. *circa fi. lib.* 6. Iaſ. *in l. licet. num* 6 *in §. ver. tertio moueor. C. de pact. in conſ.* 166 *in fine lib.* 4. Corſet. *ſing.* 24. *tu habes. vberius ſing.* 119 *dominus feudi.* Petr. Gerardi *ſing.* 57 Curt. iun. *in l. iubere. nu.* 6. *ff. de iuriſdi. omn. iudi. & hoc genus alia.* Atque in ſpecie iniuriam non excludi, quæ nulla vociferatione, verbis fit, ex tex. declaratur *in d. l. item apud Lab. autem. § ait prætor.* Quem ita Io. de Ana. obſeruat *in d. conſ.* 44. *num.* 5. & ſane pluſquam ridiculum fieret, impunita verba iniurioſa eſſe, q dicta extra vociferationem ſint. At non iniurias inferendi latiſſima ad eũ modũ feneſtra aperitur? Quo magis admiror, ſententiam diuerſam Domino, &c. placuiſſe.

Obſtare item non videtur, ad famam verba illa literarum ſeu epiſtolæ, non pertinere, *per calles, aut vias † Mediolani de fauore iniuſto* 11 *vel iniuſto ſermone efferri*: ſiquidem ad famam probandam verba hæc nõ valent: quam apud maiorem partem eſſe populi oporteret. Bart. & alii *in l. de minore. § plurium. ff. de quæſtio.* Quo tamen etiamſi niſi apud aliquorum vico vno atq; altero huc genus diſſipatus rumor non ſit, iniuriæ probrum remotum nihilo magis erit. Immo. n. atrocem hunc ipſo iniuriã æſtimari, quod in loco vno publico inſertur, teſtatum ante eſt. *nu.* 6. Quid hic dicendũ, vbi loca duo ſaltem publica verba hæc includunt: Quo caſu ad vicos alios ſerpere non ægre ſoleat, iuxta illud; *Fama malum, quo non velocius vllum,* &c.

12 Ruſſus ad iniuriam inferendam ſatis † eſt, id genus turpitudinem cui obijci, vnde facti infamia naſcitur, quamuis probationem ad iuris infamiam non ſpectet Old. in d. conſ. 53. n. 8. Anch. in conſ. 235. ſuper primo dubio n. 2. ver. nam tales exceptiones. Rom. in conſ. 208 hec impetratio. Alex. in l. 3. n. 7 ff de lib. & poſth. Hoc amplius, ſatis eſt, cõtumeliæ cauſa quid cui obijci, licet infamiæ quicquã inde non exiſtat. Oldr. in d. conſ. 53. n. 9. Sed n. ad infamiam facti pertinere, in cauſa iniqua fauorem cuiuis ab eo pſtari, qui in dignitate poſitus & poteſtate eſt, quis dubitet, cum participem ſe iniquitatis, & turpitudinis faciat. Quid autem dico, delicti par-
13 ticipem eum eſſe, qui nocenti fauet; Imo enim ex † omiſſione negligenti ſola correus facinoris æſtimator; qui ei, cum poſſit, non reſiſtit. l. 1 & 3 ff. de noxal. l. item quæritur. § exercitu ff. locati l. culpa caret. in ſenſu contrario ff de reg. iur. c. quanto de ſen. excom. c. ſicut. § illud de homicid. vbi ſcrupulo ſocietatis occultæ non caret, qui manifeſto facinori deſinit obuiare c. dilecto. de ſen. exco. lib. 6. c. negligere. 2. q. 4. c. non inferenda c. qui pot. 23. q. 3. c. cui non reſiſtitur. 80. diſt. c. error. & c. non contra. 83. diſt. c. facientis. 86. diſtin Iouale ſcit arg. hinc. Namque cum ad omnes pertineat iuxta paruos atque magnos prohibita occurrere, in his certe in primis obtinet, qui in excelſo poſiti
14 loco ſunt, qualis regis tanti Secretarius eſt. Ad quæ † vulgatum illud maxime ſpectat, iniurias naſci inde non decere, vnde naſci iura oportet. l. meminerint. C. vnde vi, c. nonnulla. de reſcrip. c. qualiter & quando. de accuſat.

Illud D. Theſaurario prodeſſe nihilo magis videtur, cauſam quamuis vel iniuſtam ad excuſationem doli valere. l. igitur ff de lib. cau. & hoc genus alia. Ad ea enim non pertinet, quæ iure prohibita omni ſunt æque diuino, aut naturali ac humano. Quo caſu neque ruſticitati ignoſci, neque ſexui ſolet. Ang. in l. ex conſenſu. § ſi ff de appellat. Anch. in conſ. 391. videtur prima facie circa fin. Alex. in conſ. 193 nu. 21. lib. 1. Curt. ſen. in conſ. 55. nu. 12. Veronen. in conſ. 24. nu. 16. & ſeq. inter criminal. Dec. in l. ſi quis id quod. nu. 32. ff. de iuriſd. om. iud. Quibus in locis ius idem admittitur, quotiens contra ius ciuile notiſſimum peccatur. Idque & Ang. placet in l. ſed & ſi. § ſi ſe-
15 re. ff. de peti. hered. Iniuriam plane iure omni † prohibitam in manifeſto eſt. De iure diuino habetur Pſal. 118. Auferá me opprobrium & contemptum, & Pſal. 122. miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri; quia multum repleti ſumus deſpectione. Quia multum repleta eſt anima noſtra, opprobrium abundantib. & deſpectio ſuperbis. & ad Coloſſen. c. 3. qui enim iniuriam facit, recipiet id, quod inique geſſit.

Secundo à cauſa iniuſta peti ita auxilium poteſt, ſi ex cauſa
16 illa † quem impulſum demonſtratur. l. qui cõmeatus. in pri. ff de re milit. Ang. & Cuma. in d. l. ex conſenſu. § ſi in Alex. in d. conſ. 103. n. 20. lib. 2. Curt. Sen. in d. conſ. 55. nu. 12. Dec. in conſ. 431. nu. 11. verſ. non obſtat, quod ſaltem Corn. in conſ. 33. col. antep. verſic. & licet beſtialis cauſa & in conſ. 80. col. 1 in fin. verſic. nec poſſunt ſe excuſare lib. 4 Ruin. in conſ. 33. col. pen. poſt med. ver. nam vt quis ex cauſa iuſta lib. 4. At enim probatio impleta hæc non videtur.

17 Poſtremo non obſtat, iuris priuati † iniuriam eſſe atque ideo per inquiſitionem eam vendicandi facultatem iudici non dari l. lex Cornelia ff de iniur. l. vniuerſarum ibique Sal. C. eo. tit. § in ſumma. ibique Ang. Aret. Inſt. eo. tit. gl. in l. fi. ff. de priua. delict. Bald. in c. 1 § iniuria col. 1 nu. 4 de pace iura. fir. Rom. in conſ. 152 præſens accuſatio in prin. Ab. in c. cum te in ſecunda nota de re iud. De quo infra etiam nu. 20. Re-
18 ſponſio enim gemina affertur. Prior, ex reſcripto † regio iudicium hoc D. Theſaurario inſtitutum; quo ne iſti à ſolennibus diſcedere iuris licet. l. 1 in ver. de plano interlocutus. ff. de conſt. prin. c. in cauſis. ibique Doct. de re iud. c. in noſtra. de ſepultur. Inde fit, vt impugnare inquiſitionem non liceat, quæ ſine diffamatione ex reſcripto & motu principis proprio fit: Bal. in l. nullus. C. ad l. Iul. maie. & alia apud Marſi. collecta in conſ. 78. nu. 7. Secunda reſponſio: iuris pu-
19 blici † iniuriam videri, quæ perſonis publicis infertur, in quibus vtilitas publica verſatur. l. 1. § huius ſtudii ff. de iuſt. & iur. Atque in ſpecie ea tex. hoc declaratur in d. l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cler. vbi popularis actio iniuriarum habetur, vbicunque iniuria affecti clerici ſacerdotesve ſunt, vtilitas in quibus publica conſiſtit. Ratio eadem ſecretarii & ſenatoris Principis videtur, in quibus vtilitas & ipſis publica inuenitur. Quocirca omnium intereſt, nomen & decus eorum tueri.

Argumentis his non mutantibus, ſententiam diuerſam meliorem & æquiorem exiſtimo, vitiis & iniuriis vndique moleſtiam carere; quam in carcere tamdiu perpeſſus D. Theſaurarius eſt. Et principio ab ordine procedendi exordiendo, tutis
20 exploratiſſimi eſt, inter iudicia † priuata actionem iniuriarum referri, ſic quomodo in ſtatum mox habemus, n. 17. Eam ob rem inepta & vitioſa acta omnia ſunt, accuſatione eorum nulla interueniente, ad quos res pertineret. l. non dubium. C. de ll. l. 2. § ſed quia C. de iuram. calum. l. prolatam Cod. de ſen. Sed nec vitium maius, quam quod defectu legitimationis perſonarum inducitur. l. ſi quæ annua. ff. de teſta. l. ſi res. C. de ord. cogn. Bart. & alii in l. 2. C. de edi. D. Adria. tol. Iaſ. in rub. C. qui admitti num. 4. ver. bene fateor. Quocirca
iudicis † eſt, animaduertere, vt legitimatio perſonarum interueniat, ne irrita acta fiant. c. cauſam quæ. de iudi. gl. in c. 1. in ver. ob conta. de elect. lib. 6. Rom. in conſ. 60. in fin. in conſ. 6. n. 5. in conſ. 17. n. 2. Caſtren. & alii in l. ita demum. C. de procura. Neque audiri eum oportuit, cuius non intereſſet. l. ſi quis § ex his ff de eden. l. ſi dum commiſſa § in ter dũ. ff de leg. 3. l. prætoru. § ſi. & l. qui bona. § qui damn. ff. de damn. inf. l. 1. in prin. ff. quorum appel. non recip. l. ex conuentione. ibique Curt. poſt Ang. in tertio not. C. de pactis. & hoc genus alia. 21

Grauius vitium hoc, ſeu grauior nullitas ex conſtitutionibus Mediolani fit, quibus expreſſum eſt, carcere neminem ob delictum detinendum, quod ſanguine non luitur, ſi fideiuſſorem præſtare non tenuit; ſanguinis vero pœnam non aliter dandam, quam ſi comprehenſum id conſtitutionibus ſit. Itaque cum pœna ſanguinis ob iniuriam verbalem per cõſtitutiones non pendatur; nõ † poſſunt acta omnia non intercidere, con- 22
tra quam prohibitum conſtitutionibus eſt, attentata. d. l. non dubium. Et in eo, quod contra ſtatutum fit, Anch. tradit in conſ. 171. de titulo col. fi. verſ. vlterius aduertendum. Dec. in conſ. 18. n. 5. Quod locum obtinet, etiam cũ ad irritationem actus ſtatutum nõ progreditur, d. l. non dubiũ. ibique Bart. & alii. Iaſ. in 8. notab. l. fi. § & hoc quidem. ibique Alex. in num. 2. C. de iure delib. Bart. in l. fin. in prin. ff de diuort. Iaſ. in l. 1. num. 11. ff. de lib. & poſthum. in l. 2. num. 78. Cod. de iure. & ſi de car. in conſ. 168. col 6 lib. 1. Bal. in l. 1. n. 61 ff. ſolu. mat. Si ſatis pro-
hibitio vna ad actum vitandum eſt, quid in duplici hic † probandũ, legis videlicet cõmunis, & ſtatuti; quo caſu vitioſum omnino et iudicium cunctũ oportet: vbi vigorem alias inerat iure ex prohibitione vna haberet, § ſanctiſſimum in aut. de alien. & emph. gl. fi. in c. verum. de condit. appoſi. Bart. & alii in l. filiusfamilias § diui. in 2. oppoſi. ff. de leg. 1 Alex. in conſ. 93. col. fi. lib. 7. Et hoc genus innumera. 23

Non obſtat, ex reſcripto regio † iudicium hoc inſtitutum, 24
& ex eo vnum actorũ diluit. Colutis enim multum id arg. haberet, ſi motu proprio editum reſcriptum ſit: ſed enim per vulgationem iniuratam D. Theſaurarii contra quam oportuit factum, partis cauſa, ad quam ſcripta erant, reſcriptum datum non obſcure præſumitur & apparet. Et enim motus proprius expreſſus in reſcripto non ſit, præſumi is non ſolet. c. ſi motu propri. de preb. lib. 6. Quem tex. ad hoc Bart. obſeruat in l. 1. n. 5. ver. quæro vtrum. C. de petitio. bon. ſubla. lib. 10. tradit idem Bart. in l. 1. n. 6. & 8. C. de bonis vacan. lib. eodem. Cant. in conſ. 101. n. 5. in fi. verſ. in contrarium. Cocier. ſing. 45. conceſſio, qui Baldum etiam nominat, apud quem hoc inuentum non licuit. Motu ſuo proprio detracto, eodem controuerſam reſcriptum non attinere, in d. conſ. 78. n. 7 Marſ. oſtendit.

Secundo reſponderim, motu etiam proprio expreſſo, pernitiale D. Theſaurario non eo magis reſcriptũ eſſe. Id; quia li-
tatio † eius facta nominatim eſt: abe conforme à iuſticia ſe proceda. 25
Itaque limites egredi reſcripti non licuit. l. diligenter ff mand. c. cum dilecta de reſcrip. In qua re obſeruandum, vbi iuris communi inimice Mediolani conſtitutiones eſſent, ad iuſtitiam reſcriptum applicandum, quæ ex ipſis miniſtrari conſtitutionibus ſolet, vtpote iure Regis Catholici proprio, & perſonæ eius ratione habita, Bald. in c. cum venißent num. 2. de eo qui mitt. in poſſ. Deci. l. n. 2. poſt med. C. quan. non peten. par. & in c. licet cauſam col. 4. ver. vnde quarto & vltimo cogitabam. de proba. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. § hi qui ſunt. n. 9. circa fi. ff. de verb. obl. Purpura. in l. imper. num n. 64 ff. de iuriſ. om. iud.

Tertio, ſicut ad † præfectum Mediolani reſcriptum dirigitur; ita pro Mediolani iure intelligi id conuenit. Caſtr. in conſil. 125 dubitatur primo, an Comes in ſi. 4. dubii lib. 2. Dec. in conſ. 65. col. 2. in conſ. 416. col. pen. circa fi. forma igitur conſtitutionum Mediolani neglecta, in præceps omnia ruunt. 26

Quarto, in ſpecie magis ea † Decio hæc inuantur in c. 1. in primo 27
nota. de offi. deleg. clauſulam reſcripti, iuſtitia mediante, ad ordinem iuris adhibendum ſpectare. Idque Ang. teſtimonio in l. cum quo. in pr. col. 1. ff. ſi cer. pet. & in § exheredatos. in Auth. de hære. & Fal. ita Dec. ſcribit in conſ. 175. col. 2. ante fi. & in conſ. 189. ante fi. At enim neq; iuris communis, neque proprii Mediolani ordini obtemperatum apparet.

Quinto hoc amplius dico, vitiis acta omnia deficere, etſi libera † inquirendi aut procedendi poteſtas facta per reſcri- 28
ptum

prium ... , ſiquidem ad ordinem iuris amouendum libera di-
ctio non valet, vt Marſ. docet & pr... in conſ. 5. nu. 5. in conſ. 48.
nu. 11. Soc. Iun. in conſ. 7. nu. 5. lib. 2. Quid hic dicendum, proce-
dendi facultate ad iuſtitiæ terminos ca preſſim coarctata?
Non obſtat, ad iniuriam prædicta non pertinere, quæ princi-
29 pis † facta magiſtratibus, aut Senatoribus ſit; perinde quaſi
Principis tanti læſa maieſtas dicatur: atq; ideo popularē & pu-
blicam iniuriarū tunc actionē videri. Quoniā ad eū caſum atq;
ſpectat, quo officiali, vti officiali, nō vti priuato; atque ex ordi-
priuato iniuria irrogatur, ſic quomodo reſtatū apud D. Sanſo-
nium D. Theſaurarii patroni legitur. Atq; præter ab eo ſcripta,
ex Cald. id roboratur in conſ. vlt. de accu. qui in Cardinali offenſo
loquitur, ad maieſtatis læſionem id non pertinere, vbicunque
non quaſi Cardinalis, verum vti prouinciæ, aut ciuitatis præ-
fectus offenditur. Atq; in reali iniuria loquitur. Idem Cap. ad-
mittit dec. 130. nu. 7. 12. & duobus ſeq. & col. 13. humaniorem opini.
hanc poſt Lauden. aſſerit in tract. de prin. nota 21. Idq; pro expe-
dito ſententia habet, quæ remiſſionem iniuriæ tuetur, quæ a D.
30 facta Molina aſſeritur. At n. † momenti quicquam in perniciē
principis remiſſio non haberet, ſi principis ipſius læſam maie-
ſtatem dicimus l. in perſon. ani. in pri. ff. de pactis. gl. in l. ſed & ſi vnum. §.
filiusfam. in ver. filio ff. de iniur. vbi iniuriam ubi factam in patris
perniciem filius non perimit. Et in ſpecie iniuriæ officiali prin-
cipis factæ Caſtr. & Alex. tradunt in l. quamuis in ſi. ff. de in ius voca.
Marſil. in conſ. 15. nu. 16.
31 Apparet ex his, iniuria grauiſſima per capturam † perſonæ
& cuſtodiam eius diuturnam D. Theſaurarium affectum. Et
pro iniuria verbali, cuius immunis eſt, realem etiam iniuriam irro-
gatam, quæ in captura & carcere conſiſtit. l. pen. C. qui bonis ced. poſ.
Bal. in l. per diuerſas q. 15. in ſi. C. mand. Soc. in conſ. 119. nu. 6. ver. ſecun-
do ratis. lib. 1. qui iniuriarum permitti actionem ait. not. in l. 1. §.
tutores ff. de ſuſpect. tutor. Sed & irreparabilis iniuria hæc habetur,
quæ à captura proficiſcitur l. 2. ff. de appell. recip. l. ſi quis procuratione.
C. de appellat. Cuma. in conſ. 157. in cauſa Benedicti col. 1. poſt med. Et qui-
32 dem † atrocior non paulo iniuria hæc realis per capturam ea
eſt, cuius nomine coniectus in carcerem legitur, cum niſi ex
verbis non pendeat. l. ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. ff. ad l. Aquil. l. prætor
ait. §. ſi. ibique Bar. cum ll. ſeq. l. vulneris magnitudo ff. de iniur. Et hoc
genus apud Boerium in conſuet. Biturigum in titu. de teſtib. omni. ted.
§ 17. col. 1. & ſeq. Quid probandum hic erit, vbi nec iniuriæ ver-
balis reus D. Theſaurarius conuincitur.
Abundans ex his diſcuſſio meritorum fit: quandoquidem
iniuria etiam admiſſa, vitioſa vſque quaque acta conſtant, cō-
tra quam reſcripti verba iuris communis & conſtitutionum
Mediolani edicta ferant. Cæterum, quo perſpicua magis res
fiat, & negocium ipſum attingendum principale cenſuimo quo
iniuriæ obiectæ innoxium D. Theſaurarium eſſe omnino arbi-
33 tror. Rei cuius enarrandæ cauſa ſciendum, dolo carere † iniu-
riam nō poſſe l. ſed & ſi quacunq;. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 3. § 1. & § ſi. & l. ſeq.
ff. de iniur. l. ſi non conuicii. C. eod. tit. c. aliud 15. q. 1. vbi inſertus tex. d. l. 3.
inuenitur. Tradit Cyn. in d. l. ſi non conuicii. in prin. Io. And. in tit. de
iniur. apud Spec. Bal. in conſ. 230. omnis factum in ſi. lib. 3. in conſ. 443. coram
vobis in ſi. lib. 4. Ang. in conſ. 397. quidam petre nu. 1. Gemi. in conſ. 16. n.
34 5. circa ſi. Io. de Ana. in d. conſ. 4. vbi conſilium ſad iniuriam poſcit.
Quod verbum ad dolum in probibitis trahitur, cum ad facien-
tis perſonam ſolius refertur. Conſilio enim actum dicitur, q̄
factum per dolum eſt. l. & eleganter in prin. ff. de dolo. l. cum qui. §. præ-
terea ff. de Publicia. l. nihil intereſt ff. de inoffi. teſt. l. 5. ff. de teſt. manu. l. ab-
ſentem in ſi. ff. de pœnis. Et Comicum illud: nunquam illa me opprimet
conſilio. Inde conſilio malo, ſimiliter vt dolo malo, non raro iu-
riſconſulti vtuntur. Sine dolo iniuriam non fieri Alex. etiam
ſcribit in l. cum ſi a col. 9. ff. de acq. poſſ. in conſ. 209. nu. 14. li. 6. Corn. in conſ.
280. col. 1. circa med. lib. 4. Inde dolum verum aut præſumptum in
iudicio iniuriarum probandum in d. l. cum ſi. Alex. ſubiicit. Eiuſdē
35 ſententiæ † & illud eſt, ex animo iniuriam conſiſtere, neq; ci-
tra iniuriantis eam animum committi d. l. 3. § 1. ibiq; gl. in ver. ex
aff. Sic tex. conſimiles vocans d. l. 3. in ver. apud Labeonem. §. ſi quis aſtro-
logus l. ſi quis ſeruum. §. ſed hoc l. quod reipublica ff. de iniur. Bar. in l. cum qui
nocentem. §. 1. eo. tit. Ang. in d. conſ. 397. n. 1. Roma. in conſ. 96. n. 3. & duob.
ſeq. Io. de Ana. in d. conſ. 44. n. 4. in ſi. verſ. ad iſte teſtis depomt lib. 2. Feli. in
36 c. cum te. in ſi. de re iudi. Et hoc genus mille. Idq; perpetuum in † crimi-
ne quouis, ne citra affectum aut animū committatur. Et in fur-
to tex. id declaratur in l. ſi quis teſtam. in ſi. ff. ad l. Aquil. l. furtū. ff. de vſuc.
§. ſed tamen. Inſtit. eo. tit. l. qui iniuria. in pr. & l. verum. 2. ff. de furtis. Cauſa
eadem adulterii, q̄ & ipſum ſine animo id committendi non
intelligitur. l. pen. ff. de adulter. Et idem homicidii. l. diuus ff. de ſica.
Prætoris item edictū contra debitores latitantes con... orum,
eū non apprehēdit, à quo fraudis animus latitandu a... eſt l. ſi ab-
ſentis. § ... ff. quib. ex cau. in poſſ. eatur. Et illud vero eſt, q̄ † dictitāt, 37
voluntate ac propoſito maleficia diſtingui. c. cum voluntate in pri.
de ſentent. excom. c. quod pradiceſſor. 11. q. 3. Eodem & illud pertinet,
voluntate remota, indifferentē actum, omnē fieri. Cyn. in l. 1. §.
remouet ff. de poſtulan. in notulis ſuis. Meminit Bal. in l. cum quam nu. 25.
C. de fiden. Videamus modo, vtrū conſilio, aut dolo malo, & in-
iuriæ inferendæ cauſa, epiſtola conſcripta fuerit, propter quam
negocium tam acerbiſſimū paſſus D. Theſaurarius eſt. Quo res
quo perlucida magis fiat, meminiſſe debemus, facti cauſam 38
in ſpecie quadam ius ponius q̄ factum ipſum ſpectandam. l. cū
du. § in cauſa ff. de tranſact. l. ſi procuratorem dedero. in prin. ff. manda. l. cum
pater. § dulciſſimis ff. de leg. 2. l. legata inutiliter ibique Gl. in ver. mittuntur.
ff. de adim. lega. & alia apud nos aggregata in reſpon. pro Genuen. n. 198.
Atq; in delicto vtiādo, ex tex. id declaratur, in d. l. verū. 2. ff. de furtis.
vbi qui ancillam alienam rapit, furti non obligatur: id, quia li-
bidinis, non furandi cauſa rapta eſt. Quo circa cauſa ita ſcribē-
di indaganda: q̄ ſi animaduerſa fuerat, moleſtiam tam turpem,
tamq; perniciālem non vtiq; paſſus D. Theſaurarius fuerat.
Cauſa porro ita ſcribendi ea literis ipſis liquet, q̄ homini tam
infami fauor accommodaretur: quem hominem † capitalem 39
ſcribentis inimicū tum fuiſſe, in obſcuro nō eſt; vtpote qui te-
ſtimonium contra ſcribentem ipſum de re capitali dixerat: ex
quo teſtimonio inimicitiam capitalem naſci ſufficienter non
eſt. Abb. in c. cum P. Manconella in fi. de accuſ. & quamuis in eo loqua-
tur, qui vltro teſtimoniū tulit, eo id ſit, ne à teſtimonio repel-
latur, qui teſtimoniū vltro non dixit. Cęterum quin vt inimicū
eum capitalem is habeat, contra quem teſtificatus eſt, ſenſus i-
40 pſe communis docet. Idq; eo † facilius admittendum, ſi inſti-
gatorem cauſæ capitalis hominē illum fuiſſe doceri poſſet; ſi-
militer vt de accuſatore dicitur in auth. ſi dicatur. ibiq; Bal. C. de teſt.
Itaq; cum iacturam honoris ab eo, q̄ in ipſis ſuit, D. Theſaurā-
rius accepiſſet, cauſa ita ſcribendi no deſuit, quo à fauore præ-
ſtando D. Secretariū deterreret: quo fauore amoto, ſi illi ho-
mo ille ſuccumberet, infirmum & ſcribenti innocuū teſtimo-
nium eius fieret. Cauſa hac igitur ita ſcribēdi in manifeſto po-
ſita, conſilium dolusve iniuriandi intelligi in ſcribente nō pō-
teſt. Inſuper cum † vtimur, locū iniuriæ nunquam eſſe, vbicunq; 41
præſumptio aliqua in contrarium, aut cogitari alia poteſt. Bar. in conſ.
108. in q. aſſione verteſte inter D. Nicolaū circa ſi. & alia de quib. infra
n. 45. Quod locū obtinet, etiamſi vere iniuriādi animus fuerit,
veluti cum aduocatū imperitum, excellentē quis, vel clericum
moribus perditum, bonū quiſpiam nomine noncupat. Satis quip-
pe eſt, iniuriandi abeſſe animū poſſe. Ang. in d. l. ſi non conuicii n. 6.
Rui. in conſ. 81. n. 2. circa med. li. 3. & in conſ. 145. n. 10. li. 5. Sed & contra
principē id recepti, ne iniuriæ verba vertantur, quoties cā aliqua
ſubeſſe alia pot. Sig. ſcribit in conſ. 249. n. 4. in ſi. ver. ſic licet nominatim.
Contra Principem etiam interpretatione hanc Rui. agno-
ſcit in d. conſ. 145. n. 10. & trib. ſeq. Quin etiam quo maior potentior-
ve is eſt, contra quem expreſſa verba leguntur, eo facilior in-
terpretationis huius admiſſio. Credibile quippe non eſt, ve in-
iuria eum afficere quiſpiam cogitet, cui vlciſcendi modus per-
facilis ſit. Etenim † ſi temeritatem profundere nemo præſumitur. 42
l. ſi Titius. ff. pro ſocio. l. cum de indebito § 1 ff. de prob. l. Imperator ff. ad Treb.
l. Imperatores. in ſi. ff. de appel. l. ſuperuacuam & ibi not. C. de poſ. longe mi-
nus vna ſimul cum re & honoris decus contēptui habere quiſ-
quam crederetur: cum par ſanię cauſa atq; vtrę habeatur. l. iſti quidem.
in ſi. ff. quod metus cau. l. iuſta cum gl. 1. ff. de manu. vindi. gl. nō ſper-
nenda in § ſi ſpectum autem. in ver. ob culpam Inſtit. de ſuſpec. tutor. Bar. in
l. tranſigere n. 4. in ſi. & ſeq. C. de tranſact. Sed & grauiorem famę, quā
oculorum interitum tex. probat in l. infamia C. de decu. lib. 10. &
alia apud nos in conſ. 2. n. 18. in conſ. 99. in ſi. in conſ. 145. nu. 24. in conſ.
151. nu. 21. & in conſ. 168. num. 2.
Secundo credibile non eſt, id quempiam † ſenſiſſe, vnde 43
commodi quicquam non perciperet, at damnum ſolummodo
faceret. Aret. in conſ. 112. conſideratis col. 4. in prin. ver. ſed tamen his non
obſtantibus argum. l. quis ex municipum. § cum ita ff. de leg. 3. & quod Bar.
not. in l. his verbis §. idem teſtator. eo tit. Enimuero ſi animum in-
iuriandi fuiſſe ſcribenti dicimus, quid aliud, niſi quod de tri-
do verbo ferri vetere ſolet, malum ſibi eum exceſcinere? An
non ſecretarii dignitas, gratia apud Regem & Reginam cun-
ctam, opes & vis eius in oculis ſcribentis erant: Et cum ta-
tionabilis † iudicis motus cum animo iniuriandi ex præ- 44

dictis non conſentiat, ſenſit animum huiuſ perinde ac ver. diſſimilem probari oportet. Bald *in l. teſtium num. 20. C. de teſtib. in l. ſcriptura nu. 5. Cod. de fide inſtr.* Felin. *in c. auditis. nu. 23. in fi. de præſcription.* Neque præſumi id oportet, quod veriſimile non eſt. Bald. *in l. ſi. in vltimo not. C. de bart. ınſt. & in c. … § ſi vero. nu. 1. de feudo guardiæ.* Et alia apud nos *in conſi. 6. nu. 25. in conſ. 8. nu. 6.*

45 Tertio, cum nominis & † cenſus ſui à teſtimonio aduerſarij ſeruandi cauſa perſcribi literæ potuerint, ob eam rem, non iniuriæ inferendæ ratione ſcriptas eas magis erit dicere. Old. *in d. conſ. 53. nu. 8.* Albert. *in l. dolum nu. 4. C. de dolo.* Geminia. *in conſi. 7. column. 1. ante med.* & apud nos *in d. conſil. 8. num. 15.* & alia, de quibus ſupra *nu. 41.*

Quarto, antiquam, & magnam familiaritatem, & neceſſitudinem inter ſcribentem & eum, ad quem ſcripſit, fuiſſe, cum literis ipſis, tum argumentis & aliis præſupponimus. At enim præ-
46 ſumptioni † iniuriæ, amicitia ſatis reſiſtit, ne amico iniuriam facere amicus credatur. Cuma. *in conſ. 74. col. 2. poſt med.* vbi iniuriãtis animum in verbis turpibus ab inimicitia colligit. Ratio fortior efficiet, vt amicitiæ cauſa animum hunc iniuriandi excludamus *l. merito. ff. pro ſocio* huc ſpectat, quæ ſcripta apud nos ſunt *in d. conſ. 8. nu. 14. in conſi. 57. eo. nu. 13.* aduerſus perſonam non male-
47 uolam dolum non præſumi. Appoſite huc † gl. quadrat *in l. 1. in gl. 2. C. de ſicar.* occidendi animum aduerſus amicum non præſumi. Idem Iaſ. probat *in l. 1. column. 4. nu. 22. ff. de legib.* Socr. iun. *in conſi. 58. n. 8. lib. 1.* Hoc amplius, ſatis eſt inimicitiã detrahere, ne occidendi aut offendendi animus præſumatur, quamuis amicitia non appareat. Veronenſ. *in conſ. 31.* Quam coniecturam ſolam ſatis vita bona offendentis aliunde patefacta, *in d. conſ. 31.* Veronenſ. putat. *col. 2. verſ. quarta præſumptio.*

48 Quinto, ex modo † procedendi hominis animus declaratur *l. ſi fundum, ab conditione. § ſi libertus. Ibique Iaſ. in 1. not. ff de leg. 1. l. non codicillum. C. de teſtam.* & alia apud nos relata *in rubr. ff de leg. 1. n. 27. in conſil. 214. nu. 11. ver. quarto conſidero.* Idque & ad delicta pertinere non dubitatur. Quare ex modo percutiendi animus arguitur, ad hominẽ ne conficiendũ cogitauerit. *l. ſi ex plagis. § tabernarius ff. ad l. Aquil. l. 1. § ſi clauſum. ff. de adil. edict. l. vulneris. ff. de mil. l. 1. § diuus ibique gl. in ver. percuſſerit. ff. de ſicar. c. ſignificaſti. 2. in fi. de homicid. & hoc genus non pauca.* At enim ſi modum ſcribendi intuemur, mirũ ni ex obſeruatione eius, ad quem ſcribitur, & ſcribentis officio totius conſtet. In qua re teſtanda verbis pluribus occupandum me non duxi, vtpote quæ teſtata ſatis à Dominis conſultoribus eſt.

Sexto, per literas ad D. Molinam ſcriptas fauor ſatis arguitur. Ibi maxime, *ya que la nota no ſi pueda eſcuſar.* & de quo in epiſtola ſua D. Theſaurarius meminit. Ibi maxime. *ya que la nota no ſe pueda eſcuſar.* & quas literas in vulgum prodiiſſe hoc ipſe oſtenditur, quod abditas eas D. Molina non habuit; verum ad manus alienas peruenerunt. Quæ cum ita ſint, etiam ſi D. ipſum Theſaurarium fauor ille non læſerat; attamen inimici & iniuriantis functus partib. non eſt, cum ſcriptorem earum rei huius com-
49 monefaciendum cenſuit: in qua admonitione † & amica correctione, doli aut iniuriæ intelligi quicquam nequit. Rumi. *in conſ. 96. n. 2. ver. ſecundo vero caſu* Abb. *in d. c. cum ſit n. 28. in p. & nu. ſeq. poſt med. ibique* Felin. *in fi. de ſi. ed.* Pro qua ſententia text. *in c. ſi gens. 1. ibique* Card. … Ita optime de amico meritus D. Theſaurarius videtur, ne dum iniuriari … potuit.

50 Septimo, in dolo † non dicitur, qui id agit, vt damnũ, quod ab aliquo metuit quoquo pacto depellat. *l. atque natura. § cum … abſente … l. Papinianus § 4. ff. de inoff. teſt. c. dominus noſter. 24. q. … imprem de elect. lib. 6.* Salic. *in l. ſi. C. commoda.* Ancharan. *in conſ. 145. ſed. poſt. in fi.* At enim eo epiſtola emiſſa controuerſ… fuit, ne à teſtimonio aduerſarij damnum ſcribens haud leue acciperet.

51 Octauo, ratione fortiori dolus hic excluditur. † Namque nec culpam quiſquam in eo præſtat, ad quod ordinarie non fuit … *l. electio. ſi … quem ff de nouat. l. creditor 1. ff de hered. vel act. vendit. l. ſi v. hæreda § 1. ibique not. ff. ad l. Rhod. de iactu l. … ff. de impenſ. l. non omne. ff. de ſtatu lib. l. ſi is qui ff de … quia … Ibique … Bart. in l. 2. § … Alexan. in conſ. 8 … lib. 4.* Socin. Felin. *in … ver. non obſtat dicta regula de … contractus … reg. … nu. 1. in nono not. de … in 2 le … & hoc genus alia.* … culpa … ad quod ordinarie non eſt: longe minus dolus pœna pendenda in-
52 euenerit, ad quod ordinarius non eſt, cum † facilius doli, quam culpæ excuſari quis ſoleat. Inde culpam lex præſumit, vt dolo

quem eripiat. Quod in errore videre iudic eſt, quem potius, quã dolum lex præſumit. Quocirca per culpam & imperitiam potius, quã dolum ſententiam iniquam dicere iudex intelligitur *l. ſi filius familias ff. de iudic. l. iniuriarum § idem Labeo ibique Bar. ff. de iniur. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delict. na. in pri.* Bald *in l. properandum § & ſi quidem n. 13. ver. ſed quid ſi numerus. C. de iudi.* Rota deciſ. 48. *valet etiam. in 2. additione in nouis.* Cuma. *in l. non fatetur. ff. de confeſ. & in conſ. 10.* *Domina Ioanna in vltimo dubio.* Fulg. *in l. ſubemus n. 4. & ſeq. C. de teſta.* Soc. *in conſ. 108. n. 12. lib. 1* Rui. *in conſ. 145. n. 12. li. 5* Ita culpam latam
potius, quam dolum lex præſumit: ſiquidem † culpæ latæ er- 53
ror verti iuris ſolet, vt habetur in *l. lata. ff. de verb. ſign. l. leges ſacratiſſima. C. de ll.* Bart. *in l. quod Nerua n. 19. ver. iuxta prædicta quæro. ff. depoſ.* Bart. & alii *in l. iuſte. in fi. ff. de acq. poſſ.*

Nonum fundamentum ex octauo ſponte ſua conſequitur, ob cauſam etiam iniuſtam iniuriæ quẽ & doli excuſari. Namque ſi doli iudex non tenetur, qui inique pronunciat, ergo iuris errore à dolo liberatur. At enim cauſam iniuſtam in iuris errore verſari hoc ipſo palam fit, quod ad culpam latam ſpectat, & ex gl. id declaratur *in l. plagii. 1. C. ad l. Flauiam de plagiar.* Alex. *in conſ. 92. col. ſi. lib. 1.* Atque in ſpecie iniuriæ, ex cauſa iniuſta excuſationem eius tribui, ex Roma oſtendimus *in d. conſ. 96. n. 4. verſ. imo quod plus eſt.* Geminia. *in conſ. 26. n. 6.* Alex. *in conſ. 212. num. 5. lib. 2.* Pro qua ſententia text. manifeſtarius *in d. l. iniuriarum. § idem Labeo Ibique Bart. ff. de iniur.* vbi ob cauſam iniuſtam & latam in errore iuris culpam, iniuriæ crimini iudex eripitur. Si Doctor & iudex, qui iuris ſcientiam profitentur, ab errore iuris, & cauſa iniuſta opem ſentiunt; quid in D. Theſaurario probandum, qui
militiam † potius, quam legum diſciplinam meditatur? vtpote 54
qui in copiis Philippicis, & regius munus ſuum exequitur *l. ſi regula. § ſi filius fam. ff. de iuris, & facti ignor. l. 1. C. eo. tit. l. pen. ibique* Bal. *C. de his qui ſibi aſcrib. text.* huc ſpectat *in l. ſi poſt pri. ver. arma dicentem. C. de iure deliber.* tradit glo. *in c. turbatur nanna 4 1. q. 4.* Alexan. *in d. conſ. 92. circa fi. lib. 1.* Rurſus ſi ad iniuriæ crimen pellendum cauſa vel iniuſta valet, quid hic dicendum, vbi cauſas iuſtas ad ita ſcribendum oſtendimus?

Decimo, in autem hæc amici D. Theſaurarius depoſuit, qui literas ita dedit, vt niſi ad eum, ad alium præterea neminẽ peruenirent. Ita fide & beneuolentia fiſus amici eſt; qui ſi literas celauiſſet, moleſtiam iam acerrimam paſſus ſcriptor non fuerat. Eam ob rem † indignus auxilio non erat, qui fidem amici 55
ſecutus, vulgatũ literas iri nõ credidit. *l. liberto. in pr. ibi; cuius literas creditor ſecutus ff de neg. geſt. l. creditor § Lucius ff. manda. l. ſi libertus iter a … ff. de oper. liber. c. ante … de … c. veniens. & c. quanto. de iureiuran.* Anton. de Butr. *in conſ. 24. n. 4. in fi.* Dec. *in conſ. 11. n. 6. in conſ. 39. eo n. circa prin. & in conſ. 430. nu. 9. poſt. prin.* Quare iuriſconſulti verbis ſe inuoluere D. Theſaurarius poteſt, *in l. vnũ ex familia. § ſi ff de leg. 2. ibi, melius de matre præſumpſerat.*

Vndecimo, cum officioſe adeo ad amicum D. Theſaurarius ſcripſerit, in dominũ ipſum agnoſcendo, & ſeruum ſe eius profitendo, recte arcanum ſuum prodere apud eum potuit, nihil minus veritus, quam patefactum literas eius iri. Itaque quod
fide † ab eo factum bona eſt, cũ id ita ſibi licere exiſtimaret, cri- 56
mini & vitio dari non conuenit. Bene ſiquidem fieri dicitur, quod fide bona fit. *l. ſi ſeruum. § non dixit. in ver. animaduerte ff. de acq. her. l. quamuis. de condit. & dem* Bal. *in conſ. 414. verba dicunt, quod planum lex 1. in conſ. 243. tempore in fi. lib. 4.* Tortus *in conſ. ſuo poſt reſponſa Anto. de Butr. n. 10 verſ. præterea quia dicit.* Et apud nos *in conſ. 8. nu. 51.*

Duodecimo, cauſa negotii totius immediata ab eo exiſtit, cuius auribus & oculis ſuis commiſſa non continuit, at palam fecit:
ob id cauſæ † ipſi immediatæ culpa omnis tribuenda. *l. ſi mulier.* 57
in prin. cum gl. ff rerum amo. l. qui domum habebat. ff. loca. c. de cæter. de homicid. Dec. *in conſ. 300 n. 7 ver. ſed maior eſſet dubitatio. & in conſ. 381. n. 10.* vbi in materia odioſa & ſtricta immediate intelligẽda verba ſcribit.

Et quod ad D. Molinam attinet, explicata ſatis res ex ſuperioribus liquet, quatenus non animo iniuriæ inferendæ, non dolo, at iniuriæ ex teſtimonio eius refellendæ nomine ſcriptas literas apparet. Et quod de infami dictum legitur, eo pertinere conſtat, vt indignus monſtraretur, qui D. Secretarii ſuffragiis releuaretur: tempusq. literarum ſpectandum, quod iſpecta fa-
cti † infamia erat, ſine qua moleſtiam paſſurus non fuerat. *c. cum* 58
oporteat c. qualiter. 2. c. inquiſitionis. de accuſat. Bart. *in l. congruit. ff. de off. præſid.* Alex. *in conſ. 124. in prin. lib. 6. & hoc genus alia.* Neque in poteſtate principis eſt infamiam ipſam … delere, tametſi effectus eius perimat. Bald. *in l. Caſſius n. … ff. de ſenator.* Socin. Abb. *in*

c. cum

exem in n. 9. ibique Fel. [illegible] *de reſcrib.* Detenendi [illegible] eſt, ſ. [illegible] infamiam ex ing iere gl. *in* [illegible] *in ver. de* [illegible] *cano.* Itaque ſe cum nemini [illegible] ſaceret [illegible] quid iniuriæ facere D. Theſaurarius potuit [illegible] expreſſit quod omnib. in ore eſſ[illegible], [illegible] iam, ſpectandum, quo d ſtamatio hæc ferebar, [illegible]: & [illegible] ratione va[illegible] ollendit, *in l. non ſolum. § ſed vt probari ff de oper. noui nunciat.* [illegible] tempore [illegible] quid potuit, permiſſ[illegible] & [illegible] tempore factum [illegible] crederetur, vt delictum acceaem. Quanto magis ſententia & interpretatio admittenda memorata erit [illegible] in manifeſto [illegible], eo tempore literas factas, quo facti diffamatio perſeverabat.

Neque dicaeris, ad facti infamiam reſtricta verba non eſſe,
59 [illegible] tam infamia: quoniam ad eam † referri infamiâ oportet, ad quam referri poterant, nô ad infamiam iuris, quæ non erat, etiam ſi delicti excludendi cauſa non fuerat *l. Gallus, §. 1. ibi, quæ ex verbis concipi poteſt ff de lib. & poſthum. l. ſi quis ita ff. de condi. inſtit. l. hæredibus § fin. ff ad Treb. l. 1. in prin. ff de ſuis & legiti. l. ſtipulatio iſta §. hæc quæ. 1. ff de verb. oblig gl. in l. cl & quæſitum in ver. poſſe* Ibique Ias. *n. 34. & in l. ſi quis poſthumos. ibi; interim Iaſ. n. 8. ff de lib. & poſthu.* & alia apud nos *in conſ. 103. nu. 12 & nu. 7. [illegible]* Si vbi pœna non contingit, ad caſum poſſibilem referri verba oportet: quid in ſpecie hac? in qua ſi ad caſum impoſſibilem, hoc eſt, infamiam iuris
60 verba applicamus, pœnam ſcribens ſubit. Cuius † repellendæ cauſa offenſio permitti verborum ſolet *l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerum. ibique Bal. ff de excuſ.* [illegible] *gl. in c. ne quis arbitretur in gl. 1. circa fi. 22. q. 2.* Bart. *in l. ſi ſtrua. § ſi ante in fi. ff de dam. inf.* Imol. *in conſ. 10[illegible] nu. 4.* Mar. *in conſ. 1. n. 9.* Soc. iun. *in conſ. 83. n. 3. in 2. li. 2.* ſed & ſi & ob delictum excludendum verba accipi conuenit, vt habetur *in l. 2. § creditum ff ſi cer. pet. in c. cum in de teſtib. gl. in c. periculoſe.* [illegible] *o text. in ver. hora de pen. di. 1.* quam ſing. Bal. iun. vocat, *in l. 1. nu. 66. ff ſol. mat.* & apud nos *in conſ. 6. n. 126. in conſ. 8. n. 2. & in conſ. [illegible] n. 24.* tametſi ad iuris etiam infamiam relatione facta, locum iniuriæ nô eſſe ſuperiora doceant.

Secundo reſpondetur, etſi maxime infamia diffuſa vlla non
61 eſſet facti & iuris, ad facti infamiam verba † accommodari nihilominus oportet, quo lenius infun[illegible] delictum fiat *l. ſi pœnaſe & l. interpretatione ff de pœnis.* Soc. *in l. cum quæritur in fin. ff de reb. dub.* Bal. his adluſit *in l. fin. n. 17. poſt med. C. de edil. actio* inter dolos duos minorem præſumendum. Sequitur Aret. *in conſ. 31. col. [illegible] pen. ver. ad ſecundum & in conſ. 80 col. 2. v. ſi vero & licet pr. adi[illegible]* Dec. *in conſ. 134. nu. 5.* Freder. hic accedit *in conſ. 44.* ea hora [illegible] [illegible]um eſt intelligi, minor vnde condemnatio ſequitur. Cum ſen-
62 tentiæ † nec inimicitia ipſa reſiſtit, quod odio capitali eum perſequeretur, quê in [illegible] dixit. Alex. *in conſ. 233. n. 9 lib. 6.* vbi in ſcriptura Iudæorum loquitur, quæ ad probrum ſpectare Ch. [illegible] ſti redemptoris poteſt, ſi ſ[illegible] eam poſt Chriſti aduentum dicimus; atqui ante aduentû eam factum ait, vt iniuria taceat. At enim qui in Chriſto infenſi Iudæi ſint [illegible] palam omnibus eſt.

Decimo tertio, vt per picua vndique D. Theſaurarii cauſa &
63 fides eius bona [illegible] te tamen dubia coniecturis † tot tamque vehementibus, & probabilibus eum eo [illegible] tibus, quin ſacramento ſtari eius debeat, inficiari certe non liceat, hoc eſt, qua mente ſcriptum ita ab eo [illegible] Roma. *in l. nulla col. pen ff de verb. obl.* [illegible] animum occidendi abfuiſſe, ſacramento probari percuſſoris ait; per gl. *in l. 1. in ver. animo C. de Sicar.* Qua ſententia Guido Papæ vtitur *in conſ.* [illegible] *in fi.* [illegible] *in repet. l. admonendi col. [illegible] nu. 263. per alle etiam quod vult gl.* [illegible] *in ver. in § [illegible] iſta n. 90. inſt. de actio. in conſ. 8. 4. col. 3. lib.*

Sententia hac & innocenti D. Theſaurarii ita confirmata, reliquum aliud non ſupereſt, niſi vt argumenta contra obiecta propellemus, Et quamuis profligatio eorum ex his ſponte ſua emanet, quæ ſupra in gratiam prolata ipſius D. Theſaurarii ſunt: atta [illegible] perſpicua magis omnia ſiant, in ſpecie ad ea reſpondendum & ſingulatim dixi. Itaque, arg. primum non obſtat: Iniuria in verbis epiſtolæ & ipſam atroc[illegible] inueniri: quoniam ſatis
64 non † eſt, ad iniuriam & probrum verba pertinere, niſi [illegible] dolum ita dicta, & animo iniuriandi ſint, ſic, quemadmodum ſtatutum in ſuperioribus eſt n. 35. Dolum plane & iniuriantis animum in D. Theſaurario non fuiſſe, ſatis ſuperque præcedentia docent. *nu. 58 & continentibus.*
65 Non obſtat, iniuriantis animû hoc ipſo argui, quod contumelioſa verba & probroſa ſunt. Locû enim id haberet, coniectu[illegible] [illegible] ratis non interuenientibus. quæ ad anim[illegible] iniuriandi, & dolû repellendum proſunt. Præſumptionê enim vnam per aliam perimi [illegible] û non eſt *l. pen ff de* [illegible] *l.* [illegible] *ff de proba. l. non* [illegible] *ff. de rerum ampl.* [illegible] *& Sali* [illegible] *de calumnia c. licet de præſum. c. tran'* [illegible] *ff. ſi quis* [illegible] *ſine lege* [illegible] *de fa. ſis* Qua ratione [illegible] [illegible] bo[illegible]
l. cum † omnium [illegible] ſumptionib. habet. quib. potiſſi[illegible] paret, 66 vt inuicem ſe impediant *c. multen. ibig. Alb. in ſecunda n. 2. de ſententiar.* Alb. *in conſ.* [illegible] in præſumptione dicendû fortiore erit, vt per eam de[illegible] [illegible] tatur, *l. ſi impenſ. ff quod metus cau. l. pen. ibi* Ang. *n. 3. ff de cond. inſt. l. excipiuntur* [illegible] *ad Sella l. quia autem. § non ſimpliciter ff ſi quis omiſſo cau. teſt. l. qui duos. § ſi Lucius ibig. Soc. in 4. not. ff de rebus dub. c. in noſtra de teſtiu. c. tuam de ſpon. al.* Bal. *in l. ſine poſſidere c. rea fi. de prob. & hoc genus alia.* Sed n. † potentior haud dubie præſum- 67 ptio eſt, quæ reo [illegible] dolum remouet *l. merito ff pro* [illegible] Bar. & alo *in d. l. non ſolum. § ſed vt probari ff de oper. noui nunciat.* Et potentiorem præſumptionem æſtimari, quæ benignior eſt, ex Bar. oſtenditur *in extrava. ad reprimendû. in ver. non obſtantib.* per tex. *in l. benignum ff de ll.* Rui. *in conſ.* [illegible] *n. 4. circa fi. li. 3.* Rurſus quo fauorabilior, eo præſumptio po[illegible]. Bar. *in d. extrauag. ad reprimendum. in ver. non obſtantibus col. pen.* Bal. *in l. 1. q. [illegible] ff de offi.* [illegible] Bal. Ang. & Alex. *in l. Ti. ie. textores ibig. Iaſ. n. 26. in fi. ff de. leg. 1.* Idem Iaſ. *in l. ſi Ruffinus n. 2. C. de teſt. mili.* Quid autem in robore maiore præſumptionis demonſtrando laboramus? quatenus præſumptiones enarratæ tot ſunt, quæ reo [illegible] &, iniuria [illegible] animum, dolumq; excludunt. Quo caſu extra † controuerſiam res ponitur, ſi præſum- 68 ptionibus pluribus, vnam extingui, *l. 3. §. 1. ibi;* [illegible] *ff de teſtib. auth. itaq. C. com. de ſucceſ.* Bal. *in conſ. 438. an poſſeſſion col. 2. circa princ. verſ. dico enim* [illegible] *li. 5.* Alex. *in conſ. 88. nu. 7. lib. 7.* Iaſ. *in conſ. 125. col. [illegible] ante fi. ver. ſecundo confirmatur li. 4. & hoc genus alia.* Accedit his, quod veriſimiliorem † interpretationê & præſumptionê hanc iunc- 69 tim monſtramus, ne iniuriandi animum D. Theſaurarius haberet. Atq; ideo vbi præſumptio ei [illegible], non plus, quam vna foret, potentior tamen contraria æſtimanda, quæ ad iniuriam trahitur. Bal. *in d. l. ſine poſſidere in fi.* [illegible] *de prob.* Iaſ. *in l. ſi extraneus. col. 2. ff de cond. ob cau.* Cur. iun. *in conſ.* [illegible] *col. 1.* Alba *in d. conſ. 56. n. 4.*

Apparet ex his arg. confutatû, quo probandi onus D. Theſaurarii eſſe diximus, animû ab eo iniuriâdi & dolum abfuiſſe. Perſpicue enim & ad integrum ab eo id probatum, ex præſumptionibus tot cônſtat, quæ liquidiſſimæ probationes æſtimantur: *l. licet Imperator ff de lega.* Et alia apud recentiores conſcripta *in rubr. extra de probat.* Inde & argum. illud refellitur, fatis † ſacra- 70 mentum non eſſe, quo animû ſibi iniuriandi nô fuiſſe teſtaſſetur: quoniâ ſacramento vllius indigus D. Theſaurarius nô eſt, animus cuius ſincerus ex frequenti pr[illegible]ſumptionum vi denudatur & planiſſima ſit. Secûdo reſpondetur, êt ſi ad cautelam abundantem ſacramentum poſtularetur, deneganeû id non fuiſſe. Quod n. dicitur, in proh[illegible] id non admitti, recipi tunc non ſolet. cum pr[illegible]ſumptiones & coniecturæ probabiles [illegible] & potente ſtant. Ad quem caſum [illegible] eſt [illegible] *l. 1. C. de* [illegible] Bar. *in d. l. omnes. §.* [illegible] *n. 3. in fi. ff de* [illegible] eandum declarationem hanc intelligi Rom. Guido, P[illegible] & Ia[illegible] ſpoſteri, qui in ſententiam hanc vocati ſuperius ſunt Coniecturas plurimæ probabiles, imo & vehementes Dom. Theſaurario fauere, teſtatum ſatis ante legitur.

Non obſtat, famæ peruulgationem neceſſariam per vicos omnes Mediolani non eſſe, vt iniuria facta intelligatur: imo etiam ſatis eſſe, ſi per vicum vnum atque alterum diſperſus rumor ſit: Probatione cuius non p[illegible]ſtita, iniuria errari D. Theſaurarium nô poſſe. Reſponſio enim ex ſuperioribus patet, iniuriandi id animo ſcriptum & per dolum non eſſe.

Secundo reſpondetur, indefinite ſcriptum per vicos Mediolani dici, † quæ indefinita vniuerſali in ſpecie probatoria 71 non æquipollet, atq; in vicis re[illegible] [illegible] habetur Inno & alii *in ca. audita de præſcrip.* Alexand. *in l. ex ſcriptura. in princip. numer. 4. ff. de pactis. in conſil. 7. lib. 1.* quod repetitum eſt *in conſil. 198. num 2. lib. 2. & alia non pauca.* Sed etiam per vicus plures, quam duos id ſatum, hoc ipſo apparet, quod li[illegible] D. Secretarii ad D. Moliſnam datæ ad manus plurium peruenerunt, qui vico diuerſos in vrbe Mediolani colunt. [illegible] probatio plenaſſim [illegible] rumoris huius impleta appare[illegible] [illegible] andoquidem † vocibus loqui 72 epiſtola creditur, quicquid expreſſu[illegible] in ea eſt *l. cum pater. §. donationis in ver. loquatur ff de leg. n. 2.* [illegible] enim nſi per ſcripturam locutio ibi non ſit. Epiſtola: *inter claras. ibi ſcriptura loquuntur Cod. de ſum. trin. & fide cathol.* idque locum in ſpecie pœnali habere, tex. indicat *in ca. vbi periculum. § nullis de elect. lib. 6 c. conſtitutionem de ſenten. exco. eod. lib.* Si ad pœnam dandâ loqui dicitur, qui ſcribit, vbi lo-

queutibus

quentibus ſtatuta pœna legitur: quanto magis ius hoc agnoſcendum ad pœnam cauendam erit. *l. praſes. l. interpretatione. & l. ab ſente. ff. de pœnis.* text. huc ſpectant, quibus expreſſum eſt, epiſtolæ verba hæc ſunt *l. ſolent. in fi. ff. de off. procon. & l. 1. §. 3. & ſequen. ff. de teſtib.* & text. innumeri, quibus comprehenſum eſt, reſcripti verba hæc ſunt *l. extat ff. quod metus cau. l. 1. §. 1. ff. de dolo. l. Quintus. ff. depoſ. l. 1. in princip. ff. de re. eorum.* text. ſcitus *in d. l. reſcriptum. ff. de pactis. ibi; reſcriptum autem Diui Marci ſic loquitur.* Itaque ſi verba illa epiſtolæ expendimus, *ya que la nota no ſe pueda eſcuſar*: mirum ni fides plena facta eius ſit, quod iniuriæ verſum Dom. Theſaurario eſt, & quod probatum ab eo non eſſe obiicitur, & miror, ad reſponſionem hãc animaduerſum in gratiam Dom. Theſaurarii non eſſe, quæ quo magis animo verſatur; eo magis atq; magis premere & mortificare videtur.

Non obſtat, auxilio alicui in prohibitis cauſam iniuſtam non eſſe: quoniam cauſa iuſtiſſima Dom. Theſaurarium impulſum, cur ita ſcriberet, quo caput & decus videlicet ſuum tueretur, ſibique aduerſus teſtimonium proſpiceret, declaratum ſatis ante eſt.

73 Secundo reſpondetur cauſam iniuſtã † ad iniuriæ inferendæ animum dolumq; remouendũ ꝓdeſſe, ſic quomodo in ſuperioribus confirmatum ratione etiam fortiore habemus. *numer. 14. verſ. illud D. Theſaurario.* Quoniam ſi Doctori & iudici ignoſcitur in iure erratoribus, quæ lata culpa dicitur: longe magis venia dignus is erit, qui diſciplinæ militari potius operam nauauerat.

Non obſtat, probationem præſtitam non legiſſe, ex cauſa
74 tali † adductum D. Theſaurarium eſſe. Quoniam ſatis eſt, de cauſa ita ſcribendi apparere. Quo caſu ob cauſam illam impulſus quis creditur. Idque ratione fortiore oſtenditur. Etenim ſi in ciuilibus, cum pœna ſilet, ex cauſa res acta antecedens præſumitur *l. quedam mulier. ff. de rei vend. l. 2. C. de acq. poſſ.* Bar. *in l. cum ſolus circa fi. ff. de vſucapio.* Quid in delicto dicendum declinando erit? Quod ſi probationem impulſionis exigimus: ridicula atque illuſtris res fiet: ſiquidem cauſam exprimere non ſolent, qui talia agunt. Quocirca ad cauſæ iniuſtæ, non impulſus probationẽ neceſſario argumentum ſpectat. Idque in ſpecie Corn. ſentit *in d. conſ. 280. col. 2. in fin. verſic. nec poſſunt ſe excuſare. lib. 4.* Ruin. *in d. conſ. 35. col. pen. poſt med. verſ. nam vt quis excuſatur a iniuſta. lib.* etiam 4.

Ad extremum, prætereundum illud non cenſui, remiſſione iniuriæ à D. Molina facta, liberationem D. Theſaurarii niti. At enim remiſſionem aliquam aſſequi ſatis non valeo: quoniam niſi proteſtatio D. Molinę non apparet, propoſiti fuit non eſſe, vt contra D. Theſaurarium ob cauſam iniuriæ procedatur, qua affectus non eſt, declaratione inſpecta, qua idem viſus D. Theſaurarius eſt. Ita iniuriæ nomen atque effectum D. Mo-
75 lina negat. Quomodo igitur † remiſſio exprimi iniuriæ poteſt, quæ non ſit? *l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure. l. venitur. ff. de iureiuran. l. decem. ff. de verbo. oblig.* Secundo, remiſſioni contraria proteſtatio eſt, cauſa ipſa proteſtandi animaduerſa. Eo enim iniurię proſecutionem fieri non intendit, q iniuria ſe affectum nõ eſſe aſſerit. Ergo ſi iniuriæ locus eſſet, animo alio ſe eſſe iniuit, à ratione proteſtandi tacente argumentando. Quod arg. à ſenſu con-
76 trario † & in proteſtatione Fulgo. admittit *in conſ. 141. Nannes. eodem. 3. circa med. verſ. c. amplius & illud tractari poſſet.* Quid ita igitur per remiſſionem iniuria comprobauit? Et poſtquam proteſtatione, non remiſſione vſus D. Molina eſt, a verbis eius recedi in perniciem alienam non debuit *l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercitor. l. non aliter. ff. de lega. 3. & hoc genus alia.*

77 Sed remiſſione etiam iniuriæ admiſſa, ſtatira † moleſtiæ huius abſolui D. Theſaurarium oportuit, quam remiſſio facta iniuriæ eſt, die nimirum 1. Septembris 1566. *l. deſtitiſſe. ff. de remedi. l. ſi quis inſicratus. ibique Bart. ff. depoſi. l. ſi quis adulterium cum inceſtu § idem Pollonius. ff. ad l. Iul. l. qui contra. § excepto C. de ince. nup.* Bart. *in conſ. 91. col. fin.* Anchar. *in conſ. 192. videtur prima facie dicendum col. 2. circa med. & in conſ. 325. caſus talis eſt: Ametrius minor* 1. Iaſ. *in conſil. 179. volum. 2. lib. 2. & alia complura.*

Summa rei totius erit, iniuriæ quicquam adſcribi D. Theſaurario non poſſe: quam etiam D. Molina proteſtando negauit. Secundo, per iniuriam in carcerem D. Theſaurarium coniectum, & in eo tamdiu cuſtoditum: idque ex primo neceſſario conſequi. Tertio, formæ patrium neque reſcripti regii, neque conſtitutionum Mediolani: tantum abeſt, vt iure res acta communi ſit. Quarto, remiſſionem iniurię nullam hic contigere. Quinto, quaquauerſum tota vertatur, carcere D. Theſaurarium dimittendum illico fuiſſe, vt proteſtatio facta à D. Molina fuit. Taurini die 13. Auguſti, 1567.

Pro Magnifico Domino Petro à Nuca ex Caſarea Auguſta Regni Aragonum, Contra Don. Sanctium Peres de Pomar, de lite Caſtri de Puyuolea. Quod conſ. editum eſt precibus Magnifici & Clariſſimi Iuriſconſulti Domini Ioannis Baptiſta de Conceſo ex eadem Caſarea Auguſto ciuis.

S V M M A R I A.

1 *Exemplum non probat, etiam ſi apud iudicem, eoque auctore ſcriptum ſit, altera parte tamen non vocata, ſi vera ſit, citatione generali non adhibita ipſa interim limitata, ſi more id in alio reuocatum ſit.*

Cauſa non patentium, quam cauſatis. ibid. ver. ſecundo principaliter.

2 *Exemplum non probat, vbi originale fidem non facit. Et vbi ſuſpectum protocollum eſt, ibi ſuſpectum exemplum dicitur.*

3 *Citatio eorum ſufficit, quorum principaliter intereſt, etiam ſi ex conſequentiam de præiudicio aliorum agatur, quod ſine dubio admittitur, vbicunque is, cuius ſecundario intereſt & ad quem pertinentia bona poſſunt, à ſententia non appellans, poſtquam illam ſciuit, eam habuit.*

Exemplum probat ex inſtrumento deſumptum in actu, parte vocata, productu. ibid. ver. atque in ſpecie fidem exemplo habet.

Sententia inter alios lata, ei nocet, cui priore loco nocuit, ſi ab alio latam agnoſcit, cui poſteriore loco ius competit. ibid. ver. et nam ſi in ſententia.

4 *Conſuetudo valet, qua fides exemplo habetur, parte non vocata in iudicio deſumpto.*

Exemplum etiam mirum legitime deſcriptum probat, vbi ita fuit obſeruatum. ibid. ver. ſerio ex obſeruatione inferuia.

5 *Iuramentum purgationis an ei ſit deferendum, qui originale inſtrumentum ſibi ſubreptum eſſe affirmat.*

Amiſſio Originalis, ex quo exemplum legitime deſumptum eſt, iuramento probatur. ibid. ver. atque in ſpecie.

Contumacia dolum præſumptum exigit. ibid. verſic. quoniam ante ſententiam.

Exhibere. Qui inſtrumentum non exhibet, quod apud eum fuiſſe non docetur, eo dolo non dicitur, nec ei culpa imputatur. ibid. verſ. dolo plane ſuſpectus & in ver. originale porro exhibendi facultatem.

Dolus. A dolo cauſa quæuis vel iniuſta excuſat. ibid. verſ. culpa metuſatur.

6 *Inſtrumentum ex eo, quod apud defunctum fuiſſe conſtat, apud hæredem eſſe non probatur & iuram. in hæredem ſtandum ad eam deſtructionem pœnas non permiſſi.*

7 *Contumacia vera dicitur, quoties inſtrumentum ſe non editurum quis ait. Domeſticum eſt, ſi facultatem edendi inſtrumenti apud ſe eſſe neget. quia probatione facultatis non facta, non niſi præſumptiuæ verus contumacia inſpicitur. Contumax vero dicitur, qui apud iudicem ſe non venturum, vel quod ſe non facturum etiam reſpondet. ibid.*

Contumacia præſumpta ad iura amiſſionem non ſufficit, ſed vera deſideratur. ibid. verſ. hoc ita præſuppoſito. vbi ampliatur, vt ad nullitatem hanc nouitæ inferendam præſumptam contumaciam prodeſſe.

8 *Exemplum vbi legitime deſcriptum eſt, originalis exhibitio non alter requiritur, niſi de falſo in exemplum impugnetur.*

9 *Falſi ſuſpicio pro falſo in Regno Aragonum non habetur. ver. ſed enim falſi inſtrumentum productum.*

Contumacem in eo non cadit, ad quod de iure quis non tenetur, & quod neceſſe ſi mero quis non habet. ibid. verſ. ſi quidem ad id.

Sententia etiam contra fratrem lata, alii non nocet, ſed ne in contextu alia ſententia abeſt, qui in iudicio non interuenit: ideo ſententia, contra adulterum lata, mulieri non nocet, quamuis commune crimen ſit. Similiter ſententia de ſalſo, contra teſtes lata, producenti non præiudicat. ibid.

10 *Contumacia vera dolo abeſſe non debet.*

Sententia, quæ ad totius dominum regulariter porrigitur, tamen non nocet, vbicunque, etiam is qui per contumaciam patitur. ibid. ver. atque in ſpecie magis.

Pater, vbi pro filio fideiuſſit aut obligatur, ad maleficium id non pertinet, de quo niſi per contumaciam filii non conſtat, quia fidem delicti contra patrem non facit. ibid. ver. atq; in ſpecie magis.

11 *Maſculi per ſtatutum vocati videntur, quo excluſa fœmina apparent, intuitu eorum conſeruatione familiæ maſculorum cauſa excludet, vt etiam ex maſculis conſtituitur.*

12 *Velle quis id non creditur, de quo dictum nihil ſuit, ſed illud tantum, de quo loquitur.*

13 *Cauſa falſi indaganda potius, quam falſum ipſum, etiam ſi aliud ſonare verba videantur.*

Diſpoſitio quæ generalis eſt, ad limites cauſæ aut rationis ſpecialis reſtringenda. Et contra, quæ ſpecialis diſpoſitio eſt, ex ratione generali extenſionem recipit. ibid. ver. iure etiam certiſſimo.

Mandatum Papæ generale ob rationem ſpecialem reſtringitur. ib. ver. reſtrictionem diſpoſitionis generalem.

14 *Interpretatio ſententiæ ex ſtatuto ex iure communi eſt.*

Pœna contumaciæ ad id reſtringenda in quo commiſſa eſt neque ad alia trahitur, in quibus non incurritur. Rationi enim repugnat vltra limites delicti pœnam ampliare. ibid. ver. iure per commenta.

15 *Antecedentis deſtructio, conſequentis non tollit in materia ſtricta, quoties ſine altero conſiſtere alterum poteſt. idem dicimus, vbicunque effectum conſequentis coniunctum aut corruptionem antecedentis eſt. ibi enim conſequens, aut conſiſt non ſtatim remanet, ſublato antecedente.*

Diſpo-

Diſpoſitio, quæ ad eum caſum peruenit, vnde incipere non poterat, ſi vita non fit, adueniente effectum eius; ex facto eſt. ibid. verſ. iure & illo reſponſo hoc roboratur.

Retractationes ad actus pendentes ſit, non autem conſummatos, & perfectos.

Authentica, & intitulo vis, quæ ſit. ibid. verſ. ſimere enim

17 *Res eadem dicitur, ô iure pro diuerſitate temporum iudicatur.*

Temporum diſtinguendo ſcripturæ conciliandæ. ibidem ver. vulgatum illud.

18 *Originale commodo ſublato, exemplis vſus non perit, in qua diuerſa ratio inuenitur etiam ſi ab originali exemplum pendeat.*

Ex[illegible] integrum [illegible] manet, ratio in quo diuerſa inuenitur ib.

Teſtamenti ob cauſam; aliam interitu ad legata non trahitur, ſed; ata quib. [illegible] non veritum nu 17 ver. a quo teſtamenti

Acceſſoria & principalia in diuerſum propter diuerſam rationem. n. 17. verſ. atq; in vniuerſum.

19 *Acceſſorium. Ad acceſſorium principalis auxilio non peruenitur, quotiens ex toto principale non perit.*

Acceſſorium non tollitur, quotiens principale iure aliquo ſpeciali ſubmouetur. ibid. ver. quanto ad acceſſorium.

Acceſſorium, quod per ſe conſtat, principali ſublato non tollitur. ibid. verſic. iuxta eam fidem exemplum.

20 *Inſtrumentum. Cum in ſtrumento publico iuris præſumptio facit, vt verum id, non falſum æſtimetur, & veritas apparere dicitur forenſi diſceptatione non indigens, & præſumptio triplex inſtrumento ſumitur à veritate, ſolemnitate, & Notarij rogitu.*

21 *Interpretatio reſcindenda, per quam ridicula, aut illuſoria ſententia fieret. Indirecto non promittitur, quod prohibitũ directo eſt. ib. ver. rurſus indirecte.*

Interpretatio recipitur, per quam inanis aut caduca ſententia remaneret potius, quã iure ſuo quis careat ſine cauſa. ibid. verſ. ſecundo reſpondetur.

22 *Pactum de retrouendendo in Regno Aragonum ex conſuetudine dominium & poſſeſſionem ita perimit atq; reſoluit, hoc eſt, ita ut poſſeſſio perinde iudicatur, ac ſi apud eum, quantum ad effectum iudicij, non eſſet. & nu. 23. ver. qua ratione porro.*

Actio perſonalis contra tertium poſſeſſorem non datur. ibid. verſic. momenti non leuis.

Pactum de retrouendendo depoſito aut oblatione pretij facta reſoluitur dominium ex [illegible] ſerem translati induceret, quod contra illum venditorem, vel cauſam ab eo ducentes tranſit. ibid. verſ. ratio alia videtur. Sed quo ad ſingularem ſucceſſorem, reprobatur nu. 25.

Pactum de vendendo à pacto de retrouendendo in quo differat. ibid. ver. momenti non leuis. & quomodo vnum ab altero, quo ad effectum, dignoſcatur. num. 23 omnino in ver. veſtigatione & enarratione hac. vbi nihil differre dicitur, pacto ipſo de retrouendendo ex interuallo appoſito.

23 *Retro, actio in pacto de retrouendendo cuius effectus ſit, & quam naturam habeat. verſ. rationem exponendo cauſa.*

Pacto de retrouendendo appoſito, & reuenditione ab emptore facta, perinde res eſt quo ad effectum & reſolutionem contractus, ac ſi nunquam [illegible], quia retro ad tempus contractus [illegible]. Ideo ſi eam, res tum pignori ſuppoſuit, deinde in pacto de retrouendendo [illegible], pignoris iure poteſt quandam in reuenditione perinde habetur ac ſi nunquam emptoris fuiſſet. ib. d. verſ. & quidem non alia.

Diſpoſitio, quæ effectum peream & firmum ſemel habuit, per caſum non [illegible], quæ poſtea accidit. ibid. id quia quod effectum

Pignus emptoris diſſoluitur reuenditione ex pacto de retrouendendo facta. ibid. ver. ex eo per verbis ſolutum.

Retrouenditio ad emptorem ſit, quo vero ſe quid facere [illegible] ibid. verſ. veſtigatione & enarratione hac.

Denominatio contractus ab effectu, non à verbis ſit, vbicunq; verba contrahens [illegible] ibid. ver. hinc enim vulgari ſſime vtimur.

Pactum de retrouendendo ex interuallo appoſitum, effectum reſolutiuum non habet. ibid. per totum numerum. [illegible] ver. [illegible].

24 *Duplex in vnico fortius.*

25 *Pactum de retrouendendo ſingulari ſucceſſori non nocet, neq; effectum reſolutiuum contra eum parit.*

26 *Odioſum dicitur quicquid iuri communi contrarium eſt.*

Statutum bonum & iuſtum non videtur, quod iuri communi repugnat. ib. ver. bonum & iuſtum.

27 *Fauorabilis conſuetudo iudicatur, per quam integrum ius commune conſeruatur, & fauorabilis [illegible] per quam ius commune ſaluum remanet, vel qua ſecundũ id ſit. vt & in correctoriis extenſio retineatur.*

28 *Actor. Ex perſona actoris [illegible] attendum.*

29 *Promittens ſe obligari [illegible] ſit circuitus vitandi cauſa reſte conueniet ur*

30 *Doctori. ſententia vlterius trahi non debet, quam ipſe loquatur.*

Probatio certa concludens eſſe debet. ibid. in ſpecie præſtari. ibid. ver. rurſus certam. & ver. ſecundo concludentem.

31 *Verba in dubio quiſque ita illud non trahitur, quod ſapientem cenſura ſubiret. Interpretatio ſtatutorum ita fieri debet, ne ſapientum cenſuram ſubeat. & Gloſſa ſtatutum interpretanda non eſt, vt male locuta dicatur ibid.*

Gloſſa ita interpretanda nẽ aliquis male locuta dicatur. ver. Dec. huc quadrat.

32 *Confeſſio in his, quæ à iure pendent, conſitenti obeſſe non ſolet, ſi ex male iure ſe habere ita diſponat [illegible] veritatem confeſſio non mutat, nec erroris neceſſaria reuocatio, quia à iudice id ſupplendum ſit.*

Confeſſio etiam ſuperflua non nocet, vbicunque factum confirmandi non apparet, quod effectum iuris habeat. ibid. ver. ſecundo error in

33 *Conditione fideicommiſſi cedente, ad irritum aliẽnatio deducitur, reſolutione quia patitur, neque reſtitutio fideicommiſſi etiam requiritur, quæ verba aut re ſiat.*

Exceptio [illegible] denegatur cui [illegible] competit, quibus exceptionem aliquis habet, actio ei nulla eſt. ib. id. verſ. ſi alicuius contra alterum.

34 *Communis & indiuiſa rei alienatio in Regno Aragonum ex legeiſſima Rogat, niſi demum omnium conſentientibus, non permittitur.*

ARGVMENTVM.

Late patet reſponſo iſto, an exemplo teſtamenti ſit præſtanda plena fides, non exhibito, nec; viſo originali ipſius teſtamenti. Vbi plura de teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ac contractibus: multa de ſuſpicione falſi, & exemplorum, Originaliumque materia: & aliqua de acceſſoriis, & conſuetudine.

CONSILIVM DCCCCLXXXIX.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Quæſtionum aliquot diſcoſſio in iudicio hoc neceſſaria, quod à Don Sanctio Berez de Pomar ex Cæſarea Auguſta inſtitutum, contra Dominum Petrum à Nuca eſt. Quæſtio prima ab exemplo, aut tranſumpto, quod vocant teſtamenti vltimi Petri ſemper pendet, vnde actoris intentio prorſus eliditur, fidem an non, faciat. exemplaris ſeu originalis editione non facta. In quæſtione hac dicendum videtur prima ratione † fidei quicquam habendum exemplo non eſſe *l. ſi quæ ſunt cautiones & l. Pomponius. ff. fam. ercis. l. 2. ff. de fide inſtr. l. fi. Ibique glo. ante vim aſſerens. ff. quem teſta. aper. l. procurator & auth. ſi quis in aliquo documento. ſecundum vnum ſenſum. C. de eden. & ſignificant. Ibique Imo. & alij de teſtib.* Tradit glo. in §. *pen. in ver. monumentum. ibique Areti Inſtit. de teſta. Imo. nu. 1. Albericus de teſtib. Bart. in l. 1. §. ſi quis duos ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* Card. *in conſ.* 102. *nu.* 2. *circa med.* Gemin. *in conſ.* 15. *nu.* 17. *circa med. ſub col. fi. in prin. in conſ.* 62. *col.* 1. *& in conſ.* 147. *nu.* 3. *in fi.* Rom. *in conſ.* 336 *nu.* 5 *& ſeq.* Caſtren. *in conſ.* 102. *in cauſa conſortium. lib.* 1. *& hoc genus alia.*

Neque mouet, apud iudicem, eoq; autore, deſcriptionem inſtrumenti factam fidem enim nihilo magis facit aduerſario eiuſve authoribus non vocans, cum certi eſſent; vel ipſis incertis, citatio generalis adhibenda ſaltem fuerat. Bart *in l.* 1. *in fi. pri. ff. quem. teſta. aper. in d. auth. ſi quis in aliquo documento num.* 3. *in fi. & ſeq.* Ibique Bal. *nu.* 14. Alex. *nu.* 2. *& ſeq. & num.* 9. Dec. *num.* 9. Iaſ. *col.* 3. Purp. *nu.* 6. Idem Bal. *in conſ.* 3. *in fi.* Bal. *in l.* 2. *nu.* 2. *in* 2. *q.* Saly. expreſſius *nu.* 5. Fulg. *col.* 2. *ante med. verſi. mea ibi, ſucurrit.* Alber. *num.* 3. *verſi. vtrum citandi ſint.* Caſtr. *nu.* 3. *C. de teſta.* Gemin. *in conſ.* 100. *col.* 2. *in fi.* Alex. *in conſ.* 106. *nu.* 6. *verſ. nec obſtat. ſi dicatur. & nu. ſeq. lib.* 5 *& in conſ.* 101. *nu.* 7. *in* 2. *dub. lib.* 7. Corn. *in conſ.* 24. *col.* 3. *& in conſil.* 144. *poſt princ. lib.* 4. Guido Papæ *in conſ.* 28. *in primo dubio.* Dec. *in conſ.* 36. & apud nos in eo *fi.* 197. *nu.* 11.

Secundo principaliter, prædictis etiam tacentibus, ratione alia nunime leui fidem habere exemplo non conuenit; quod fructu exẽplaris caruerit Ludouicus à Nuca iuſſus eſt, quod editionem eius non fecerit. Quare abſurda res fuerit, fidei plus exemplo haberi, quam originale habeat: & plus aliquid cauſato, quam cauſæ tribui: cum potentius in cauſa ius, quam in cauſato ſit *l. filium habeo ff. ad l. Falcid. l. filius familias ff. de aq. her. l. in teſtamento.* 1. *ibique Soc. in* 4. *not. ff. de cond. & dem. l. cum quis. ff. de reg. iur. l. digna vox. C. de ll. Bal. in l. reſpublica. in prin. C. ex quib. cauſ. maior.* Signo. *in conſ.* 214. *col.* 4. *poſt med. verſ. etiam tota autoritas.* Atq; in ſpecie, † fidei quicquam habendum exemplo non eſſe, à qua vacuum originale eſt, *in d. l. in teſtamento.* & per illum text. Soc. ibi ſcribit *ind.* 4. *not.* Idem præter Socin. ex Anchar. probatur *in conſil.* 431. *præmiſſa. volum.* 1. *verſic. ſecundo ex deductis.* Paul. de Caſtren. *in conſil.* 135. *viſis his, quæ narrantur. & plane col.* 2. *in fi. lib.* 2. & apud nos *in conſ.* 6 *nu.* 67 *in conſ.* 41. *nu.* 2. *& in conſ.* 112. *num.* 13. Corn. huc ſpectat *in conſ.* 18 *col.* 2. *verſ. & inſuper ſi protocollum. lib.* 1. cum ſuſpectum protocollum eſt, non poſſe ſuſpectum exemplum eſt, non eſſe. inde deſcriptum. Quod idem vberius Rui. exequitur *in conſ.* 215 *nu.* 16. *in fi. & ſeq. lib.* 1. & hoc vero eſt quod per generalia argumentando pars ait, antecedenti excuſo, conſequentia omnia euerti: principali extincto, & acceſſoria perimi: non poſſe cauſam primam ſine cauſato interire, & hoc genus alia.

Argumentis his non mouentibus, ſententiam diuerſam potiorem exiſtimo, à fide vacuum exemplum non eſſe, vtpote quod iudice autore, deſcriptum in lite eſt, quam à Ioanne primum de la Nuca, deinde à Ludouico nepote eius, Petrus à caſtro loci tunc controuerſi poſſeſſor ſuſtinuit, Originaleque ipſum per iudices curiæ iuſtitiæ Aragonũ pro vero re ipſa pronunciatum, cum oppugnationib. aduerſus id factis non refragantibus, locum & oppidum controuerſum Ludouicũ actori reſtituere Petrus ipſe compulſus de Caſtro eſt. Vnde parte ipſa præſente & quod potuit contradicente, pro vero habitum inſtrumen-

inſtrumentum ipſum deſcriptum à iudicum curia apparet: & cum à Petro ipſo de Caſtro oppidum controuerſum poſſideretur, ſatis ſuperque præſentia ipſius æſtimanda, qui certus aduerſarius erat: & cum præſens ipſe in iudicio verè reus principalis eſſet, cauſamque oppugnationis quoad potuit, defenderit,
3 citatio opus aliorum non erat. Satis quippe † eſt, citationem eius fieri, cuius principaliter intereſt, etiam ſi in conſequentiam ad alios præiudicium recidat. *l. ex contractu. ff. de re iudic.* & quamquam certamen non leue de re hac inter Doctores ſit: recepi tamen opinio hæc ſolet, vbicunque is, cuius ſecundario intereſt, & ad quem peruenire bona poſſunt, appellationem à ſententia non interpoſuit, poſtquam notam eam habuit. Alexan. *in l. filiusfamilias. § Diui. numer. 9 in fin. ibique Crot. num. 39. verſic. ſecundo fallit. Ripa numer. 62. Loazes num. 218. ver. ſecundo illam regulam. ff. de leg. 1. Alex. in conſ. 156. in fin. verſi. & impetret ſibi Saldanus lib. 1. Afflict. in c. 1 §. ſi vaſallus nu 7. ſi de feu. fue. contr. inter. dom. & agnat.* At enim ne hodie quidem appellatio interpoſita ab aduerſario, aut anterioribus eius eſt: cum ignari ſententiæ memoratæ non eſſent, neque ſint. Atq; in ſpecie, fidem exemplo haberi, quod ex inſtrumento deſumitur, in actus parte vocata producto, Afflict. probat *deciſ. 281. nu. 6.*

Secundo ratione & alia, citatio neceſſaria neque aduerſarii, neque autorum eius fuit: quoniam pacto illo nituntur, quod de retrouendendo aſſerunt, Petro Samper & Mariæ coniugi eius factum. At enim ſimiliter instrumentum teſtamenti vltimi aſſerunt, quod à Ioanne de la Nuca productum contra Petrum à Coſſe eſt; ergo luendi ius ad authores ipſius Sanctuarii, vel ad eum, quod ad teſtamentum ipſum attinet, ſpectabat, vtpote ex teſtamento primo hæredes ſcriptos. Itaque cum litem agi per alios permiſerunt, ſententia in gratiam ipſorum prolata haud dubie eis nocuit, qui ius ſuum non propoſuerunt, quod potius aiunt. Etenim ſi ei ſententia nocet inter alios dicta, cui priore loco ius eſt, ſi ab alio litem agi patitur, cui poſteriore loco ius competit. *l. ſæpe ff. de re iudic. ca. quamuis eo. tit.* quanto magis ali nocitura ſententia erit, qui ab eo exerceri litẽ patitur, cui actionem aut ius agendi nõ eſſe contendit; tametſi teſtamento etiam vltimo, de quo in exemplo, ceſſante, ius tamen melius cum appellato facere, infertius oſtendemus, fundamento huic ſecundo fidendum non admodum puto, ne à regulis duabus abeamus, de quibus *in d. l. ſæpe.*

Tertio, ex moribus Regni Aragonum argumentum diluitur, quibus fidem plenam & contra omnes, exemplis habendam narratur, quæ deſcripta in iudicio ſunt, tametſi partis facta
4 citatio non ſit. Ratam † plane conſuetudinem eſſe, qua fides exẽplo habetur parte non vocata deſumpto, *in d. aut. ſi quis in aliquo documento.* Bald. ſcribit *num. 14.* Sali. *nu. 4.* Iaſ. *col. 3. ante med. vt addit item hinc.* Putpue. *nu. 20.* Cum. *in conſ. 158. viſis col. 1.* Gemini. *in conſ. 157. col. ſi.* Alex. *in conſ. 65. n. 12. lib. 1.* Soc. *in conſ. 277. nu. 4 in p. ver. tertio ego præmitto. lib. 2.*

Tertio, ex obſeruatione inſecuta fides exempli confirmatur. Vſu enim ipſo obſeruatum & in lite altera de Gratal proponitur: quo caſu fidem exemplo habendam, etiam quod legitime deſcriptum minus ſit, in allegationibus ſuis Cyn. affirmat, quæ inſertæ inter Bald. conſi. ſunt *in conſi. 400. ſuper primo colum. 1. lib. 4.* Bald. *in conſi. 402. quæritur, an per ſolam diffamationem. in fin. lib. 5.* Fulgo. *in conſi. 78 quidam notarius* [illegible] *colum. fin. verſic. adeſt quoque ſecundum* [illegible] Anchar. *in conſi. 242. primo de viribus. numer. 1. in fin. verſ. confirmat etiam prædictorum fidem.* Soc. *in conſi. 79. num. 31. in fin. ſecunda difficultas lib. 4* Veronenſ. *in conſi. 13. num 7. poſt med. verſic. nec vocare potuit.* Dec *in conſ. 618. colum. 1.* Iaſ. *in conſil. 161. col. 4 in prin. lib. 1.* & apud nos *in conſi 65. num. 11. in conſ. 101. num. 4. in conſ. 258. num.* [illegible] *in conſ. 274. num.* [illegible] *& in tract. de antiqui. temp. parte 1. numer. 199. & num 284 parte 3. numer. 23.*

Non obſtat, commodo ſcripturæ originalis per iudicum ſententiam appellatum non fuit: quoniam vitioſa & iniqua
5 euidentiſſime ex actis arguitur. Namque † cum ſubtreptum ſibi originale dixerit, idque apud eum non eſſe, neq; doli quicquam in ea re à ſe commiſſum, iuramento aſſeuerauerit; iuramentum hoc ei deferendum purgationis erat; ſiquidem iuris cum eo præſumptio faceret, deſcriptione exempli legitime facta, inſtrumentoque ipſo pro vero & ſolenni per iudices. Cumq; cõtra Petrum de Caſtro comperto, fides eius & comprobata in iudicio alio de Gratal inſtituitur. Atqui in ſpecie nominatim iuramento amiſſionem originalis probari, ex quo exemplum deſumptum legitime eſt, Alber. docet *in d. l. 2. num. 4. verſic. ego autem puto. ibique Fulgo. num. 2.* Caſtren. *num. 11. in fin.* Alex. *nu. 5. in duobus locis. C. de teſtam.* Accedit ad hæc, quod à Reo productum inſtrumentum non fuit, neque apud eum fuiſſe docetur. Imo enim à Ioanne de la Nuca productio facta; ad iudicium cuius Ludouicus ſubrogatus, deinde Ludouico Reus. Quocirca ante ſententia dicenda de contumacia non erat, quam ad ipſum Reum inſtrumentum perueniſſe conſtaret. Dolum enim præſumptum contumacia exigit. *l. ex conſenſu. ff. de appel. l. non poteſt dol. i. caritate. ff. de reg. iur.* Bart. *in l. minor. 1. ff. de minor.* Meminit Rui. *in conſil. 209. nu. 1. circa med. lib. 1.* Doli plane ſuſpectus quomodo is erit, qui inſtrumentum non exhibet, quod apud eum fuiſſe non docetur, atque ideo ipſius edendi poteſtatem eum habere non conſtat? quo caſu nec culpa imputatur. *l. arbiter. 1 in princ. ff. de arbitr. l. 1. ff. de inoffi. teſt. l. ſi quid poſſeſſor. §. pen. ff. de pet. hær. l. fin. § ad tem vero. ff ad leg. Rhod. de iactu. l. cum qui alam. § ſi pupillo. ff de vſur. & l. promittendo. § ſi à debitore. ff. de iure dot. l. tutores qui poſt in prin. ff. de adminiſt. tut. l. Sempronius ff. de vſufr. lega. l. liberto. §. Largius. ff de annuis lega. l. ſi maritus. in prin. & l. miles. §. fin. ff. de adul. l. non idcirco. C. de reſtitu. vendit. l. 1. in ſi. C. de ann. & exceptio. c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. c. 1. §. ſolet. ibique gl. in ver. potuerit. de reſt. ſpol. lib. 6. & hoc genus alia.* Si à culpa excuſatur, qui tacere non poteſt, longe minus dolum præſtabit, excuſationem cuius cauſa quæris vel iniuſta præbet. *l. ſed & ſi lege. §. ſi ure. ff. de pet. hered. gl. in l. plagii. 2. C. ad l. Fab. de plagiar.* Alex. *in conſ. 92. col. ſi. lib. 1. & alia innumera.*

Originale porro exhibendi facultatem Reo non fuiſſe, inde oſtenditur, quod ad eum perueniſſe non docetur. Bart. *in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden.* Ruin. *in conſ. 10. in ſi. lib. 1.* Neq; mouet, † apud Ioannem inſtrumentum originale fuiſſe, ſi modo 6
id conſtet: quoniam apud Ludouicum Petrum reum ob id fuiſſe, non creditur, etiam ſi hæredem eum Ioannis & Ludouici fecimus, cũ non ſit. *l. cum heredes in pri. ff. de acq. poſ.* Atq; in ſpecie inſtrumenti Bald. tradit *in conſ. 351. in bonis feudalibus. ante ſi. ver. item ad illud. lib. 1. in conſ. 310. ad euidentiam* [illegible] *eſt, quod qua 'am. num. 10. lib. 3.* Card. *in conſ. 119. num. 3. in ſi.* Gem. *in conſ. 2. ante ſi.* ſcire Aret. *in conſ. 120. procedendo.* qui iuramentum ſtandum, hæredis ait, ad eum defuncti ſcripturas non perueniſſe. Idem Aretino tacito, Gozad. ſcribit *in conſ. 94. n. 33. poſt med. verſ non fortius.*

Secundo iniquitas & vitium ſententiæ patet; quoniam cõtumacia etiam non exhibentis admiſſa, quæ modis omnibus ebnegatur, ficta ea, non vera eſſet: vera enim † contumacia vi- 7
detur, quoties inſtrumentum ſe non editurum quis ait; non qui facultatem ſibi edendi non eſſe ait. Quo caſu probatione facultatis non facta, non niſi præſumptione iuris contumacia arguitur, quod apud eum eſſe inſtrumentum præſumatur. Atque ideo ficta ſeu verius præſumpta contumacia hæc apparet. gl. & Bart. *in l. ſi. ff. de in integ. reſt.* vbi verum demum contumacem putant, qui ad iudicem ſe non venturum citanti reſpondit. Idem Bart. ſcribit *in l. ex conſenſu. §. cum quis. col. 2. ff. de app.* & ius idem eius eſſe, qui reſpondit, ſe quid non facturum, atque ad iudicium non venturum, Imo. ſcribit *in conſ. 126. num. 2.* Hoc ita præſuppoſito, vt contumacia interuenire niſi præſumpta non potuerit, iure illo notiſſimo vtimur, contumaciam præſumptam ſatis ad iuris amiſſionem non eſſe, ſed veram exquiri. Ruin. *in conſ. 50. n. 11. lib. 1.* per tex. *in l. aliud eſt fraus. ff. de verb. ſignifica.* Hoc amplius nec ad mulctam, bãnum ve inferendum præſumptã contumaciam valere, Bar. ſcribit *in l. 1. §. ſi. n. 6. ibiq; Iaſ. n. 32. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.* Cap. *deciſ. 141. in fin.*

Tertio manifeſta etiam ſententiæ iniuria patet; quoniam vbi † legitimæ deſcriptum exemplum eſt, originalis exhibendi 8
neceſſitas non alium quem tenet, niſi de falſo exemplum oppugnemus *l. ſi. ibiq; Bar. & alii. C. de fide inſtru. c. 4. eodem tit.* Bal. *in d. l. 2. n. 8 in octaua quæſtio. Fulg. in tertio nota. Caſtr. nu. 6. verſ. in dic contra Iaſ. n eod. C. de teſt.* Corn. *in conſ. 113. col. ante ſi. verſ. nec obſtat. d. l. ſi. lib. 2.* Sed enim falſi productum accuſare ratione vna atque altera per leges Regni Aragonum non licebat. Prior, quod ſemel falſi oppoſita exceptio eſt, & probatione eius non impleta, contra eã pronunciatum. Altera, quod pro falſu, falſi inſpicio in regno non habeat. Itaque cum originali exhibendo Reus aut Ludouicus à Nuca non teneretur, etiam ſi in manu ei fuerat, non potuit per iniuriam euidentem commodo originalis nõ fraudari, cum cõtumacia admiſſum quicq̃ non ſit, quidem ad id cadere contumacia non ſolet, quæ neceſſe facere ſiquis nõ habet. *l. 3 ff. de iudic. l. vir bonus ff. eodem. ſolet. no. in l. ex quocumque ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.* Innoc. *in c. præterea. de dilati.* Bart. *in l. 1. §. 1. num. 3. in fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.* Bald. *in conſil. 449. in* [illegible] *lib. 3. & in alio.*

& in conſil.245.viſis dictis ſtatutis in fi.lib.5. Paul. de Caſtr *in conſil.317.* *in o & examinato puncto.colum.3. verſ.tertia cauſa.lib.1.* Petrus Gerar. *ſing.77.*

Quarto reſpondetur, Petrum de la Nuca oppidum controuerſum ex perſona ſua, iureque ſuo, non quaſi Ludouici fratris hæredem poſſidere, & in iudicio hoc propter ius ſuum de regni more ſucceſſiſſe, quo ad inſtantiam à defuncto cœptam proſequendam admittuntur, ius quibus poſteriore loco poſt defunctum competit. Ea ratione cum fidem tranſumptum aut exemplum facere, teſtatoris ante ſit, noxia ei ſententia non eſt, qua inſtrumenti authentici commodo frui Ludouicus non poterat, vtpote inter alios dicta *l. Lucius. ff. de infam. d. l. ſæpe. ff. de re iudic. toto titu. C. res inter alios acta. & C. quibus res iudi. non nocet. cap. cum olim. in fi. de cau. poſ. & propri. c. quamuis. cum ibi not. & c. cum ſuper. in fi. de re iud.*

9 Neque † eo magis pernicialis alii ſententia erit, quod data contra fratrem eſt *l. 1. C. quibus res iudi. non no. l. fin. C. res inter alios acta.* Anchar. *in conſil. 21. pro ſolutione. nu. 8.* Sed nec in connexis damno alii ſententia eſt, qui in iudicio non interuenit *l. denunciaſſe. §. ſi. ff. de adul.* vbi quæ aduerſus adulterum pronunciata ſententia eſt, ad incommodum mulieris non trahitur, quamuis connexum crimen ſit. *cap. dilecto. & c. ſi. de prob.* Anchar. *in d. conſ. 21. num. 2.* Alex. *in d. l. ſæpe. num. 37.* Æque quæ de falſo in teſtes ſententia pronunciatur, perniciem producenti non affert. Bart. *in l. 2. C. de fide inſtr.* Abb. *in conſ. 16. lib. 2.* Corn. *in conſil. 261. colum. 13. lib. 4.* vbi ampliat, etiam cum citatus producens eſt, ſi ſua intereſſe putauerit: quam tamen aſſimitandam ampliationem non duxi. Quid hic dicendum, vbi connexio circa ius originalis permendum inter Petrum & Ludouicum non erat? ſiquidem nihil prohibebat, quominus Ludouicus tantum ob contumaciam eius instrumenti authentici fructu careret, iure poſteriorum incolumi, ad quos contumacia illa non pertineret.

10 Ea ratione † ſane quæ abſurda res videtur, contrariâ alii vnius contumaciam eſſe *l. ſi ex duobus in fi. ff. de nego. geſtu. l. 1. in prin. ff. de ali. te. iudic. mutan. cau. facta.* & alia, de quibus *in reſpon. meo pro genero, numer. 91. & numer. 469.*

Atque in ſpecie magis, & nominatim ea correſponſio hæc ratione viriliore iuuatur, quod dici in ſententia ſolet, quæ ad tertii damnum regulariter porrigitur, locum id non habere, vbicunq; ſententiam quis per contumaciam patitur. Diſpendio enim ab ea alius cunctionon afficitur *ac l. qui repudiantis. §. fin. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi ideo in prin. ff. de inoffic. l. ſi ſeruum plurium. §. 1. ibique Iaſon. ff. de lega. 1. l. Diui fratres. ff. de lib. cau. l. ſi perluſorio. §. fin. ff. de appel. l. præſes. C. de pignor.* Bart. *in l. cum filius num. 3. ff. de verb. obligat.* qui in caſu fortiore loquitur, vbi pro filio ex ſtatuto pater obligatur, ad maleficium id non pertinere, de quo niſi per contumaciam filii non conſtat: quæ fidem delicti contra patrem non facit. Tradit idem Bartol. *in conſil. 116. ſtatuto Peruſinæ Comitatu. num. 1. in fi. & ſeq.* Signor. *in conſ. 257. num. 4.* Cuman. *in conſ. 146.* Soncin. *colum. 3. poſt med.* Alexan. *in conſ. 84. num. 3. circa med. & nu. 7. circa med. lib. 3.* Quanto minus tertio inimica ſententia erit, quæ ad ius eius lædendum, contumacia etiam remota, non valet.

Conſequenter his dicendum, vt iniſtitia etiam ſententiæ admiſſæ, quam Ludouicus ſuſtinuit, ad Petri fratris tamen iniuriam non recidat. hoc ideo: quia Ludouici contumacia nititur: à qua immunis prorſus Petrus ipſe eſt. ad quem inſtrumentum ipſum authenticum, ſeu exemplar eius non peruenisſe procul dubio eſt. Quinto reſpondetur, etiam ſi Ludouicus ipſe à Nuca, contra quem data ſententia eſt, ne authentici commodo vtatur, litem exerceret, exemplo eum authentici nihilo magis fraudari.

Namque cum exempli adiumento niteretur, & editionem exemplaris aduerſarius poſtularet, editionem cuius impoſſibilem Ludouicus aſſeuerabat, dolique purgationem iuramento ſe facturum diceret, niſi originalis commodo excluſus per ſententiam non eſt. Ergo incolume atque integrum deſcripti ſeu exempli ius manſit, alterius incluſionem vnius excluſione faciente *l. cum prætor. ff. de iudic. l. ex eo. ff. de teſtib. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pecu. lega. l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtr. l. cum ita in prin. ff. de conditionib. & demonſtrat.* text. memorabilis *in cap. cum renunciatur. 32. quæſtio. 1.* Gloſſ. *in cap. 1. in ver. de libello. de alienat. feudi.* Bal. *in conſ. 67. Dominus Papa. col. 1. verſ. ſecundo hoc probatur lib. 2.*

11 Qua ratione † vocati maſculi per ſtatutum videntur, quo excluſæ fœminæ apparent Bartol. *in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul.*

Cauſam eandem, cum fœminas teſtator maſculorum cauſa depellit, vt maiorum maſculi cenſeantur, Ruin. ſcribit *in conſ. 43. num. 8. lib. 3.*

Sexto, ſi à iudicibus meus fuerat, vt deſcripti ſeu tranſumpti fructu Ludouicus careret, cum id ab aduerſario oppugnaretur, & oppugnationis ſuæ iuuandæ cauſa, authentici aut originalis editionem poſtularet: qui † minus de exemplo ipſo 12
memoria in ſententia habita, atq; de originali fuerat, ne & deſcripti effectu vti Ludouico liceret? Ad quem modum text. argumentatur *in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. l. 1. §. hæc actio. verſ. ſed & ſi interdum. ff. ſi menſ. r. fal. mo. dixer. l. ſi vero. § de viro. ff. ſolut. matrimon. l. ſi, ſeruum. § non dixit prætor. ff. de acquir. heredit. l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. 1. l. ob rationem fere. § placet. ff. de actio. & oblig. l. vana. § ſin autem a l. defuncti in C. de cad. tollen. ca. inter corporalia de transſlat. ep. c. capit. cum dilectus verſic. ſed contra de dolo, & contum. cap. ad audientiam. de decim. cap. maiores. de baptiſ. capit. cum in partibus. de verbor. ſignificat.* Glo. *in cap. cum in cna. in ver. conſuetudo. de conſuetu. in cap. 1. forte. in ver. dignitatem. in cap. ex eo. in ver. epiſcop. in cap. accus. in ver. ignobilium. de electio. in cap. ſi in Glo. pericula. de tempor. ordin. in c. ii qui. in ver. aliud. in fi. de procura. in c. 1. in ver. Trebellianica. de teſtam. in cap. 1. in verſi effecti. de re iudi. lib. 6.* Sub quo lib. Glo. omnes memoratæ hærent. Quocirca cum à iudicibus exempli abolitio non fuit, quod prætermiſſum ab eis eſt. *ca. cum ordinem. de reſcrip.* Oldra. *in conſ. 166. quod autem. num. 10.* Ibique vno tantum expreſſo, negatum de alio intelligi, ait, per text. *in d. l. cum prætor. ff. de iudi. cap. no. ne depraſ. mp. s qualis. 15. diſtin.* Iam membranæ aut pergameni tantulum exempli aut tranſumpti occupatura expreſſio fuerat. Ioan. *in cap. inter. de re iudi. & in cap. ſuper eo de appellat.* Meminit Oldra *in d. conſil. 166. numer. 10.* Bald. huc ſpectat *in l. voluntatis in fin. Cod. de fideicom.* aliud, ac loquatur, hominem velle non credi: & alia infinita.

Locum hæc in primis hic habent, quod niſi exemplum ipſum non oppugnabatur, & ad oppugnationem ipſam adiuuandam authentici exhibitio petebatur. Proinde cum ad originale teſtricta ſententia ſit, ad deſcriptum, aut exemplum trahi eam non debet. *l. in agris. ff. de acquir. rerum domin.*

Septimo, hoc amplius dicendum, etſi maxime generaliter per ſcripta ſententia fuerat, ſcripturam teſtamenti Petri Samper, Ludouico à Nuca inutilem fore; ad ſcripturam originalis, non etiam exempli, ſententiam ipſam referendam. Rei cuius demonſtrandæ cauſa, rationem exquiri oportet, propter quam ſcripturæ ipſius vſu interdictum Ludouico ſit.

Cauſam † enim facti, cur factum quid ſit, indagare & ſcrutari 13
magis, quam factum ipſum conuenit. *l. ſi in lite. § in cauſa. ff. de tranſactio. l. dotem. ff. ſolut. matrim. l. legata inutiliter ibiq; Gloſſ. in ver. interuenit. ff. de adim. lega. cap. peruenit.* & apud nos *in conſil. 201. numer. 15. & in conſil. 304. numer. 3.* vberius *in reſponſo meo pro Genero, num. 119. & nu. 415.*

Ibique ampliatum id habemus, etiam cum aliud ſonare verba videntur. Cauſa porro à commodo teſtamenti vltimi Petri Samper, Ludouicum à Nuca repellendi, à contumacia ipſius tota exiſtit, quod ſcripturâ teſtamenti ipſius originalem non produceret.

Itaque cum niſi contumacia ſententia ipſa non nitatur, ad limites cauſæ aut contumaciæ reſtringi ſententiam oportet, vt eatenus emolumentum ſcripturæ Ludouicus non ſentiat, quatenus admiſſa contumacia inuenitur.

Iure enim certiſſimo vtimur, ad limites cauſæ aut rationis ſpecialis diſpoſitionem reſtringendam, quæ generalis eſt. *l. hac actio. iuncta Gl. verſ. ſecum to dicat. ff. de calum. l. ita autem vxorin. ff. de adm. tut. l. credendum. in prin. ff. qui pet. tutor. l. cum pater. § dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. nomen. § fi. ff. de lega. 3. l. illis libertis. ff. de condition. & demonſtr. l. ad igere. § quamuis. ff. de iure patro. l. miſites agrum. in prin. ff. de re mili.* Gloſſ. 2. *in l. ſi is qui acciue. ff. de acquir. po.* Oldra *in conſil. 73. quæritur ſi prælatus. nu. 2.* vbi à ratione & arctari diſpoſitionem & extendi ait. Diſpoſitio generalis arctatur, cum ſpecialis ratio eſt: è contrario extenſionem accipit, quæ ſpecialis diſpoſitio eſt, cum generalis ratio eſt. Re[illegible]ctionem diſpoſitionis generalis per rationem ſpecialem fieri Bald. etiam ſcribit *in l. omnis populi num. 18. verſic. dico ergo. ff. de iuſti. & iure. in l. de quibus num. 32. verſ. quo ad ſecundum. ff. de ll. in l. 1. in prin. colum. 1. poſt med. ſuper Gloſſ. 3. ff. de ſeruu. in l. ſi quis ſeruus num. 7. C. de furtis. & in conſ. 67. Dominus Papa colum. 2. in princ. verſ. tertio quia ratio beneficiorum lib. 2.* vbi in mandato Papæ generali loquitur, ob ratio-

tiem id ſpecialem reſtringendum. Idem Ang. probat in l. 3. nu. 2. in fin. C. commu. diuid. Aret. in conſ. 19. num. 9. in tertio dubio. Dec. in conſil. 64. numer. 6. Socin. iun. in conſil. 70. numer. 7. Cumulatius in conſil. 160. num. 17. lib. 2. & in d. reſponſo meo pro Genere, num. 416. & duobus ſequen. & in Corollario dicti reſponſi num. 52.

Si ad limites contumaciæ, quatenus iudicis neglectum mandatum fuit, ſententiam reſtringi generalem oportet, qua ſcriptura teſtamenti vti prohibitus Ludouicus eſſet: quid dicturi hic erimus? vbi ad originalem ipſam ſcripturam prohibitio limitata & ſententia eſt, ne adiumenti quicquam ex originali capere Ludouicus poſſit.

Octauo, generalia verba, eſto, ſententiæ ſint, quæ ſpecialia eſſe & ad originale limitata apparet: ad deſcriptum ea trahenda nihilo magis erunt.

14 Rei cuius exponendæ cauſa ſciendum, † vt ius commune eſt, ita ſententiæ verba accipienda. *l. miles. § decem. ibique Bart. ff. de re iud. l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iud.* Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. in vltima q. ff. de verb. oblig.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 136. verſic. & conſideratis omnib. col. fi. lib. 1.* Alex. *in conſ. 46. num. 2. lib. 5.* Corn. *in conſ. 256. col. pen. in fi. lib. 4.* Iure porro communi, ad id pœnam reſtringi contumaciæ conuenit, in quo admiſſa eſt: neque ad alia trahitur, in quibus non inuenitur. *l. 3. § Stichus a vino. ibique Bartol. & Alber. ff. de ſt. liber. l. creditor. § 1. ff. de appellat. l. generaliter. § 1. in ver. cauſa vel capitulo. ibique Baldus Cod. de rebus credi. not. in cap. fin. de dolo & contum. lib. 6.* Innoc. *in cap. eccleſia veſtra. 2. in prin. de electio. in c. conſtitut. circa fi. verſic. nota ſufficere horam de offic. delega. in c. auditis. num. 2. poſt med. verſ. ſed ſi eſſet ſtatutum. in c. conſtitutus. num. 2. de procurat. & in c. ad petitionem. colum. 2. circa med. in verſ. remouerit. de accuſat.* Oldrad. *in conſil. 12. ante fin.* Bart. *in l. conſentaneum. num. 16. C. quom. & quan. iud. in extrauag. ad reprimendum. colum. 16. in ver. ſuper dicto crimine. ibi: ſolutio, ſi ſtatutum.* Bald. *in conſ. 4. quidam A. lib. 5.* Signorol. *in conſ. 203. in fin. & in conſ. 157. ante fi. verſ. nec obſtat.* Anchar. *in clem. 1. in 11. nota. de foro compe.* Iaſ. *in l. ſi prius. colum. 9. num. 31. ver. in ſecunda parte principali. ff. de oper. noui nunciat.* Et quidem ratione exagitat, vltra limites delicti pœnam ampliari. *Lex falso. § Iulianus. ibique Alexand. in 2. nota. ff. de vulg. l. reſcriptum. & l. hæres qui tacitam. ff. de his quibus vt indig. l. Paulus. ff. ad l. Falc. l. ſancimus. C. de pœnis authen. omnes peregrini ibique Bal. in ſummario. & numer. 7. in fin. C. com. de ſucceſ. capit. 1. § illud enim quæ ſit prima cau. benefic. amitten. c. 1. ibique Bald. de vaſallo, qui contra conſtitut. Lothar. ibi: ſi totum, totum perdit, & ſi partem, partem perdet. cap. quæſitum de his quæ fiunt à maiori par. Capi. Gloſſ. in cap. 1. § callidis in ver. amittant. de prohi. alien. feu. per Frederi.* Aluaro. *in d. cap. 1. § denique. numer. 24. verſic. trigeſima ſecunda concluſio. quæ ſunt prima cau. beneſ. amit.* Et hoc genus alia. Qua argumentandi ratione in ſpecie hac contumaciæ & pœnæ eius reſtringendæ, Oldr. vtitur *in d. conſ. 12. ante fin.* Iaſ. *in d. l. ſi prius. colum. 9. num. 31. ver. confirmatur quia ff. de oper. noui nunc.* Conſequenter his dicendum, pœnam per iudices ob contumaciam Ludouico ſtatutam, ne adminiculo aut præſidio aliquo niti exemplaris poſſit, ad exemplar ipſum coarctandam, ne vtile ei id ſit, non etiam ad exemplum trahendam, quod productum eſt: atque ideo contumaciæ quicquam in eo non vertitur, etiam ſi generalia ſententiæ verba eſſent. Quid probandum hic erit, ex lectione ſententiæ ad originale expreſſim factæ?

Non obſtat, quod in Argumento obiectum ſecundo eſt, abſurditatem videri, plus aliquid in cauſato ſeu exemplo, quam in cauſa eſſe, atque ideo fidem maiorem deſcripto, quam originali haberi: fallacia enim in argumento hoc non obſcura inuenitur. Locus quippe argumento eſſet, vbicunque veritate ipſa ſententia niteretur, eo inſtrumento vt originali non licere, quod verum id non ſit, at falſi conuictum. Atqui contumaciæ ſolummodo, vſus huius denegati pœna ſubnititur. Ea propter ad id reſtringendam ſententiam eſſe, in quo admiſſa contumacia eſt, teſtatum iam habemus.

Inde argumentum diluitur, quod ab antecedentis excidio ducebatur. Inficias enim imus, euerſum antecedens, hoc eſt, originale eſſe, quod vitioſum pronunciatum aut falſum non eſt: vſus idem illi eius propter contumaciam interdictus: qui ſeparationem & diuiduitatem à veritate ipſa inſtrumenti admittit, ſimiliter vt à proprietate vſusfructus formalis diſiungitur, *toto tit. ff. & C. de vſufru.* Itaque cum ſpecies hic ſubſit & pœnalis verſetur, ad exemplum trahi ſententiam priuatiuam non conuenit, quæ dicta in antecedenti, hoc eſt, originali legitur.

15 Ad conſequens † enim in materia ſtricta antecedens non trahitur, quoties ſine altero conſiſtere alterum poteſt. *cap. cum in ecc. tantum. de præb. Gloſſ. in clem. 2. de ata. & quali.* Domini. *in c. cum ex eo § fin. de electio. lib. 6.* Feli. *in c. poſtulaſti. num. 10. ſeu col. poſt prin. verſ. hanc limitationem intellige. de reſcrip.* Ruin. *in conſ. 115. num. 21. lib. 1.* ſine originali porro exemplum hic conſiſtit, ad quod contumacia non cadit, quæ niſi ad exemplar non quadrat.

Secundo reſponderetur, locum argumento non eſſe, vbicunque effectus conſequentis conſummatus ante corruptionem antecedentis eſt. Ibi enim incolume conſequens aut cauſatum, antecedenti etiam diſſoluto, manet. *l. illuſtres. in fin. de offic. præfid. l. ſi tendam. § fi. ff. qui ſat. cog. l. quæcunque. § fin. ff. de Publicia. l. fin. ff. quando actio de pecul. eſt annalis. l. ſi cognatus. ff. de rebus dub. l. fin. in prin. ff. vnde lib. l. fi. ff. de donatio. l. antepen. C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. vnica. § 1. C. de vſuca. pro transfor. l. eam legem. ibique Gl. & Leos. C. de excuſa. muner. lib. 10. l. ſi ibi: impetrata ſemel. C. de his qui ven. ætat. eod. lib.* Bart. *in l. Titia. § Imperator. num. 10. verſic. quæro pone filius. ff. de leg. 2. & in l. 2. § fin. ff. de don.* Deci. *in c. cum ceſſante. colum. 1. de appell. & in conſ. 24. numer. 3. verſic. tertio ſuadetur.* Iure & illo reſponſio hæc roboratur, irritam diſpoſitionem eo non fieri, quod ad eum caſum peruenerit, vnde non inciperet, vbicunque effectus perfectus eius eſt. *l. ſi aliemus. ff. de noxal. l. qui fruere. ibique Bart. ff. de ſt. a. ho. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſi qua in prouincia ff. de ri. nup. l. in poteſtate. § 1. ff. de teſtam. l. ſi quid alicui. ibique Bart. ff. de acqu. hæred. l. pen. § 1. ff. de verbo. obig. l. iubemus. C. de adm. tut. & alibi paſſim.*

Itaque cum ante, & legitime deſcriptio facta exempli ſit, quam ſententia lata de originali eſſet, effectum manere iam conſummatum oportet: tameſi recens exemplum poſt ſententiam deſumi in gratiam Ludouici non poſſet. Ratione reſponſio hæc naturali declaratur: ſiquidem genitore extincto, genitus non perit: neque pictore ſublato, pictura deficit. Bald. *in l. generaliter. num. 5. circa fin. C. de epi. & cler.*

Aliter porro interpretantibus conſequens fieret, vt ſi ex inſtrumento ipſo lis iam euicta ſit, intercidere eam ob ſententiam ipſam oporteat, qua vſus inſtrumenti derogatus Ludouico eſt. Quo quid abſurdius?

Et quod dictum in argumento eſt, fidei plus deſcripto habendum, quam exemplari non eſſe, contrarium Reo non eſt. Namque cum effectum deſcriptio habuerit, quando facta eſt, vſu originalis nondum adempto, retro ſententia trahi ad tempus non poteſt, quo factum deſcriptum eſt. Idque ex ſuperioribus declaratur: quibus demonſtratum eſt, cauſa finita aut extincta, effectum non deſinere, qui perfectus eſt: neque actum iam conſummatum intercidere, quamuis ad eum caſum perueniat, à quo incipere nequit. Rurſus pure & ſimpliciter factum deſcriptum eſt, non ſub conditione, de qua retro trahenda agatur.

Niſi enim ad actus † pendentes, non conſummatos & perfectos retrotrahitio non fit. Iaſ. *in l. ſi is qui pro emptore. col. 62. numer. 306. verſic. adde quod iſta ſollio. ff. de vſucapio.* Hoc ita præmiſſo, retrotrahitioni locum non eſſe, conſequens fit, tempuſque ſpectandum, quo factum deſcriptum eſt. Quo tempore perſpecto, abſurdum ſilet, fidei maioris exemplum, quam exemplar eſſe. Imo enim aut pure vtrunque, aut maiori certe robore authenticum erat. *§ pen. in Auth. de tabellio.* Bartol. *in l. ſi librarius ff. de reg. iur.* Bald. *in l. Imperator. ff. de ſtatu hom.* Corn. *in conſ. 58 poſt prin. lib. 1.* Proinde cum falſum pronunciatum originale non ſit, vſus demum eius ob aſſertam contumaciam Ludouico denegatus: ad exemplum trahenda denegatio non erit, quod de originali compoſitum ante eſt, quam denegatio fieret: & quo tẽpore animaduerſo, plus quicquam in deſcripto, quam in originali non eſt. 16

Secundo iure illo vulgato argumentum hoc eliditur, pro diuerſitate † temporum diuerſo rem eandem iure æſtimari. *l. 3. § 17 pen. ff. de hæred. inſtit. l. pater Seuerinam. § conditionum verba. ff. de condi. & dem.* Bart. & alii *in l. centurio. num. 26. in prin. q. prin. ibique Alexan. num. 72. in fi. ff. de vulg.* Oldr. *in conſ. 125. n. 3.*

Ea ratione abſurda res non erit, ob diuerſitatem temporum ante & poſt contumaciam iure diuerſo originale cenſeri, vt fidem ante faceret, & conſequenter vtile ſemper exemplum maneat inde depromptum: neque per contumaciam lædi, quæ ad ipſum non cadit.

Vulgatum illud ius accedit, ad conciliandas ſcripturas tempora diſtinguenda. *§ quib. in 1. conſtitut. C. l. apud antiquos. C. de furtis. & periculoſe. de pœnis. d. l. Gl. in l. 3. in ver. ſupellectilis. de ſupellect. lega.* Paul. de Caſt.

Caſt. *in conſ. 311. ſuper eo, quod quæritur an valida. colum. 2. circa med. lib. 1.* Socin. *in conſil. 42. num. 9. circa fin. lib. 1.* In eandem ſententiam Bal. ſcribit *in l. fin. num. 4. C. de ſen.* Diſtingue tempora, & dubia auferes.

18 Tertio reſpondetur, originalis commodo † propter contumaciam adempto, exempli vſum non perire, ratio in quo diuerſa inuenitur, id eſt, in quo contumaciæ admiſſum quicquam non eſt, etiam ſi ab originali exemplum pendeat, & acceſſorii vice ſit. *l. 1. §. 1. quib. mod. p. g. vel hyp. ſol. l. ſi fideiuſſor. in prin. ibique Glo. in ver. non poterit. ff. de leg. 1.* vbi expreſſo irritato, integrum tacitum manet, tanquam in quo diuerſa eſt.

Æque teſtamenti ob cauſam falſam interitus ad legata non trahitur, falſa in quibus cauſa non vertitur. *l. fin. in fin. ff. de hered. inſtitu.* tex. huc ſpectat *in authen. ex cauſa C. de lib. præter.* vbi ad legata inſtitutionis exeidium ob prætentionem non trahitur, in quibus iniuriam filius non patitur.

Simili modo quod in ſtipulatione vitium eſt, ad pœnam in ea adiectam non pertinet, quæ rationem diuerſam habet. *l. ſtipulatio iſta §. alteri. ubi Iaſ. in l. ſi homo mortuum. in ſi. eo. tit.* Bart. & alii *in l. 4. §. Cato. in l. oppo eod. etiam tit.*

Alianus ab his tex. non eſt *in l. vnica §. ne autem. C. de cadu. toll.* vbi ob defectum conditionis fideicommiſſo perempto, onus non intercidit fideicommiſſario iniunctum: verum apud hæredem ſub onere ipſo fideicommiſſum illud manet, hoc ideo: quia ratio diuerſa oneris atque fideicommiſſi eſt; cuio voluntas teſtatoris apparet, vt conditione etiam non eueniente, præſtandum onus foret. Ex Decio etiã reſponſio hæc tertia iuuatur, *in l. cum principalis nu. 2. ff. de reg. iur.* vbi tamen præmiſſorum omnium nihil memorat.

Atque in vniuerſum, ius aliud acceſſorii atque principalis propter rationem diuerſam eſſe, ex text. declaratur *in l. qui fundum. §. 1. ff. pro emptore.* De quo Corn. meminit *in conſ. 240. lib. 5.* Eodem text. ſpectat *in l. qui ſeruo. §. item placuit. ff. de furtis.* Vbi qui opem filio, ſeruo aut vxori in furto affert, furti teneretur, quamuis ad principales ipſos, hoc eſt, filium, ſeruum aut vxorem furtum non cadat: rei cuius ratio non alia eſt, niſi quod diuerſa acceſſorii atque principalis ratio contingit.

Ad ſententiam hanc & illud confert, quod de hypotheca dici & obligatione fideiuſſoria ſolet, quamuis initio oriri ſine obligatione principali nequeant, inductam tamen ſine principali cõſiſtere & ab ea ſuperari. *l. debitor ff. ad Trebell. l. ex ſextante. §. Latinus ff. de excep. rei iud. l. fideiuſſor obligari. in prin. ibique Bar. ff. de fideiuſ.* Itaque, etſi maxime ſine originali initio deprompti exemplum non potuerit, neque ſine eo fidem facere: depromptum tamen ſine eo conſiſtet.

19 Quarto reſpondetur, ad † acceſſorium principalis extinctionem non porrigi, quoties ex iure principale non perit. *l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. in fin. ff. de inoffic. teſt.* vbi patrimi teſtamento in partem ſublato, incolume pupillare manet, quod tequelam patrii teſtamenti eſſe text. ait *in §. liberis. inſtit. de pupillar.* At enim ſubuerſum originale penitus, perinde ac falſum non legitur: ab vſu eius tantummodo excluſus Ludouicus eſt. Ex ratione nihil eſt, quod à principali perempto ad acceſſorium colligamus.

Quinto, ad acceſſorium infirmandum principalis abolitio non prodeſt, vbicunque iure quo ſpeciali principale corrumpitur. *l. fin. §. fin. ff. de conductio. indeb.* vbi debito ſortis per reſtitutionem in integrum extincto, debitum vſurarum ius manet. Meminit Socin. *in l. mulier. in 1. nota. ff. de condition. & demon. & in conſil. 18. num. 8. lib. 3.*

Enimuero iure communi quaſi falſum improbatum authenticum non eſt: verum ob contumaciam, & pœnæ nomine, aliquam reſtringendam fore non dubitatur. *l. eum quidam. ff. de lib. & poſth. reg. adua. lib. 6. de reg. iur.*

Sexto, cum fidem exemplum per ſe faciat, vtpote legitime deſcriptum, ſic quomodo declaratum ſupra eſt, per ſe dubio procul conſtat, & effectum probatorium ſine originali habet. Ea propter ad exemplum ipſum licet acceſſorium principalis reuocatio non pertinet. Imola *in c. fin. circa fin. in verſicul. non obſtat etiam, quod acceſſorium. de exceptio.* Anto. de Butr. *in capit. cum contingat. numer. 17. de iureiur. an.* Vſuratur. *in rubri. ff. ſolu. matri. numer. 24.* Quid hic dicendum, vbi niſi aliquatenus atque ob contumaciam prohibitio inſecuta de originali non eſt?

Septimo, cum ad Ludouicum prædicta referantur: cui vſu interdictum exemplaris eſt, ne ad deſcriptum prohibitio illa pertineat, quominus eo vtatur, extra controuerſiam, quantum ad Petrum à Nuca, res ponitur: ad quem prohibitionem illam non pertingere, teſtatum ſupra habemus.

Octauo, ad Ludouicum ipſum prædicta pertinent, noxiam ei ſententiam in exemplo non eſſe, quominus eo vtendi facultatem habeat. De Petro ſane à Nuca, à difficultate omni vacua res eſt: contrariam cui ſententiam ipſam non eſſe, neq; ad iniuriam eius recidere, teſtatum ſupra habemus.

Nono, cum perſpicua res in Petri gratiam vndique ſit, vbi dubitatio aliqua remaneret, iuris ea præſumptione † eliditur: 20 quæ cum inſtrumento publico facit, vt verum id, non falſum æſtimetur. *l. cum precibus. Cod. de proba. l. generaliter. Cod. de non numer. pecu.*

Et veritatem apparentem, quæ forenſis indigens diſceptationis non ſit, inſtrumentum eſſe, Bald. ſcribit *in l. imperator. col. 1. ff. de ſtatu homi.* Meminit Iaſon *in l. iuriſgentium §. quinimo prin. nota. ff. de pactis & in repe. l. admonendi. nu. 125. ff. de iureiur. an.* Bald. huc præter Iaſon. accedit *in conſil. 39. proponitur, quod celebratus. numer. 8. lib. 3.*

Præſumptionem triplicem inſtrumento fauere, à veritate, ſolennitate, & Notarii rogitu Ciuis Deci. meminit *in conſil. 167. colum. 2. in conſil. 175. num. 6. verſ. & idem de inſtrumento* Socin. iun. *in conſ. 189. num. 15. lib. 2.* Niconſeros *in rubri. ff. de pace non. num. 182.* Idem præter Decium, Socin. iun. & Nicon. ex Bald. oſtendit, *ut in conſil. 179. ad euidentiam eſt præmittendum, quod extraneum in fi. lib. 3.* vbi cum ſolennitate Notarii rogitum conglutinat. Ita præſumptionem non pluſquam vnam atque alteram obſeruat, veritatis, & ſolennitatis: de qua ſolennitate duplici Iaſ. etiam ſcribit *in d. §. quod ſi rem in 2. not. in d. repe. l. admonendi num. 105. in l. ſtipulandum in 4. nota. ff. de verb. obligat.* Dec. in conſiliis memoratis. Et hoc genus alia.

Sed obiecturus quiſpiam aduerſus prædicta erit, interpretatione hac admiſſa, vt ad exemplum ſententia non trahatur, quæ originalis vſum adimit, ridiculam ſententiam ipſam fieri, cum tantundem ab exemplo Reus atque originali conſequatur.

21 At enim † hoc genus admitti interpretationem non oportet, vnde illuſoria, aut ridicula ſententia fit. *l. nec ei. §. verum. ff. de adoptio. l. ſi quis rem & l. non impoteſtate. ff. de arbitr.* Et alia ad reſponſum noſtrum pro genero collata, *num. 61. & num. 71.* Rurſus indirecte non permitti, quod prohibitum directo eſt. *l. quod dictum. ff. de pact. l. exiſtibus §. ſi cum hu. ff. de tranſact. l. in bibliot. §. ait prætor. ff. de inſtitut. l. aduerſus. ff. de arbi. reg. cum quid vna via. lib. 6. & hoc genus alia.* Reſpondetur, ineptam de originali ſententiam non fieri. Quid enim ſi vitio aliquo exemplum laboraret, vt fidem per ſe non faceret, ac non pœnæ ſatis damni, ſi originali reſtituto, aut inuento, eo vtendi ius non ſit?

Secundo reſpondetur, tolerabilius eſſe, caducam aut inanem ſententiam fieri, quam vt iure ſuo ſine cauſa quis careat. Gloſſ. Bart. & alii *in l. ſi. in compenſatione. C. de iure delib.* Et alia apud nos *in conſil. 70. ſolutum ſi. & in d. reſpon. pro Genero, num. 52.* Enimuero per iniuriam etiam Ludouicus damnum maximum ferret, ſi ob contumaciam in vno admiſſam in alio pœnam ſubiret, per ea, quæ ſcripta in ſuperioribus ſunt.

Tertio reſpondetur, Petro ipſi contrarium argumentum non eſſe, ad quem ſententiæ illius iniquitatem, & iniuriam, ſi iuſta foret, non pertinere, demonſtratum ſatis eſt.

Quarto, prædictorum omnium nihil eſſe factexempli iuxta ac exemplaris commodo carere Reum oportebat: quod nequaquam agnoſcimus.

Ratione & alia petitionis ſacrum inſtitutæ abſolui eum conuenit, quod actionem perſonalem ad retrouendendum poſſeſſor tertius non ſuſtinet, ſic quomodo in quæſtione proxima planiſſimum mox fiet.

Ad quæſtionem igitur alteram aggredimur, vtrum pacto hic de retrouendendo interueniat, propter quem iudicium hoc ſuſcipere reus compellatur. In quare vnius meminiſſe atque alterius debemus, quæ Regni mores Aragonum ſpectant. Primum actoris commodum contingit: Reo alterum prodeſt. Circa primum, moribus † receptum Regni dicitur, vt dominium vel poſſeſſionem rei pactum ipſum de retrouendendo 22 perimat atq; reſoluat, hoc eſt, perinde tertii poſſeſſio habeatur, atq; ſi apud eum, quantum ad effectum iudicii, nunc eſſet. Ea ratione fruſtra reus excipit, aduerſus ſucceſſorem ſingularem actionem perſonalem ex pacto de retrouendendo non dari.

In ſecundo locum conſuetudo hęc regni ita habet, ſi ex continenti apud eaſdem perſonas, eodemque tempore pacto ipſa de retrouendendo interponitur. In q. hac magna inter aduocatos, & patronos vtriuſq. partis conteutio, pactumne de vendendo, an retrouendendo dicatur.

Momenti non leuis indagatio hæc videtur: quoniam ſi pactum de vendendo id dicimus, effectum reſolutiuum domini & poſſeſſionis non habet: cum niſi actionem perſonalem non pariat, quã poſſeſſor tertius non patitur *l. quadam. §. nihil intereſt, ff. de eden. l. ſi fideiuſ. §. traditum ff. de iud. l. fin. § fin. ff. de contra. emp. l. 5. in fi. ff. de hered. vel acti. vend. l. ſi mulier. §. ex aſſe ff. de iure dot. l. 1. §. ſi heres ff. ad Treb. l. 1. C. ſi certum pet. l. fi. C. de here. a. l. 10. l. cum alienum C. de donatio.* Ratio alia ſuadetur, ſi pactũ id de retrouendendo aſſerimus. Per quod reſolutio dominii in Reum, aut ſucceſſorem translati depoſito aut oblatione pretii facta inducitur: quod cum vtile certe in venditorem, vel cauſam ab eo ducentes tranſit idque non Regni modo, ſed & iuris communis ope, vt auctor Caſtren. eſt *in l. ſi cum venderet in prin. num. 6. ff. de pign. actio.* Ioan. de Ana. *in cap. conquerſus. colum. 3. de vſuris* Ang. Aret. *in §. ſi. Inſtit. quibus mod. tollit. ob. ig.* Guido Papæ *in conſil. 49.* Socin. *in conſil. 80. colum. 3. & ſequen. lib. 4.* Dec. *in conſil. 614. num. 8. ante med.* Iaſon *in conſil. 128. colum. 5. ver. cul. ſimiliter pro hac parte lib. 4.* Boeri. *in conſil. 3. num. 25.* Socin. iun. *in conſ. 229. colum. 1. lib. 2.* Pro qua ſententia Doctor. & alios, Næuiza nominat *in conſil. 88. n. 8. verſ. 2. principaliter.*

23 Videndum igitur, † pactumne de retrouendendo, an de vendendo dicatur. Ne multis, quamuis pactum de vendendo hic intercedat, argumentis tamen prætermiſſis, quæ vltro citroque perſcripta legi, pactum de retrouendendo quantum ad effectum hic non eſſe, omnino exiſtimo, etiam ſi mentio expreſſim facta de retrouendendo verbotũ tenus dicatur. Rei cuius exponendæ cauſa, ſignificatus dictionis huius, *retro*, indagandus & obſeruandus, cum *retro* emptor *vendere* conſtituit. Et quidem non alia dictionis natura huius eſt, quam quod retrouenditio, aut effectus eius retrahatur. Namque quod ad factum ipſum venditionis ſpectat, retro id fieri nequit.

Cæterum retro factum, quantum ad effectum habetur: atque ideo reuenditione ab emptore facta, perinde res, quoad effectum, & rei ſolutionem, eſt, atque ſi nunquam emerat. Verbi gratia: pignori emptor rem ſuppoſuit: deinde ex pacto eam antecedenti reuendit. Pignoris ius perit; quoniam pro eo res habetur facta, atque ſi nunquam emptor fuerat. Bart. *in l. 3. §. Marcellus ff. de in diem addictio. in l. ſi res ff. quibus mod. pig. vel hyp. ſol. & in l. in diem ff. de a qua plu. arc.* per illos tex. meminit Dec. *in conſil. 239. ante fi.* Gozadi. *col. 2. num. 12. C. de pactis inter emp. & vend.* Boer. *q. 181. num. 9.*

Effectus is reſolutiuus pignoris non contingeret, ſi retro ad tempus contractus reuenditio non trahitur, verum vſi ex tempore ipſo, quo facta ſit, vires ſuas non conſequitur. Id: quia quod effectum purum & firmum ſemel habuit, per cauſam nõ irritatur, qui poſtea acced. *c. l. qui ſi ratore ff. de ſtatu homi. l. pater furioſo. ff. de his, qui, ſui ſui vel alie. iuris. l. ſancimus. C. de admini. tutor. & alia deinceps.*

Cauſa alia eſt, ſi retro ad tempus emptionis effectus ipſe reuenditionis trahitur. Etenim cum illico effectus reſolutus emptionis inueniatur, & pignori minime nexa res non eſſet, neque necti potuerit: non poteſt pignoris ius non intercidere, & reſolui.

Veſtigatione & enarratione hac ſignificatus dictionis *retro* ita facta, in expediendo atque acium diſceptationis huius ſponte ſua eluceat, de vendendo, an reuendendo pactum æſtimetur: quoniam etiam ſi conſtanter expreſſum ſemper que ſit, vt retrouendi res debeat: tamen quia poſt interuallum temporis, pactum hoc conuentum fuit, ad tempus trahi pactum nequit, quo pure & libere apud emptorem res erat. Retro enim tractio ad tempus ne. quo retro ſe quid facere quiſpiam promiſerit, atque ideo ad ipſum pacti tempus, quo retro quis vendere promittit.

Conſequenter his dicendum, cum pure & libere emptoris ipſius res eſſet, quando pactum interpoſitum de reuendendo eſt, ad promiſſionem de vendendo neceſſario pactum trahi: quandoquidem trahi retro nequit.

Iure enim vulgatiſſimo vtimur, ab effectu, non à verbis contractus denominationem fieri; vbicunque verbis contrarius effectus eſt. *l. ſi cum angu r ff. de ſeruitu. l. pen. § ſi ff. de contra. empt. l. ſi 1 no. in prin. ff. loca. l. ſi olim, Cod. eod. titul. l. Lucius, ibi, qua Doli ff. depoſi. l. inſulam. & l. ſi rem. §. ſi cum venum ff. de praeſcrip. verbis. l. Lucius. ff. de donatio. l. ſi alienam in fin. & l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. s mor. c. 49. conſtitutus cum gloſſ. pen. ibique Abb. col. fin. de religio. dom.* Bart. *in l. eum ferro ſi qui maximos numer 3. ff. de publica & in diſputat publicanus.* Bald. *in rubr. C. de iure emph. circa fin. col. 1. numer 7. ver. ſed reuertamur ad caſum. C. de verum permut.* Et apud nos *in reſpon. pro genero, num. 109. verſ. qua ratione.* Cumulatius, *nu. 205. & in conſ. 20. nu. 5.*

Si dixeris, quid ita effectum reſolutiuum pactum de retrouendendo non habebit ex interuallo adiectum, ſimiliter vt cum initio ipſo interponitur? Reſpondetur, cum initio, atque ex continenti interponitur, pars contractus habetur, & in ipſo ineſſe contractu dicitur. *l. iuriſgentium §. quinimo ff. de pactis. l. lecta. verſ. ducibam ff. ſi cer. pet. l. fundi partem ff. de contra. emptio.*

Itaque in arbitrio contrahentium eſt, in contractu ipſo ineundo pactum reſolutiuum inſerere: quod aliter poſt contractum abſolutum eſt: nouum enim conſenſum & actum ſimilem reſolutio poſtulat. *l. ab emptione. ff. de pactis. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris.*

Vnde nouus nunc contractus, aut diſtractus retro citra traditionis effectum habetur. Atq; in ſpecie, & omninam, effectum reſolutiuum in pacto hoc de retrouendendo non eſſe, quod ſubiectum ex interuallo eſt, Gloſſ. declarat *in d. l. ab emptione in ver. cogeris.* Ibique Bald. *num. 2. verſ. oppo. dicitur hic.* Ange. & Fulgo. *ſing.* auent Caſtr. *num. 9. & numer. 13. verſ. non obſtantur*, vbi pectori id ita tenendum ſuadet, ne vnquam excidat: ſingulare etiam Iaſ. prædicat *num. 7. ver. ſecunda concluſio.* Gloſſæ etiam annumeratæ Ripa aſſentitur *in l. filiusfamilias §. diui numer. 38. ibique* Iaſ. *et num. 172. in tertia limitatione. ff. de leg. 1.* Næuiza *in d. conſil. 88. num. 9.*

Eſt obſeruandum, in ſpecie dubitationis maioris Gl. & Doct. loqui *in d. l. emptione* id eſt, in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, per quod reſolutionem omnino & contra ſucceſſorem ſingularem induci non dubitatur: quod non perinde in pacto adiuncti de retrouendendo ſolere, infra declarabitur.

Conſequenter his dicendum, vt pacto hoc de retrouendendo menſes vltra duos poſt contractum interpoſito, Reus inquietatus conuentus non debeat. Hoc ideo, quod etſi in verba expreſſim conceptum de retrouendendo ſit, quod non admittitur, attamen vigoris quicquam reſolutiui ob temporis intercapedinem non habet. Vnde non ſecus iudicari pactum hoc oportet, ac ſi promiſſio facta de vendendo ſit. Idque & Regni Ar. gonum vſu receptum proponitur, qui iuris communis in h c exemplum imitatur.

Itaque † duplici Reo conuenti defenſio mittitur, communi, 24
& Regni ipſius propria: atque ideo potentius id habendum. *l. Falſitia ff. ad Treb. l. cum ea. l. imperialis in princ. ibique Bal. C. de adoptio. § ſi vero inſtit. eo. tit. 1. fin. in Authen. de conſang. & vteri. frat. auth. poſt fratres. 3. C. de legiti. hered. auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. 1. inter corporalia verſ. c. vnde cum non ſit. de tranſla. epi. c. ex matrimonio de autori. & vſu palli. cap. 1. cum Gloſſ. de treuga & pace. cap. non poteſt. de praeben. lib. 6.* Et alia omittenda.

In pacto demum de retrouendendo Reo inimica Regni conſuetudo videtur, quod in ipſo contractu aſcriptum ſit. Id enim, † quicquid viſum Caſtren. ſit *in d. l. cum venderet. ff. de pign.* 25
actio. ſingulari ſucceſſori noxium iure ipſo communi non eſt, neque effectum contra eum reſolutiuum, habet, vt auctor Alerand. eſt *in conſil. 10. lib. 1. in conſil. 232. numer. 9. lib. 6.* Dec. ſecum non conſtans *in conſil. 187 in 1. dubio.* Iaſ. ſuit & ipſe diſſimilis *in d. l. ab emptione num. 8.* Crot. *in d. l. filiusfamilias. §. diui numer. 93. in quinta fallentia ibique* Loſæus *num. 172. in quinta & ipſe limitatione ff. de leg. 1.* Gozadi. *in d. l. 2. numer. 29. & ſequen. ibique* Cagnol. *numer. 48. & ſeq. C. de pactis inter empt. & venditor.*

In qua ſententia & nos quoque lector inueniet *in conſil. 2 nu. 7. in conſi. 281. num. 1. in conſil. 761. numer. 2.* Eamque receptam Næuizan. teſtatur *in d. conſ. 88. nu. 8.* Ibique & teſtimoniis alius Doct. eandem confirmat.

Qua ratione porro iuri communi in pacto de retrouendendo Regni conſuetudo obſtat, quod initio interpoſitum in contractu eſt, vt ſucceſſoris ſingularis ius, & poſſeſſionem reſoluat, ita non odioſa eſſe non poteſt.

Odioſum quippe † æſtimamus, quicquid iuri contrarium 26
communi eſt. *l. ius ſingulare & l. quod vero contra ff. de leg. l. ſi vero §. de viro ff. ſolu. matri. l. ſi quando. C. de inoffi. teſtam. l. 1. C. de nouat. l. aduer us. C. de vſucapione. cap. ii. de ſue. de conſuetu. cap. ſi quod dilectio. de conſanguinita. & affinitate. capit.*

vit.capit.1.& 2.de ſiliis presbyt.lib.6 Et alia apud nos *in conſil.10.num.2.& in reſponſo pro Genero,num.70* Bald.his adiungitur *in l.omnes populi num.8.poſt princip.ff.de iuſti.& iure.* Bonum & iuſtum ſtatutum non videri,quod iuri communi repugnat,per text.*in l.quod non ratione ff.de ll.& in l.auiuitenſa ff.de decre.ab ordi.fa.* Hoc vtique,niſi ex euidenti & neceſſaria cauſa id fiat, per *l.ſi bonitatem. ff. manda.* meminit Natta *in conſi.179.num.3.* Et ſi odioſa,& ſtrictam interpretanda conſuetudo eſt,quæ effectum reſolutiuum pacto de retrouendendo tribuit in continenti etiam inſerto: quanto magis ius hoc probandum in pacto de vendendo erit, locum in quo conſuetudo non habet? Per contrarium, fauorabilis
27 Regni † conſuetudo iudicanda erit: per quam commune ius integrum remanet, vt inutile ad reſoluendum pactum hoc ſit poſt temporis ſpacium interiectum.*c.2.§.1.de decim.lib.6.* vbi benigna,ac pia conceſſionis noualium reſtrictio habetur, quod ad ius commune per eam redditur. Quem text.in ſententiam hanc Crot. vocat *in l.omnes populi.num.213.ff.de iuſti.& iure.& in rubric.ff.ſolut.matr.num.26.* Natta *in conſi.163.num.15.* Pro qua ſententia Gloſſ.paſſim datur *in c.ſtatutum.in verſi.numerandum.de preben.lib.6.* quæ fauorabilem adeo ſcripturam habet, per quam ſaluum ius commune manet, vel reſtitutio ad id fit, vt & in correctoriis recipiendam extenſionem putet. In qua Glo. decorandá parcus Iaſ. non eſt *in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret.in quarto nota.ff.de pactis.& plurima hoc genus.* In fauore hoc igitur gemino, & iuris communis & conſuetudinis, latam pro reo conuento, & appellato fieri interpretationem conuenit,ne vigoris quicquam in eam pactum ipſum de reuendendo protſus habeat, quod tempore ſubiectum interpoſito eſt.*l.cum quidam.ff.de lib.& poſth.reg.odia.lib.6.* facit huc ſpectat *in l.Arrianus ff.de actio.& obli.& in l.fauorabiliores ff.de reg.iuris.*

Ad argumenta hæc animaduerſum per Iudices ipſos ampliſſimos iuſtitiæ Regni Aragonum fuit, à quibus pacti huius de retrouendendo abſolutus Reus fuit: tametſi viſu originalis inſtrumenti carere iuſſus Ludouicus à Nuca eſſet. Hoc ideo
28 quia † ex perſona Actoris ius metiendum *l.1.§.1.ff.ſi pars hered.pet.l.qui accuſare.C.de edendo.l.2.C.de probatio.l.fin.Cod.de rei vendica.§.commodum.Inſtitu.de interdict.c.ex literis.de probat.cap.inter dilectos.in fi.de fide inſtr.c.fin.de iureiuran.* Eo porro Rei grauior cauſa hic habenda, quo legibus inuiſi & odioſi magis litium redemptores per ceſſiones hoc genus ſunt *l.per diuerſas C.manda.* Id quidem in primis, minima ac nulla pretii numeratione, ceſſione facta per Don. Sanctium Perez de Pomar, niſi victoria litis ſequuta.

Apparet ex his,ineptiſſime Io.Andr.Reo contrarium opponi, *in rubric.de obliga.& ſolutio.col.2.* cum † in 10.ſe obligaturum
29 quiſpiam promiſit, illico eum vt det, circuitus vitandi cauſa, recte conueniri.De quo apud Alexand.*in l.cum fundus.§.ſeruum tuum.in 1.not.ibique Iaſ.num.5.Purpura.num.14.ff.ſi cert.pet.* Iaſon *in l.Dominus teſtamento.in 4.nota.ff.de condi.indeb.in l.ſi fideiuſ.§.meminiſſe.num.6 ff.de lega.1.* Ruin.*in conſ.19.num.13.lib.4.* Idque à Doct.receptum Rubeus aſſerit *in conſi.29.num.5.* quibus Roman.adſumit *ſing.183.obligo me.* Namque vt veram Ioan. Andr. opinionem afferamus: à re tamen propoſita quam longiſſime diſtat: ſiquidem non niſi in eum competit, qui propter decem danda obligaturum ſe conſtituit,vt citra promiſſionem, aut obligationem aliam,circuitus omittendi cauſa, decem exigi confeſtim queant.

Cæterum iuris quicquam aduerſus tertium poſſeſſorem ex promiſſione illa eſſe, hoc vero neque Ioan. Andr. neq. Doct. quem viderim,quiſquam ait;neque citra ll. offenſam manifeſtam ſcribi id poterat, vt actionem perſonalem ſucceſſor ſingularis patiatur.

Si dicatur,ex dicto Io.And.ab aduocatione actoris argumẽtum duci, vt qua ratione ex promiſſione obligatum ſe in decem iri, conueniri promiſſor mox poteſt; ita promiſſio de reuendendo idem efficiat,atque ſi facta reuenditio ſit.Quæ ſi facta fuerat,dubitandum non videri, quin rem euinci ab actore oporteat.

Reſpondetur, nec ad caſum huoc dictum id Ioann. Andr.ſpectare,quoniam in perniciem eius, à quo fieri reuenditio debet, non etiam tertii, qui rem habet, pro facta haberet. Et enim ſi actionem hanc perſonalem à tertio iure communi non ſuſtineri oſtendimus, quomodo pro facta in eum haberi reuenditio poterit? falſa quippe crebrior Doctor. opinio fieret, ſi pro facta, & contra tertium reuenditionem admittimus. Et cum de ſucceſſore ſingulari verbum factum à Io.And.nõ ſit,nihil eſt,quod teſtimonio eius pars fidat:
vlterius enim † quam Doctor. loquatur,ſententiam trahi eius 30
non conuenit.*l.de quibus.in fi.ff.de ll.l.ſi is ad quem ff.de acq.hered.* & alia apud nos plurima *in reſpon.pro Genero,nu.460.*

Rurſus certam atque in ſpecie præſtan probationem oportet,obſcuritatem genere faciente *l.in tradendo.ff.com.præd.l.cert.ff.ſi cert.pet.l.tertium.ff.de confeſ.* cum aliis eiuſmodi apud nos *in conſ.262.num.3.& in d.reſpon.pro Genero,nu.349.verſ.atque expreſſim magis & nu.351.*

Itaque vbi generaliter ſcriptum apud Ioan. And. & alios eſſet,pro facta reuenditionem haberi, quam facere neceſſe quis habet, ad opinionem partis declarandam nihilo magis id valeret,quatenus expreſſio opus in ſpecie eſt,etiam ſucceſſorem ſingularem promiſſione hac aſtringi,& pro facta aduerſus eum reuenditionem haberi. Quid hic dicendum, vbi aduerſus promiſſorem ipſum verba reſtricta Io. Andr. apparent?

Secundo, concludentem eſſe probationem oportet: momenti aliter nullius æſtimatur.*l.cum adhem ff.de neg.ge.l.non ſolum.§.ſed vt probari ff.de op.no.nun.l.matrem.l.neque natales.l.ad probationem.2.C.de prob.l.non hoc.C.vnde legiti.l.multas.C.de lib.cau.c.in præſentia.* ibique Dec.n.16.in 23.*nota de probat.* ſed enim concludentis quicquam ad opinionem,ex Io.Andr.non deſumitur.Qui promiſit ſe obligare,aut reuendere, ſtatim conuenitur, vt ſi obligatio interpoſita,aut facta ab eo reuenditio ſit:ergo tantundem agnoſcẽdum & contra poſſeſſorem tertium erit.

Quinetiam cum niſi de promiſſore ipſo non dicat,ſucceſſorem excludere ſingularem videtur.*l.cum lex.ff.de ll.l.cum prætor.ff.de iud.l.ex eo.ff.de teſta.* Cuius generis & alia apud nos referuntur *in d.reſpon.pro Genero.nu.65.* Iam ſi de ſucceſſore ſingulari Io. And. ſenſerat,cum rarum id & memorabile ſit,credibile non eſt,taciturum hoc eum fuiſſe.*l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ff.de iniur.l.cos.C.de aquæduct.lib.11.* Olde.*in conſ.185.thema tale eſt, Titius canonicus.* cõtinua l.tex.huc accedit *in c.fin.de preben.in c.ex quæſiti de teſtam.c.cum clerici.de verb.ſigni.in c.quamuis.de præb.lib.6.c.nos conſuetudinem.12.diſt.in c.Apoſtolic.50.diſt.*

Tertio,ſicut opinioni huic contra Caſtren. *in d.l.ſicut vendere.* maiorem Docto.ſuffragari partem oſtendimus,at a in re dubia contra eam Io.And.ſenſiſſe dicendum non eſt, etiam ſi generaliter verba concepta eius eſſent.

In dubio enim † id velle quiſquam non creditur,in quo ma- 31
læ incuſari opinionis poſſet *l.ex fa.lo.in pr.ff.de vulga.l.Seianus Arbit.ff.de leg.præſtan.* Bald.*in conſ.91.per ſtatutum.circa med.lib.4.* qui interpretationem ita habendam ſtatutorum ait,ne ſapientum cenſuram ſubeant.De quo Bald.d.conſ.eius non enumerato,Cor. meminit *in conſ.11.col.3.verſ.nam ſtatuta.& in conſ.17.col.fi.lib.1.* Dec. huc quadrat *in conſ.1 num.5.in fin.* Gloſſ.interpretandam ita non eſſe,vt male ea locuta dicatur.

Atque in ſpecie extra caſum ſuum, dictum trahendum Io. And.non eſſe,Gozadi.ſcribit *in d.l.2.num.32.verſ.ad tertium reſpondeo.C.de pactis inter emptor.& vendit.*

Quarto, extra negotium omne, atque in vado res ponitur, pacto ipſo, quo aduerſarius nititur, ex temporis ſpacio ſubſecuto,etiam ſi pactum l.commiſſoriæ, aut in diem addictionis verteretur:quod hic non contingit, per ea, quæ verbis plurib. ſcripta ſuperius ſunt.

Quinto, ratione fortiore ex his D. appellati ius roboratur, quæ in q proxima,& tertia mox ſubiiciemus,quod ſi actionem eum tertiis experiundo haberet,apud quos loci poſſeſſio controuerſi eſſet,multo magis excipiendum erit.

Apparet ex his,nihili Rei confeſſionem faciendam,qui confeſſus ex actis eſt,pactum de retrouendendo controuerſum eſ-
ſe:quoniam † à iure id pendet, atque ideo oneroſa eſſe confi- 32
tenti non ſolet,ſi contra rem eſſe ius ſtatuit.*l.ſi filio.in prin.ff.famil.erc.l.ornamentorum.ff.de auro,& argen.leg.* Bart.& alii *in l.1.num.12.ff.ſi cert.pet.* Signorol.*in conſ.69.num.23.in conſil.167.nu.3.* Roma.*in conſ.520 num.10.* vbi iuris veritatem confeſſione non mutari ait:ſed omnium ſcitiſſime Innoc.*in c.cum venerabilis.num.5.ibique Abb.nu.36.de excep.* vbi nec erroris neceſſariam reuocationẽ ait. Id: quia ſupplendum à iudice eſt.

Secundo, innoxia id genus confeſſio etiam ſuper facto eſt, vbicunque factum eiuſmodi non apparet,quod effectum iuris habeat.

Verbi gratia appellationem interpoſitam appellatus confitetur: non omnino conſeſſio erit, niſi ſi intra tempus legitimum appellatum docetur. Conſequens quippe non fit: appellatum eſt: ergo in tempore. Rota deciſ. 190. quod ad reuocationem in nouis. Eadem ratione conſequentia non valet: Pactum de retrouendendo confeſſus Reus eſt; ergo tale pactum aſſeruit, quod perniciem afferat, vnde ex continenti id factum eſſe à parte docendum. Quod doceri quumodo poteſt, cum poſt interuallum factum liqueat?

Tertia quæſtio occurrit, quæ à teſtamento Don Petri de Vergapendet, ex quo ſubſtitutus appellatus eſt. Labor in qu hac explicanda neceſſarius non videtur, cum in dubitationem vocari ſubſtitutio nequeat. Quocirca vbi apud extraneum, aut actorem ipſum bona controuerſa eſſent, recte ab eo per ſubſtitutum euincerentur, ſubſtitutionis conditione impleta. Id quia etiam ſi per hæredem ex teſtamento grauatum, in acto-

33 rem facta alienatio eſſet, conditione fideicommiſſi † cedente, ad irritum alienatio deducetur, reſolutionemque patitur l. fi. §. ſin autem ſub conditione. ibiq. Doct. C. com. de legat.

Neque reſtitutio tunc opus fideicommiſſi habetur, quæ verbo, aut re fiat, vt textus ille oſtendit. Idque Gloſſ. & Doctor. probant in l. pen. in Gl. ff. C. ad Treb. Caſtren. in l. facta in ſin. princ. ff. eod. tit. Socin. iun. in conſ. 139. nume. 2. in conſ. 129. nume. 16. in conſil. 157. in prin. lib. 1.

Si actionem contra actorem, rei controuerſæ poſſeſſorem, habiturus Reus eſſet: quanto minus exceptio ei deneganda erit? l. vindicantem ff. de euict. in l. 1. §. ſi autem ff. de ſuperficie. l. iuuitus. §. cui damus ff. de regul. iur. Quia etiam exceptionem non tacito habet, actio cui vlla non eſt. l. iuris gentium. § illud nulla ff. de pactis. l. ſi in area. in ſin. ff. de cond. indeb. & hoc genus alia. Rurſus ſi actio ſubſtituto ſuo etiam contra poſſeſſorem datur, cum alienatio facta ab hærede grauato eſt, qui fideicommiſſi conditione pendente, bonorum dominus fideicommiſſorum eſt. l. non ideo minus ff. de rei vendicat. l. ſi fur. ff. de vſufr. in l. 1. § ſeruo appellatione. ff. ad Sillan. l. generaliter. §. 1. ff. qui & à quibus manumiſſi lib. non fiunt. Quid probandum hic erit, vbi ab hærede grauato facta alienatio non apparet? quod fundamentum ad victoriam vel vtuntur ſatis videtur.

Eiuſdem generis, & argumentum illud eſt, quod à donatione ducitur, à Petro Samper in gratiam Don Bertrandi à Nuca, facta, cauſam vnde reus ducit: & qua inſinuata donatio dicitur; ex qua ius etiam Reo quæſitum dubitatur. l. quoties. C. de donat. quæ ſub modo.

34 Ad extremum, ſine actione actorem eſſe per eam legem ipſa † Regni Aragonum oſtenditur, per quam rei communis, & indiuiſæ alienatio, niſi dominis omnibus conſentientibus, prohibetur. At enim ex tribus prætendentibus, vnus & ipſe omnium præcipuus Iulianus abſuit. Quocirca inutilem eſſe ceſſionem liquet. l. non dubium. C. de ll. ſed & iure commun. inſpectam ceſſionem eſſe, lectio eius docet.

Conſequenter his dicendum, ſententiam in Rei conuenti gratiam modis omnibus pronunciandam, interlocutione etiam illa reſciſſa de originali dicta, ne commodo vti eius liceat, vtique ſi eius recipiendi facultatem ſors aliqua melior inopinatave offerat. Ad quem modum, & per victoriam impenſarum pronunciandum arbitror. Taurini die 19. Maii 1568.

Sequitur Corollarium Conſilii proxime præcedentis, pro ſupradicto Magnifico Domino Petro à Nuca, ex Caſarea Auguſta Regni Aragonum, contra Don Sanctium Peres de Pomar in iudicio Caſtri de Peyuolea, in præcedenti Conſilio nominatis.

S V M M A R I A.

1 *Denominatio contractus à verbis non regulariter fit.*
2 *Denominatio contractus fit à forma illa qualitate, tum ab ipſa forma effectuum accipiat.*
3 *Verba illa: In hac forma, aut, in hunc, qui ſequitur, modum: idem ac ſi illa poſuiſſet ſecundum formam antè ſcriptam, aut ſecundum modum ſuprà ſcriptum.*
Additionis ſignificatio ibid.
Dictio in, quam ſignificet, ibid.
Dictiones ſecundum, & in, quid ſunt ibid.
4 *Relationis natura ea eſt, vt ad omnes relatas diſpoſitionem reſtringat. ita vt relato non referens ſit.* [illegible] *derelato ipſo apparet & in verſ. Idq. & in verbis amplectitur,* [illegible] *habeat & in verbis vniuerſalibus, quæ ex relato reſtrictionem admittant, veluti cum beneficia vbicunque vacantia Papa reſeruat, ſi ad conſiſtentem in reſeruatione, vniuerſalis relatio ſit, per quam reſtrictis vniuerſalitas non ſit, dum modo alia dicat dum beneficia non vacare, ad ſimiles conſiſtentem dicta dictio: in vniuerſalem, vbicunque, reſtringenda.*
Vniuerſalia verba ex relato reſtrictionem admittunt ibid. verſic. Idq. & in verbis vniuerſalibus.
Fideiuſſio pro eo facta, qui actum aliquem profitere ſeſſerit, & ſecundum formam conſtitutionum illius actus fideiuſſio interponitur, ad dictam fideiuſſio reſtringitur quæ actu ipſius occaſione contracta ſunt. ibid. verſ. Bald. in l. ad, itor.
5 *Concluſio apparet non autem narratio ſpectanda, ſimiliter in libelli qualitas ex concluſione, non ex narratione cognoſcitur.*
6 *Sequentia. Per ſequentia reſtringi antecedentia ſolent.*
Sequentia verba determinant præcedentia ſcripturam reſtringunt, in quæ determinatio illa non eſt. ibid. verſ. ſequitur determinationem.
Determinatio. Per verba poſteriora determinata priora ſi reperiuntur reſtringitur, in quo determinatio illa non reperitur. ibid. verſ. quinto determinationem.
7 *Sequentia verba ſpectanda, vbi inter priora & poſteriora contradictio aut incompatibilitas occurrit.*
Contradictio, aut incompatibilitas vbi inter verba priora & poſteriora reperitur, per nouam verba ſequi oportet ibid.
Feudi conceſſio, aut primis ſine verbis facta: Reddentem, & de nouo concedimus. conceſſio noua ob verba poſteriora intelligitur: quia priorabus poſteriora derogant. ibid. verſ. ſi pro eo in ſpecie.
Reddere, verbum pro verbo, dare aliquando accipitur contra propriam eius ſignificationem ibid. verſ. Apparet ex his.
Impropria verba accipiuntur, vt ex ſequentibus præcedentia reſtringantur. ibid. verſ. Apparet ex his.
Arbitro, aut arbitratori vbi poteſtas datur alte, & baſſe pronunciandi prout ei viſum, & placitum erit, verba alto, baſſo, & ſimilia per verba ſequentia reſtringuntur, ſicut ei videbitur, & placebit, ita ad verba boni viri arbitrium referantur. ibid. in ſi.
8 *Contrarium, inter contraria, primum ad habendum, quod fauorabilius eſt.*
Fauorabilius id dicitur, quod cum iure communi conſonum. ibid. verſ. fauorabilium porro.
9 *Denominatio contractus ab effectu, non à verbis fit. vbi cum verbis contrarius effectus eſt.*
10 *Conſenſus venditionis alienaſſe non dare, ideo conſentiens in contractu communis non poteſt, etiam ex eo non obligetur.*
11 *Subrogatus, qui in loco alterius ſuccedit, debita prorogat.*
Subrogata in locum alterius perſona eadem, quantum ad effectum iuris, videtur ibid. verſ. innuere.
12 *Cauſa prima ſpectanda, quia à primordio tituli poſterior formatur euentus.*
13 *Iudex. Cum iudicium dubio iure præſumptio facta.*
Præſumptio iuris in dubio non iudicis ſententia facta ibid.

ARGVMENTVM.

De pacti retrouendendi materia hic agitur, & diſcutitur etiam de vi verborum & dictionum, & de natura relationis, & de illis verbis ſequentibus, quæ antecedentia declarant.

COROLLARIVM CONSILII PRÆCEDENTIS.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Etſi verbis pluribus, rationibuſque prementibus ius optimum Domini Petri à Nuca contra dominum Sanctium Peres de Pomer, demonſtratum à nobis fuerit, pacto etiam de retrouendendo admiſſo, quam chartam de gratia in Regno Aragonum dictitant: attamen quo perſpicua magis vndique res fiat, atque vt expectationi D. Ioannis Baptiſtæ de Coneſa ſatisfaciam, non potui articulum illum non attingere, pactumne de vendendo, an retro huic vendendo hic occurrat, diuerſitas quorum enarrata in ſcriptis prioribus eſt, quod reſolutio iuris, & poſſeſſionis, quæ à moribus Regni exiſtit, non ſimiliter hoc atque illud affigit.

Pactum hic, aut promiſſionem de vendendo, non etiam reuendendo verſari omnino arbitror: idque à partibus latè enumeratis argumentando, iuxta l. pater ſeuero, §. ff. de his quæ ſunt ſui vel alien. iur.

Namque aut à verbis nomen pacti ducimus, & ſecundum verborum ſignificatum pactum denominamus, aut ab effectu. Si quidem † à verbis, quod regulariter fit l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exercitor. l. Labeo. in fi. ff. de ſuppel. leg. Dy. in reg. 49. column. 2. in fin. verſic. præterea conſtat. Curt. ſen. in conſ. 17. in princ. & alia non pauca. De quibus apud nos in rubr. ff. de leg. 2. in nume. 9. verba ipſa pellucida pacti ſunt: chartam enim de gratia in hunc, qui ſequitur, modum

factu-

facturum ſe Philippus à Canallaria conſtituit, vt quotiens Petrus & Maria Sampet coniuges millia viginti & duo ſolidorum ei dederint, venditionem ipſis de Puyitolea faceret. Ita ad venditionem nouam pacti & promiſſionis verba non obſcure ſpectant.

Eam ob rem nihil eſt, quod in verbis claris controuerſia fiat. *l. quotiens. §. ſi duo ff. de hered. inſti. l. in his. ibi: q. Caſtr. & Socin. ff. de condi. & dem.* Et alia, de quibus *in reſpon. meo pro Genero*, *numer.* 181.

Sententia hac, quantum ad verba, ita ſtabilita, negocium omne in his depellendis ſupereſt, quæ ex diuerſo obiectantur, id eſt, clara econtrario ad compendium actoris verba eſſe, quibus chartam de gratia ſe facturum Philippus pactus à Canallaria eſt. Sed enim reſponſio copioſa non deeſt.

Principio in verbis illis perfectio vlla neque à tempore, neque à pretio eſt. Ita formam ſuam retrouenditionis verba illa non habebant: forma demum in verbis ſequentibus accubuit, quibus & temporis expreſſio perpetui facta, & pretii eſt. Quod
2 cum ita ſit, † à forma ipſa denominari contractum oportet, vtpote quia forma ipſa eſſentiam accipit. *l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhiben.* Tradit Signorol. *in conſil.* 167. *num* 15. *in fin.* Bald. *in l. interdi. num.* 2. *C. de interdict.* Socin. *in rubr. ff. de verb. oblig. num.* 13. *in fin. verſ. ſed conſidera.*

Itaque cum ad venditionem, non ad retrouenditionem forma ipſa contractus ſpectet, à forma ipſa nomen ducendum.

3 Secundo reſpondetur, † verba illa: *in hac forma*, aut, *in hunc, qui ſequitur, modum* idem atque illa pollere: *ſecundum formam infra ſcriptam*: aut: *ſecundum modum infra ſcriptum l. Celſus. in prin. de lega.* ibi: *in meam ſententiam interlocutus eſt ff. de lega.* 2. particula, *in*, nihil aliud niſi quod dictio, *ſecundum*, denotat, idem etiam verba iſta *in hanc formam*, aut, *in hunc modum*, atque illa ſignificant, *ita vt ſcriptum infra eſt*, quę ad ſignificatum dictionis *ſecundum* accedunt, id eſt, prout ſcriptum infra eſt, aut ſecundum modum infraſcriptum. *l. quidam teſtamento in prin. ff. de lega.* 1. eodem tex. ſpectat *in l. penul. ff. de reſtitutio. in integr.* vbi verba illa, *in hanc ſententiam Princeps reſcripſit*, eundem atque illa ſenſum habent, *ſecundum hanc ſententiam*. Et propius ſpeciem hanc tex. eſt *in l. Quintus. ibi: epiſtolam ſcripſit in verba infraſcripta ff. depoſi.* Ex quibus tex. liquet, verba illa promiſſionis *in hanc formam*, aut, *in modum hunc*, relatiua eſſe, & ad ea referri, quæ inferius exprimuntur. *l. edita. in prin. C. de edendo.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verſic. mone.* Et in dictione *ſecundum*, relatiuam eam eſſe ex tex. oſtenditur *in l. pen. C. de inſtitut. & ſubſtit. in c. Abbate. de verb. ſignific.* Iaſ. *in l. admonendi colum.* 8. *num.* 21. *& ſequen. ff. de iureiuran. in priori lectu. & in poſteriore*, *numer.* 24. *& ſequentibus.*

4 Relationis plane † ea vis eſt, ad limites relati diſpoſitionem coarctare, ita vt relato, non referenti ſtetur, vbicunque de relato ipſo apparet. *l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. l. cum quis decedens. §. qui teſtamento. ff. de lega.* 3. *d. l. pen. C. de inſti. & ſubſti. l.* 1. *Cod. de bon. poſ. contra tab.* Alex. *in conſil.* 46. *nu.* 7. *ver. ex reſponſionibus. & nu. ſeq.* Felin. *in c. quoniam* Abb. *a col. fin. de offic. deleg.* Deci. in *d. l. edita nu.* 86. *verſic. & hoc verum eſt. & in d. verbum ſi quis in aliquo documento nu.* 39. *in fi. eo tit.* C. *de eodem in d. l. pen. in 2. notabi. conſil.* 63. *in 2. dubio. in conſil.* 350. *colum.* 3. *ante med. verſicul. non obſtat*, *dum dicebatur in conſ.* 360. *numer.* 6. *verſicul. ſed reſpondetur. in conſil.* 402. *num.* 2. *in fi.* Parif. *in conſil.* 7. *nu.* 5. *lib.* 3. Bald. his aſſiſtitur in *conſ.* 187. *quarta ſtat verborum. in fi. lib.* 4. cum pro eo quis fideiubet, qui artem aliquam profiteri inſtituit, & ſecundum formam conſtitutionum illius artis fideiuſſio interponitur, ad debita fideiuſſionem reſtringendam, quæ artis ipſius occaſione contracta erunt. Idque & in verbis vniuerſalibus locum habet, quæ ex relato & ipſa reſtrictionem admittunt, veluti cum beneficia vbicunque vacantia Papa reſeruat. Si ad conſtitutionem in reſeruatione vniuerſali relatio fit, per quam reſtrictio vniuerſalitatis fit; dum vltra dietas duas tamen beneficia non vacent, ad limites conſtitutionis relatæ dictionem illam vniuerſalem, *vbi cunque*, reſtringendam, Geminia. ſcribit *in conſ.* 92. *nu.* 2. per tex. *in c. cum olim. de conſuetu. & in cap. olim. de verb. ſign.* quid hic admittendum, vbi dictio inſerta vniuerſalis non eſt?

5 Tertio ad argum. reſpondetur, tametſi † verba narratiua pacti ad retrouenditionem, aut chartam de gratia ſpectent: concluſionem tamen ad venditionem pertinere: ob id concluſioni ſtandum, ſimiliter vt libelli qualitas ex concluſione, non ex narratione cognoſcitur. *cap. litera. de dilatio. cap. licet cauſam. de proba. cap. cum dilecti. de ordi. cognit. cap. cum dilecti. de emptio. & vendi.* Geminia. *in conſil.* 118. *numer.* 5. Tota enim libelli vis à concluſione eſt: & quid concludatur, non quid narretur, ſpectandum. Inno. *in c. ſuper literis nu.* 3. *in fi. de reſcri.* Iaſ. *in l.* 1. *in prin. num.* 14. *ff. de edend.*

Quarto, prædictis etiam tacentibus, verbis ſequentibus, quæ ad venditionem ſonant potius, quam præcedentibus hærendum: ſiquidem † per ſequentia reſtringi antecedentia ſolent. *l. hac actio. ibique Gloſſ. & Bart. ff. de calumnia. l. cum in teſtamento. § fin. & l. qui non militabat § 1. ff. de hered. inſtit. l. qui filiabus. & l. ſi certum plurium in fin. ff. de lega.* 1. *l. maſſuram. poſt pr. l. quod his verbis l. prædia. & l. quiſquis ff. de lega.* 3. *l. fin. § amb. dulcia ff. de triti. vino. oleo que lega. l. ſi cum fundum. ff. de verbo. ſign.* Bartol. *in conſil.* 161. *procuratur*, *quod Syndicum. numer.* 3. Imola *in conſil.* 85. *in princip. & in conſil.* 143. quod Iacob. à Salic. eſt Anchar. *in conſil.* 379. *dubium. columna* 1. *poſt med. verſicul. nec obſtat, quod videantur corrigere.* Roman. *in conſil.* 166. *viſa diligenter. nu.* 4. Socin. *in conſ.* 93. *nu.* 1. *in ca. ſi. lib.* 1. Corn. *in conſil.* 142. *col.* 3. *nu.* 10. *& in conſ.* 177. *col.* 3. *nu.* 11. *lib.* 2.

Quinto, determinationem verba pacti priora non habent, mentio in quibus chartæ de gratia, aut retrouenditionis fit.

Quod contra in verbis poſteriorib. liquet, per quæ & à tempore nimirum perpetuo, & à pretio pacti determinatio fit. Ea propter per verba poſteriora determinata, priorem reſtringi ſcripturam conuenit, determinatio in qua vlla non eſt. Signo. *in conſil.* 434. *num.* 5. per text. *in d. l. cum in teſtamento. §. fin. ff. de hered. inſtit. & in d. l. ſi cum fundum ff. de verb. ſignif.*

Sexto, contradictio hic manifeſta inter verba priora retrouenditionis, & poſteriora de vendendo, incurrit; ſiquidem Regni Aragonum ius ſpectamus; quin inter pacta hæc de retrouendendo, & vendendo, diſtat. Ea propter in contradictione † aut incompatibilitate hac verba ſequi poſteriora oportet. 7
l. 1. *ff. de iniuſto teſta. l. ſi inæqualibus. l. ſi ita ſ. pr.n. ff. de hered. inſtit. l. duo. § Iulian. ff. de iure codicil. l. Titia cum teſtamento § Lucius* 2. *ff. de lega.* 2. *l. Stichum ff. de manumiſſ. l. pacta nouiſſima. C. de pactis.* Signo. *in conſil.* 112. *num.* 12.

Et in verbis ſententiæ contrariis, *condemno, abſoluo*. glo. not. in c. *prædicator.* 16. *quæſt.* 1. Quam ſingul. ardens teſtatur *in conſ.* 19 *nu.* 11. Anchar *in conſ.* 208. *ind. x. num.* 8. *ante med. verſ. item quod potest.* idem in verbis *nolo, volo*, Bald. ſcribit *l. quidam cum legato num.* 2. *in fi. ver. quid ergo. Cod. de iure delib.* Decius *in conſil.* 317. *num.* 4. *poſt med.*

Septimo, in ſpecie, & nominatim ex Iſer. controuerſia hæc cuncta dirimitur *in c.* 1. *nu.* 4. *poſt pr. tit. de vaſal. decrepi. ætat.* qui in verbis conceſſionis feudi, aut priuilegii inquitur, *reddimus. & de nouo concedimus*, conceſſionem nouam ob verba poſteriora intelligi. Id; quia prioribus poſteriora derogant. Cui dicto Petrus ſubſcribit *in conſ.* 11. *in princip. inter feud. fol.* 240.

Apparet ex his; oſtenſionem in verbis prioribus admitti, vbicunque cum verbis cohærere poſterioribus nequeunt. Verbum enim, *reddere*, pro *dare* apud Iſer. accipitur, contra quam ſignificatio eius ferat. *l.* 1. *§. eleganter. ff. depoſi. l. cum pater. §. fidei tuæ ait: dos prælegata retinebitur, quoniam reddi potius quam dari videtur. ff. de lega.* 2. *l. verbum reddendi. ff. de verbor. ſignif.* Socinus *in l.* 2. *in fin. C. de pactis.* Bulgari *in rubric. ff. ſol. matr. numer.* 37. Ibique Ioan. Hannibal *num.* 344. Socin. hac quadrat *in l.* 1. *in fi. primi nota. ff. de rebus dub.*

Impropriè verba accipienda, vt ex ſequentibus præcedentia reſtringantur, ex Abb. *in cap. Quintauallis colum.* 10. *de iureiur.* & maxime id probatur *colum.* 17. *circa med. ſ. num.* 32. *ante fin. verſic. Et hæc puta vera, niſi fuiſſet appoſitum aliquod verbum.* vbi cum poteſtas arbitrio aut arbitratori ſit alte & baſſe pronunciandi, prout ei viſum & placitum erit, verba illa *alte. & baſſe* per verba reſtringi ſequentia ait, *prout ei videbitur, & placebit*, vt ad viri boni arbitrium referantur.

Atqui ſine offenſione id verborum ipſorum non ſit, *alte & baſſe*: quæ vitia arbitrium boni neſciunt.

Octauo, prædictis etiam tacentibus, ſpeciem hic verſari contradictoriam oſtendimus. Inter contraria plane † potius id habendum, quod fauorabilius eſt, Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. non obſtantibus. colum. pen.* Bald. Ang. & Alexand. *in l. Tutta textores. Ibique Iaſ. numer.* 26. *in fin. ff. de leg.* 1. Idem Iaſ. *in l. Gallus. §.* 1. *numer.* 52. *verſic. ſimiliter quando ſunt duo ſtatuta ff. de lib. & poſt. & in*

l. ſi Peſſimum num. 1. C. de teſta. mili. tex. huic accedit *in l. fin. §. 1. ibique Bald. in tertio notab. Cuma. num. 3. ff. de vulgar.*

At enim fauorabilius pactum eſt, quod ad venditionem, quam quod ad retrouenditionem ſpectat. Id: quia contra ius commune ex moribus Regni Aragonum pactum de retrouendendo ſpectatur, dominium & poſſeſſionem extinguendos: quod tamen communi aliter receptum eſſe, ſcriptis ſuperioribus prohibuimus. Fauorabilius porro id eſſe, quod iuri communi conſentit, ex tex. oſtenditur *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. quod & in ſpecie. ibique Iaſ. in quarto nota. ff. de pactis. cap. 2. §. 1. de decimis. lib. 6.*

Vbi benigna & pia reſtrictio conceſſione nouali*um* dicitur: quippe per eam ad ius commune redit. De quo tex. in ſententiam hanc Crot. meminit *in l. omnes populi. num. 213. ff. de iuſti. & iure* Ex *ibi rubric. ff. ſol. matri. nu. 26.*

Conſequenter his dicendum, vt ſiquidem à verbis pactum appellare hoc habet, venditionis, non retrouenditionis non obſcure ab eis nomen accipiat: ſin autem ab effectu pactum ipſum denominamus, æque in expedito res eſt, ad venditionem, non ad retrouenditionem pactum ipſum ſpectare: vtpote quod ad retrouenditionem prorſus non competat, neque in ea habere locum poſſit.

Retro quippe venditio venditionem alteram ab eo iam factam neceſſario innuit, retro cui vendi poſſit. *d. l. verbum reddendi. ff. de verb. ſig.*

At enim à coniugib. de Samper venditio vlla Philippo facta à Caualleria non eſt: quo pacto igitur coniugibus ipſis promitti retrouenditio potuit? Itaque ſicut ad coniuges ipſos pacti de retrouendendo effectus conuenire retrouenditionis nequit, qui niſi ad venditionem non competit: ita ab effectu ipſo venditionis, non à verbis retrouenditionis, aut charta de gratia, nomen duci pacti oportet, etiamſi retrouenditionis dumtaxat mentio facta in contractu ſit.

9 Iure quippe certiſſimo † vtimur, ab effectu, non à verbis contractum nuncupandum, vbicunque verbis contrarius effectus eſt. *l. ſi vno in prin. ff. loca. l. ſi olei. C. eo. tit.* & alia apud nos *in reſpon. pro Genero, num. 109. verſ. ipſa ratione. num. 176. verſ. vnde ab effectu.* vberius *num. 205. & in conſil. præcedenti, numer. 23. verſ. certo enim vulgatiſſimo vtimur.*

Quid hic dicendum, vbi verba ipſa pacti in concluſione eius, & quidem poſteriora venditionem, non retrouenditionem ſonant?

Si dixeris, conſenſum per coniuges de Samper venditioni accommodatum Philippo à Caualleria per Rectores Hoſpitalis factæ: Reſpondetur, ob conſenſum illum venditionem à 10 coniugibus dici factam non poſſe; cum longe † aliud conſentire ac vendere ſit. *l. aliud eſt vendere. ibique, ſeruatores. ff. de reg. iur.* Qua ratione ex contractu conueniri conſentiens non poteſt, cum ex eo non obligatur. *l. Lucius. 1. ibique Bartol. in vlti. not. ff. de adminis. tut.* Bart. *in conſ. 211. quidam ſibi filios.* Anch. *in conſil. 76. per modum conſilii, in vltimo dubio.* Alex. *in conſ. 131. nu. 4. lib. 1.* Corn. *in conſ. 22. col. 7. verſic. tertium ex alio. & in conſ. 41. ante fin. lib. 3.* cuius generis non pauca & alia ſunt.

Secundo reſpondetur, impoſſibilem retrouenditionem in coniugibus de Samper interuenire. Retro enim venditio actum retro ſimilem, quantum ad eum, expoſtulat, ex ſit. *l. ab emptione. ibique Doct. ff. de pactis.* Sed quomodo actus retro ſimilis cadere in coniugibus poterit, venditio facta à quibus non eſt? Rurſus quomodo retro eis vendere, & tradere emptor dicetur, cui venditio & traditio vlla facta à coniugibus ipſis non eſt? Eam ob rem etiamſi nihil retrouenditionis expreſſio facta in pacto non eſſet ad venditionem tamen trahendum id foret. *l. Gallus. §. 1. et ... quid ex verbis coniuges poteſt. ff. de lib. & poſth. l. ſi quis ita. ff. de condi. inſtitu. ... l. hæredibus. §. ... ff. ad Treb. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. 1. ff. de verb. oblig.* Et apud nos *in conſ. 204. num. 12. & ſeptem ſeq.*

Tertio obſeruandum, vice hoſpitalis Cæſaræ Auguſtæ, aut Rectorem eius Philippum à Caualleria ſubrogatum. Namque cum bona controuerſa ab hoſpitali per coniuges à Samper vendicarentur, & aditum ad arbitros eſſet; bona ipſa coniugibus ipſis vendere per arbitros hoſpitale iuſſum. Cæterum cum in promptu pretium coniuges ipſi non haberent, Philippo à Caualleria venditio bonorum facta per Rectores hoſpitalis eſt, qui emptor onus ipſum coniugibus à Samper vendendi ſuſcepit, quod iniunctum venditoribus fuerat.

Itaque ſicut venditione ab hoſpitali in Philippum à Caualleria non facta, niſi ad vendendum per ſententiam arbitrorum hoſpitale non tenebatur.

Atque vbi coniugib. ipſis à Samper promiſſionem aliquam facere, aut neceſſe hoſpitale habuiſſet, aut ſponte feciſſet, de retrouendendo fieri promiſſio non poterat, vtpote cauſa vlla à coniugibus ipſis nulli habita, neque venditione aliqua hoſpitali ipſi ab eis facta, ita pactum de retrouendendo ex perſona Philippi à Caualleria intelligi non potuit, qui in locum ſubſtitutus hoſpitalis eſt: cum ius idem ſubrogati, atque eius ſit, in locum cuius ſubrogatio interponitur. *l. ... §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. l. vxor marito ff. de dona. inter virum & vxor. §. ſacrat. Inſtit. de actio.* & alia, de quibus apud Gloſſ. *in c. Eccleſia S. Mariæ. in ver. ſucceſſerunt. vt lite pend.*

Quod † ad pœnam etiam pertinere, quæ loco alterius reponitur, vt ei debeatur, debita cui prior erat. Abb. ſcribit *in conſ. 6. nu. 4. verſ. diceremtamen. quod de æquitate lib. 2. & loci huius inſtituta.* 11

Quin etiam eadem Philippi à Caualleria, atq; Rectoris hoſpitalis, quantum ad effectum iuris, per ſubrogationem perſona videtur. *l. vnus. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de vſufru. l. ſi ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. vrba. præd. l. Paulus. §. domus. l. fin. ff. de pign. l. ſi donata. §. 1. ff. de dona. inter virum, & vx. l. filia ſua. §. Titia ff. de condi. & demon. authen. poſt fratres. C. de legi. hæred.* Roma. *in conſ. 198. non eſt dubium.* Iaſ. *in l. ex antecariæ ... num. 14. ff. de iuſti. & iure. in l. ſi vis qui pro emptore. ſolum. 80. num. 389. verſic. alio modo reſpondit Areti. ff. de vſucapio.* Dec. *in cap. 1. col. pen. num. 12. de præb.* Ruin. *in conſ. 169. num. 8 lib. 1.* Capel. Tholoſa. q. 90. Non inepte huc tex. quadrat *in c. quia regulares, de ſuppl. negl. præl.* qui ad ius eligendi per negligentiam alterius ſubrogatur, eiſdem modis in electione facienda vti cogendum, quib. fieri ab eo debebat, in vicem cuius facta ſubrogatio eſt.

Poſtremo cauſa † ipſa prima promiſſionis huiuſde vendendo attendenda: quia à primordio tituli euentus omnis poſterior formatur. *l. vnica. circa ſi. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10.* & alia non pauca, de quibus *in reſpon. noſtro pro Genero, nu. 33. 42. 95. & nu. 402.* 12

Origo plane pacti huius à ſententia arbitrorum exiſtit, quæ de venditione facienda, non retrouenditione meminit.

Apparet ex prædictis, non ſine maturo conſilio per iudices quinque declaratum, & pronunciatum, pactum id de vendendo, non de retrouendendo verſari: quibus † etiam iuris præſumptio in dubio fauet. *l. Heredem. §. Cata. ff. de euictio. l. 2. verſicul. quod non arbitramur. C. de offi. ciuil. iudic. l. generaliter. §. ſi iudex. C. de rebus cred. l. ſi. ibi: ſtultum putauimus, atq; ibi etiam Bald. nu. 10. in fi. C. de fidei. lib.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 331. in cauſa Saluestri. col. 4. lib. 2.* Taurini die 22. Auguſti 1568. 13

Pro hæredibus Illuſtris D. Iacobi Reguſii ex patria Tania Germaniæ inferioris, contra hæredes Sereniſſimi Regis dictæ patriæ. Reſponſum hoc editum rogatu & cura clariſſimi Iuriſconſulti Domini Ioannis Tonner ex Dominis arcis Truſparch, nominum tamen, & cognominum litigatorum mutatione facta ... de induſtria arbitror, quod ea indicare D. Tonner abnueret.

S V M M A R I A.

1 *Fructus ex pignore percepti ſortem reducunt, illamq; extenuant.*

2 *Simulatio contractus coniecturis probatur. Quæ autem coniectura ad contractum ſimulatum, & vſurarium probandum valeant, declaratur nu. pluribus ſequen. & per totum conſ. vide numer. 27. verſicul. in concertatione.*

Simulatio contractus an ex probatione ſemiplena arguatur, ita vt iuramento ſuppletorio ad eam probandum opus ſit. ibid. verſ. vnde ſit vt ſemiprobatio. vide nu. 27. verſ. Reſponſio eadem.

Iuramenta ſuppletorio an locus ſit in ſimulatione contractus probanda, vbi probatio ſemiplena tantum reperitur. ibid. verſ. vnde ſit omnino num. 27. verſ. Reſponſio eadem.

Vſura quamuis in mutuo ſolo verſetur, mutuum nihilominus ab interpretibus partium reg... ita vt ad mutuum nomen contrahere ... alio etſi nomine contractus appelletur, ſit mutuo magis ſubſtantia, quam ... tolerari ... in ſpecie hac iuſtificatur: & iſtud eſt, quod dici ſolet ... vſuram in mutuo conſiderari, ſiue vero, ſiue ſicto. ſictum autem quod dicatur, declaratur ibi nu. 3.

3 *Mutuum ſictum, quod dicatur verſ. ſictum plane.*

Vſura prohibitio non ſolum in mutuo conſideratur, ſed & in contractu omni in fraudem vſurarum celebrato ibid. verſicul. idem Vermesſ ...

4 *Simulatio non præſumitur, præſertim in principe.*

Inter-

Interpretatio ex his toll. [illegible] quæ poſita ſunt. Hinc fit, ut ex priori & poſteriori, atq; ab utroq; ſimulatio [illegible] oſtendatur. ibid. verſic. ſiq; ordinem ex his.

Simulatio in veritate ex priori & poſteriori, atq; ab utroq; ſimul [illegible] deprehenditur. ibid. verſ. Et ipſud eſt [illegible] Bald. ſcribit.

5 In formalitas [illegible] eſſent probanda verſ. ſimul. tudo imprimis obſeruanda.

Veroſimilitudo in ſpecie quamuis primum locum ſibi vendicat. ibid. verſ. [illegible] [illegible].

Simulatio contractus ex eo arguitur, quod breui tempore diſſoluitur. ibid. verſic. ad. Simulatio autem contractus. vide num. 35. verſ. ſecundo reſ [illegible] detur.

6 Simulatio contractus concluditur duabus accedentibus, pacti de retrovendendo, & pretio exiguo ex communi Doctor. ſententia probatur, licet tetiam nonnulli [illegible] turgant. Quum ſequentem autem pretium in ſpecie hac quod diceret, ex iudicis arbitrio pendet. eod. num. 6. verſ. hoc obſeruandum. Et quod tempus ſit conſiderandum in pretio iuſti iudicando, quo tempore læſionem interuenire oporteat. vide nu. 36.

Læſio quanta eſſe debeat, ut ſimulatio de contractu poſſit ibidem verſic. hoc [illegible] obſeruandum. ubi habetur, rem hanc ex iudicis arbitrio pendere, qui inſpecta perſonarum & rerum qualitate arbitratur & numer. ſequen.

8 Simulatio ex pacto arguitur [illegible] a contractus contrario.

Simulatio contractus ex pacto præſumitur, quo pecuniam certam ſupplere emptor debet, ſi perpetuo retinere rem emptam velit. ibid. verſ. ſed ad ſpecium.

Simulatio contractus in datione inſolutum et a conieƈturis arguitur, quemadmodum in venditione. ibidem verſicul. ſimili modo ſimulatio. vide num. 57.

Præſumptiones plures unica fortiores. ibid. verſicul. Atque ex præſumptionibus.

9 Simulatio contractus ex pactionum pluralitate, & clauſularum multiplicatione præſumitur. Declaratur num. 44. verſicul. quæ tamen [illegible] poſſit.

Dolus in contractibus ſuſpectus ex eo facilius arguitur, quod contra plures aſſiſtunt. ibid. verſ. Cum quo [illegible].

Simulatio contractus ex pactionibus inſolitis arguitur. ibid. verſicul. Tertia coniectura declaratur nu. 41. ver. tertia [illegible] & qui inſolitum dicit, probare debet. vide ibi.

10 Simulatio contractus ex inæqualitate pactionum præſumitur, quæ tradit utilitatem & vilitatem reſpectum. ſed ſola hæc inæqualitas conieƈtura non ſufficit, ſed plures deſiderantur. numer. 46. verſicul. tertio reſpondetur.

11 Simulatio contractus ex inſtrumentorum pluralitate arguitur, ideo ex pacto de retrovendendo ſeparata inſtrumenta addita, ſimulatum contractum faciunt iudicatur. vide num. 47.

Dantur in eiuſdem venditione ac emptioni ſimile. ibid. verſicul. [illegible].

12 Simulatio contractus ex pacto iudicatur, quod debitoris periculum [illegible] reſpiciat.

13 Cum [illegible] ne permittatur, ubi pecunia comparatur. [illegible] 49. ubi [illegible] pretium deſideratur, inſtrumentum autem, [illegible] vendendo [illegible].

14 Simulatio contractus ex ſilentio longo quomodo indicatur.

A regula quæ non [illegible] ibid. verſicul. [illegible] vulgatiſſimum.

15 Malæ fidei auctoris hæredi non nocet bona [illegible] poſſeſſori, ſi ex perſona ſua præſcriptionem inchoatur. [illegible]

16 Pretij iuſti [illegible] præſtationibus annuis in contractu debetur ſufficit, ſi eam [illegible] voluntate [illegible].

[illegible] ſ [illegible] principali præſumitur. ibid. verſ. tertio princip. [illegible] vide num. 63. verſ. [illegible].

Præſtationi [illegible] tempore de [illegible] fides non fuerit, [illegible] videtur. ibidem verſicul. quæro [illegible] etiam remedio.

17 Simulatio contractus in dubio non præſumitur, ſed [illegible] indicatur. qualiter inſtrumentis [illegible] in dubio [illegible].

Simulationis ſuſpicio in homine probo, ex æſtimatione integra ceſſat. ibid. verſ. ſecundo [illegible] verſ. in [illegible] hæc. [illegible] verſ. Atque [illegible] probatur.

Indicia de fama vel bona [illegible] numer. [illegible] verſicul. & quod de iudicium.

Probatus [illegible] de qua [illegible] probata quid differat. ibid. verſ. [illegible].

18 Simulatio contractus ceſſat pretio iuſto accedente. verſicul. pretio igitur tam [illegible] pacto etiam de retrovendendo, & coniunctione [illegible] interuenient.

Valor rerum ex fructibus earumq; conditione æſtimatur. ibid. & v. [illegible] quod ad [illegible].

19 Simulationis ſuſpicio in contractibus ceſſat à Rege perfectis conſilio [illegible] conſiliariis [illegible] ſuorum accedente.

Præſumptio iuris [illegible] ſunt. & [illegible] publica [illegible], ut quod iniuſtum [illegible] contra eorum [illegible] non cogitauerint. ibid. verſ. in quam ſententiam.

Mutuam pecuniam etiam ab uſurario ex cauſa non neceſſaria accipere non licet. ibid. verſ. quare [illegible].

Simulationis ſuſpicio ceſſat, iudicis præſentia, et auctoritate accedente. ibid. verſ. atque [illegible] ſuſpicionem [illegible].

Præſumptio maior eſt pro Magiſtratu ſupremo, quam iudice inferiore. ibid. verſ. quid dictum [illegible].

Auctoritate Magiſtratus aliquem decipi [illegible] ibid. verſ. ad extremum ſolitos.

20 Uſurarius contractus, quo ad forum temporale, & conſcientiæ forum uno dicitur, qui pene communiter inter veros [illegible] ſolet. ſicut econtra, [illegible] contractus indicatur, qui inter bonos ac graues viros non ſolet.

Statuentis [illegible] potentius. ibid. verſ. inde dicimus potentius ſtatutum.

21 Paria ſunt, de iure aliquid permitti, vel de facto obſeruare: ideo ſi uſuras de facto ſoluere ſidei iuſſor cogitur, perinde à principali eas repetit, ac ſi iure ſoluta eſſent.

Factum. De facto quod obſeruatur, vel iure permittatur, nihil intereſt. ibidem.

Nullitas ſtatuti non opponitur, quoties [illegible] de facto obſeruatur. ibid.

Obſeruari de facto quid ſufficit, licet iure non permittatur. ibid.

Duellum de facto non permittatur. ibid. verſ. atq; in duello.

22 Statutum nullum, quod ſingulorum incommoda, [illegible] reſpicit.

Dolo lex non caret quæ contra perſonam certam ſit. ibid.

23 Præſumptio ſpecialis generali potentior.

Specialis præſumptio generalem ſuperat. ibid.

Specialis præſumptio ex eo etiam dicitur, quod [illegible] ſit delictum excludens. ibid. verſ. ſpecialis etiam.

24 Fiſci fauore nouam ſententiam Iuriſconſulti induxerunt, & iudices varias multiplicesq; ſicut habet.

25 Uſuræ à iuſtitia ex eo colligitur, quod pecunia repetenda [illegible] non ſit, quæ de uſura arguitur.

26 Veriſimilium id dicitur, cum quo natura præſumptio concurrit: ideo in pari probatione famam bona, quam mala, fama bona probata præualet, quia ſi veriſimilior ob præſumptionem [illegible] concurſum.

27 In ſimulatione contractus detegenda, ex genere veriſimiliq; præſumptiones deſiderantur in utriq; [illegible] probationes [illegible] & in verſ. In [illegible]. [illegible], & [illegible] indicium, ut ſi [illegible] plena probatio deſideretur. ſi vero [illegible] ſufficiant. de quibus ibid.

28 Falſitas in [illegible] oritur, quia à Notario non [illegible] nominis [illegible] in inſtrumento reperitur, etſi in ſolidum fide [illegible] probationes [illegible] per conieƈturas contra Notarium ſuſpectum [illegible].

Inſtrumenti fides ex bona Notarij fama [illegible], & a [illegible], ſi non tradi[illegible]. ſimiliter ex bona teſtium inſtrumentariorum fama [illegible] extendi [illegible] in famam [illegible], qui [illegible] inſtrumento [illegible] ſit. ibid. verſ. idem [illegible] probat.

Præſumptio delinquendi [illegible] infamem [illegible]. ibid. ver. Et generaliter [illegible].

Præſumptione probatio ſemiplena potentior, qua probandi [illegible] ſemiplena [illegible] præſumptio [illegible] transfert.

29 [illegible] ſupplementum, non de [illegible], [illegible] præſumptio [illegible] ſunt in probatione.

30 Iuramentum [illegible] credi [illegible] non deferetur.

31 Denominatio [illegible] non debet, [illegible] verba non poſſunt.

Pacta [illegible] non præſumuntur, probationis [illegible] deſiderant [illegible] ibid. verſ. [illegible].

32 Solemnitas principij ſemper præſumitur.

33 Bona [illegible] contractus in [illegible] probandis, quod [illegible] pecuniam [illegible], à quo [illegible] vendere dicitur.

Simulatio contractus [illegible] præſumitur quod probandum. ibid.

Præſumptio [illegible], quæ apparent, non in aliis. ibid. verſ. Quarto [illegible].

[illegible] fuiſſe præſumitur, qualis in [illegible] apparet, quæ poſtea ſunt. ibid. verſ. [illegible] venditionis.

34 Pactum [illegible] in venditione [illegible] ratione [illegible] valeat.

35 Repetitio ceſſat, diuerſis [illegible] perſonarum accedente. ubi ampliatur, ut procedat [illegible] expreſſa ſit, quæ repetitionem ſignificat.

Verba [illegible] quæ [illegible]. ibid. verſ. ſecundo reſpondetur.

36 Tempus venditionis ſpectandum in pretio iuſto iudicando, cum ex tempore [illegible], [illegible] ſolent [illegible], [illegible] accedere.

Læſio in pretio [illegible] probatur, quod [illegible] quanto [illegible] ſit. ibid. verſ. atque [illegible].

Læſio ſuperueniens non ſufficit, ut [illegible] conuellatur, ſed tempore contractus læſionem interuenire oportet. ibid. verſicul. [illegible] & in [illegible].

Læſio longe ultra dimidium exigitur, ut ſimulatus contractus ex pacto de retrovendendo, & pretio exiguo præſumatur. ibid. verſ. ſecundo reſpondetur, ubi quod læſio [illegible] deſideratur, quæ uſq; ad dimidium, aut paulo amplior ſit.

37 Effectus omnis à cauſa ſua regitur.

Contumacia præſumptio per ſtatutum introducta ex cauſa [illegible] ibid. verſ. ſimiliter in præſumptio.

Ad cauſam [illegible] probatio nunquam trahitur, ideo ſi [illegible] teſtamento [illegible] probabis, [illegible] probatio, ſi

obſtam-

ab cauſam iuſtam contrauerſia mouetur. ibid. verſic. denique ad cauſam iuſtam.

38 Simulatio contractus ex pacto ſolo ... , ne vero certum tempus redimere liceat, non arguitur, niſi & pretium exiguum concurrat: ſed & certum, id eſt, mutua pecunia petitio ab aliquibus deſideratur.

39 Le... quod ab initio geritur, ad ... ex eo non deducitur, quod poſtea ſequutum.
Simulatio contractus ex his non arguitur, quæ poſtea fiunt. ibid. verſ. Atque in ſpecie. vbi declaratur, an quoties poſſe ſimulationem à poſteriori, ſi interuallum ſit modicum, &c.

40 Animus & propoſitum in maleficiis diſtinguuntur.
Declarandi facultas hæredum in contractibus non ... ibid. verſicul. vnde ſit.

41 Redimendi ius cedi poteſt.
Ceſſionis ius redemendi cedi poteſt. ibid.

42 Pretium indiuiduè redimere non licet vbi declaratur, quæ indiuidua dicantur.
Indiuiduum. In indiuiduis partem redimere non licet. ibid.
Indiuidua iudicantur, quæ ab eadem origine prodeunt, & ex voluntate contrahentium indiuidua dicuntur, quæ diuidua ſua ſponte ſunt, veluti cum tamen quæ ſtatuerit ſine altero non fuerat, ideo indiuiduus contractus dicitur. ibid. verſ. Indiuidua plane.

43 Sortis ſolutio non ſufficit, niſi & acceſſoria offerantur.
Oblatio acceſſoriorum præter ſortis ſolutionem fieri debet. ibid.
In pactum veniſſe deducitur, quod iure communi debetur. ibid. verſ. Quæ magis admirer.
Simonia ex pacto non contrahitur, quod iuri communi conuenit. ibid. verſ. vnde dicemus.
Simulatio ex pacto non arguitur, quod iuri communi conuenit, & naturæ contractus congruit. ibid. verſ. at in ſpecie ſimulationis.

44 Vſura non committitur, vbi tamen pro ea æquiualens præſtatur.

45 [illegible] in permutatione beneficiorum non præſumitur, quæ ſæpius fit, cum permiſſum ſit iure communi fit.

46 Superflua remedia non ...
Claudicatio admittitur ratione diuerſi ... ibid. verſ. Ratione igitur diuerſa.
Fraus in permutatione beneficiorum ob inæqualitatem ſolam non præſumitur: veluti ſi pinguis beneficium cum tenui permutatur: ſed coniectura alia deſiderantur, ſenectus puta, ... perſonarum, infirmitas, & mors inde ſubſecuta. ibid. verſ. tertio reſpondetur.
Inæqualitatis coniectura ſola ad ſimulationem ... in permutatione beneficii arguendam ... 40. verſ. tertio reſpondetur.

47 Inſtrumentum plura de eadem re fieri non prohibetur.

48 Separata dicuntur, quæ facta diuerſa continent.
Partis ſſam conſtat, quod præſumptum non legatur, ibid. verſ. ſecundo ... & ſeq.

50 Hypotheca duplex ſibi ... ſpecialis & generalis.

51 Vſura ſuſpectio in cenſu, vt ea materia non conſideratur, ſi ſortem ipſam repetere creditori non liceat.

52 Caſum fortuitum ... præſtat, aliàs culpa ... ibid. verſic. Quarto ob eam rem.

53 Extrauagantes ad materiam ... in terris Imperii obſeruanda, & iam Caſtrenſem ... quatenus illis contradicit.

54 Interpellatio non requiritur, vbi dies ſolutionis adiicitur.
Sententia officialium principis, principe ipſi noceat, veluti in præſcriptione. ibid. verſ. atque Rege mortuo.

55 Scientia ex qualitate facti præſumitur etiam in hærede, veluti ſi de huiuſmodi facto agatur, quod notum eſſe ſoleat.
Scientia ex his præſumitur, quæ fieri communiter ſolent. ibid. ver. ſcientiam etiam.

56 Interpretatio illa recipienda, per quam delictum excluditur, etiamſi verba offendantur, & ſtricte intelligantur. Hoc amplius, etiam contra principem ipſum ſit interpretatio, ideo Princeps non creditur, ſi delictum ab aliquo admiſſum confiteatur.
Princeps non creditur ſi delictum ab aliquo admiſſum confiteatur. ibid. verſ. hoc amplius.

57 ... in ſubſidium præſumuntur, quæ à domino caſtra ... non exegerunt.

58 Simulatio contractus ... ex pacto de retrouendendo, pretioque ... in venditione conſideratur.

59 Ratio ... deſideratur, quod ... rationem habet.
Simulatio ... ibidem verſ. de ſecundo.

60 ... ſolutio ... ipſa reliquum.

61 Intereſſe mercatorum ... quibus ſors non ſoluitur. & ſeq.

62 ... contractuum ... præſumuntur, quod de ipſis ſit mentio.
Mala fides ex ... 56. ver. Ex his ... plane.

63 Hypothecaria actio ... 40 ... contra debitorem ipſum hypothecæ ...

64 Hypothecaria actio in ſolidum hæres debitoris conuenitur, etiamſi in ſolidum rem obligatam non poſſideat: quia indiuidua ... hypotheca dicitur: ... indiuidua ... vnuſquiſque hæredum tenetur.
In ſolidum hypothecaria actione vnus ex hæredibus debitoris conuenitur, etiamſi ... rem obligatam non poſſideat. ibid.

Indiuiduum hypotheca ... ibid. verſ. Nec enim vetita.
In ſolidum in indiuiduis vnuſquiſque hæredum tenetur. ibid. verſ. In indiuidua plane.

65 Donatio ob conuentionem ſatiſfacit ... in modicis præ... .

66 Terminus retrouendendi exacto, ſi venditorem emptor roget vt pretium reſtituat, iure conueniſſe intelligitur, quod ex lapſu termini ſibi quæſitum erat.
Renunciatio in actibus inducitur, qui fieri citra renunciationem non poſſunt. ideo ex diuiſione teſtamento contraria renunciatum teſtamento intelligitur. num. 65. in fi. & ſeq.

67 Citatio eorum, quæ certi ſunt, nominatim fieri debet.

68 Proclamata in rebus grauibus non aliter nocent, quam ſi adhibita cauſæ cognitio ſit. & idem verſicul. quarto reſpon. quot proclamata exigantur.

69 Solutio ab eo probanda à quo allegatur.

70 Negligentia non præſumitur.
Diligens vnuſquiſque præſumitur præſertim in his, quæ ad eius officium pertinent. ibid.

71 Poſſeſſor rei cenſualis ob cenſus etiam præteriti temporis conuenitur, quo opinio ſine dubio procedit, vbi hypothecaria agitur.

ARGVMENTVM.

Agitur hic de pignoribus, pacto retrouendendi, ſimulatione contractuum, vſura, mutuo, mala fide, præſumptionibus, veriſimilitudine, iuramento ſuppletorio, enormiſſima læſione, hypothecaria actione, & quando fructus ex pignore percepti ſorti cedant, illamque extenuent, & quando non.

CONSILIVM DCCCCXC.

Diuino ſubſidio ex corde poſtulato. Manfredus Rex Taniæ in terris Germaniæ prædium Sempronianum animi relaxandi cauſa, paruo pretio, aureis biſmille ſupra triginta comparauit, pretii parte nulla numerata: & cum parata pecunia non eſſet, ob longa bellorum diſpendia, neque carere prædio vellet, vtpote cuius deſiderio ob generis omnis venatum & aucupium mirifice tenebatur; prædium ipſum Iacobo Reguſio ex patria Taniæ pretio aureorum viginti mille diſtraxit; ea lege tamen, vt regalium, & appellationis iura, vnde voluptas omnis Regis penderet, apud Regem ipſum manerent, pretiumque prioribus venditoribus ſolidum Iacobus ipſe inferret, id eſt, aureos nummos biſmille vltra triginta; pacto in perpetuum redimendi biennio tamen ante excurſo, ex continenti interpoſito; idque ita actum de die 4. Maii 1514. Cæterum quia aureorum millia duodecim ſupra, quam pretii nomine Iacobus deberet, venditoribus ipſis exſoluebat, pecuniæ eius nomine cenſum, ſeu redditum annuum aureorum ſexcentorum in ſolidum Rex Iacobo dedit, quos annis ſingulis in die S. Georgii à Camera ſeu ærario Regis, præfectusve eius Iacobus perciperet; ita vt ſi caſu aliquo fortunæ ærarium ipſum ſoluendo eſſe deſineret, ex aliis Regis bonis cenſuum ſolutio fieret, banni belliue, aut impedimenti cuiuſuis ratione non habita, ſiue proxime id inſtaret, ſiue in poſterum accideret, vel à Rege ipſo cuipiam fieret.

De quo cenſu perpetuo redimendo pactum etiam conuentum eſt, eoque amplius adiectum, vt non modo eodem tempore cenſum integrum, ſolido oblato, ſed & in annos duodecim particulatim recuperare liceret, aureos videlicet mille quotannis annumerando. Ad quem modum cenſum aureorum quinquaginta in ſingulos annos extinguendi poteſtas facta eſt.

Pactio deinde noua interceſſit, qua comprehenſum eſt, ne ante annos duodecim excurſos prædii Semproniani redimendi facultas Regi eſſet, cum ante poſt biennium tranſactum licentia redimendi competeret.

Ruſus & illud placuit, vt cenſus annui intra annum duodecimum ad modum prætaxatarum redemptione non facta, non aliter prædium ipſum Sempronianum, bonaque alia à Rege antea acquiſita reuendere Iacobus teneretur, niſi vna ſimul, & cenſus ipſius redemptio, eoque amplius cenſuum omnium ſuperioris temporis ad aſſem ſolutio fieret: id etiam pactionibus acceſſit, vt quo caſu prædii Semproniani, cenſuumque redemptionem Rex, hæredesve eius perficere pararent, ante annum quam id fieret, certiorem Iacobum, hæredesve eius facerent.

His

His ita peractis, mortem Rex & Iacobus obierunt, neque cen-ſum quicquam à Rege, Regiſq; hæredib. à tempore contractus vſque ad diem hodiernum ſolutum. Sed enim cum temporis anterioris cenſus Iacobi hæredes peterent, pro ſolutione eorum exceptio ſimulationis oppoſita eſt, per ſimulationem fœnusque, contractus ante narratos interceſſiſſe, id eſt, mutuum vere pignusque contractum: at cum indigens Rex pecuniæ præſcriptæ eſſet, vnde prædium Sempronianum mercaretur, cuius habendi feruore incenſus quam maxime erat, mutuam pecuniam ipſam vere à Iacobo accepit, cautionisque cauſa pignori eam prædium Sempronianum, quam cenſus prædictos ſuppoſuit: quocirca † fructus omnes ex pignore perceptos ſorti cedere, ſortemque ab eis conſumi, vel extenuari, ſi ad ſortem non accedunt, ſeu eam non æquant. *l. reſcriptum. §. 1. verſicul. nam & ſi maiores. ibique Bartol ff. de diſtractio. pignor. l. 1. & l. fin. Cod. de pignor. actio* text. his accedit *in l. 1. §. fi. ff. de ventri in poſſ. mitten. & in l. Titia ff. de ſolutio.* quæ duo iura in ſententiam hanc Cardi. citat *in conſil. 78. amice.* Iure etiam canonico perſpicue id oſtenditur *in cap. ad noſtram. 1. de immunitat. in c. cum contra. de pignor. c. 1. & 2. de vſur.* & apud nos *in conſil. 327 num. 12. & in conſil. 646. num. 12.* vbi diximus, id verum eſſe, quamuis longo tempore pignus creditor poſſederit, & ſortem debitor non obtulerit.

1

Simulationem plane ex coniecturis non paucis manifeſtam faciunt. Rei cuius gratia ſciendum, † per argumenta, & coniecturas ſimulationem probari *l. emptione. ibique Bald. Cod. plus valere, quod agit. c. ad noſtram. de emptio. & vendi. c. illo vos. de pign. c. in diœceſi. de vſur.* Anch *in conſil. 9. plurima coniectura. in fin.* Gemini. *in conſil. 16. colum. 1 & in conſil 112. in prin.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 319. viſis, & examinatis omnibus colum. 2. poſt med. & in conſil. 337. ſi prima duo ſtatuta. colum. 2. poſt med. lib. 2.* quibus in locis per coniecturas veriſimiles probationesque leuiores ſimulationem probari Caſtren. ait: quia ex occulto committitur. Sed & coniecturis leuib. contentus Caſt. eſt *in conſil. 109. viſa petitione col. 2. lib 2.* Probationes item debiles per coniecturas, & argumenta Corn. admittit *in conſil. 288. col 6. verſic. coadmittatur etiam hoc medium lib. 3.*

2

Probationes item præciſas neceſſarioque concludentes in ſimulatione probanda Corn. non poſtulat *in conſil. 23. colum. 1. lib. 5.*

In probationibus quoque non idoneis, ſeu quæ ſatis in cauſa alia non eſſent, ad ſimulationem indicandam, Alex acquieſcit *in conſil. 46. num. 6. lib. 5.* quod repetitum eſt *in conſil 54. lib. 6.* latis coniecturæ in re hac & Socino ſunt *in conſil. 8. num. 24. lib. 1 & in conſil. 274. col. 5. verſic. ſed ad præmiſſa reſpondeo. lib. 2.* Dec. *in conſil. 14. in tam [illegible] circa med. verſicul. 3 præterea etiam in conſil. 18. circa princip. in conſil. 72. & colum. 2. in conſil 644. colum. 1.* Iaſ. *in conſil. 141 colum. 3. lib. 4.* Bulogni. *in conſil. 25 in princip.* & apud Ioan. de Ana. *in conſil. 58. in fin.* Addo Deci. poſt plures per eum relatos *in conſ. 105. n. 7. & ſequen. lib. 2. in conſil. 52. numer. 4. in conſ. 62. num. 15. lib 3.* vbi in leuibus coniecturis acquieſcit; quia occulte fiant, neque adhibeantur teſtes.

Inde fit, vt ſemiprobatio ſatis ad ſimulationem oſtendendam ſit, Guil. de monte Laudu, *in clem. vnica. §. cæterũ. de vſur.* quo etiam Calca. conſentit *in conſil. 26 num. 21. verſic. eſt ergo eligenda. & in conſil. 85. colum. fi. ante med.* Idem Caſtren probat *in d. conſil. 109. viſa petitione colum. 1 lib. 2.* & apud nos *in conſil. 491 num. 9.* Conſequens his fit, iuramento locum ſuppletiuo eſſe in ſimulatione hac demonſtranda, vt Caſtren. ſcribit *in conſil. 58. viſis his, quæ ſuperius. in fin lib. 2.* Idem expreſſius Corn. notat *in d. conſil. 23. col. 3. lib. 3.* vbi deferendum iuramentum hoc putat, quotiens præſumptio aliqua vſuræ ſubeſt, per text. *in c. literæ. de iureiuran.* in quam ſententiam lo. etiam And. teſtimonium profert *in cap. 2. de vſur. lib. 6.* locum iuramento ſuppletiuo in ſpecie hac & Pariſ. putat *in conſ. 53. num 38. lib. 1.*

3

Secundo, principaliter ſciendum, † etſi maxime in mutuo ſolo vſura verſetur, iuxta illud Lucæ c. 6. *mutuum dantes, nihil inde ſperantes*, quod relatum legitur *in cap. conſuluit. de vſur.* Ioan. And. *in reg. peccatum lib. 6. in Mercurial.* Cardi *in clem. 1. in princ. qu. 9. & § fin. q. 7. de vſur* ibique rationem aſcribit: ſatis tamen eſt, mutuum hoc ob intentione partium verſari, ita vt ad mutuum mens earum feratur, quamuis nomine alio contractus nuncuperetur: ſic mutui magis ſubſtantia, quam titulus coloratus in ſpecie hac ſpectatur, vt ſi nnt. *in l. rogaſti. § ſi tibi. ff ſi cer. pet.* Bald. *in conſil. 123. item ſuerunt contracti lib. 2.* & illud eſt, quod dicitur, locum vſuræ in mutuo eſſe ſiue vero, ſiue ficto. Bald. *in conſil. 4. in fi. & in conſil. 21. in pri. de vſur.* Abb. *in quinta q. & gueſo colum. 14. circa fin.* fictum plane non ideirco mutuum dicitur, quaſi mutuum vere non ſit, & fingatur: verum quia ſub titulo alio ficto ſimulatove contrahatur, vel appoſite magis, fictum mutuum ideo dicitur, quod ex mente contrahentium à iure ipſo fingatur, quotiens in fraudem vſurarum contractus celebratur, vt Abb. docet *in conſ. 1. num. 2. & ſeq. lib. 1.* per tex. *in cap. in ciuitate & in cap. nauiganti. de vſur.* Eodem Rom. ſpectat *in conſil. 423 pro pleniori num. 11.* quanquam in mutuo ſolo vſura cadit, ſimulationem tamen eum tractus verſari, perinde quaſi in fraudem vſurarum facti. q. d. nihil intereſſe, vtrum mutuum prohibitum, id eſt, ſub fœnore vere atque in manifeſto contrahatur, an clanculum ſub contractu alio, qui in fraudem vſurarum ſimulatur. Idem Veronenſ. tradit *in conſil. 15. in princip.* non ſolum in mutuo vſuræ prohibitionem verſari, ſed & in contractu omni, ſub quo in fraudem vſurarum quid excogitatur, per Gloſſ. *in cap. conqueſtus. in gloſſ. magna. ibi: & quod dicitur, quicquid accedit ſorti, &c. de vſur.* In eandem ſententiam Abb. ſcribit *in conſil. 22. num. 1 verſic. non obſtant contraria lib. 1.* formæ ſtandum contractus non eſſe, vbicumq; in ſpecie atq; ex circumſtantiis aliis doceri vſura poteſt.

His ita prænarratis, quamuis in caſu noſtro contractus duo interuenerint, qui nominetenus à mutuo abſunt, ex quibus emptionis vnus, dationis alter in ſolutum vocabulo nuncupatur; mutui tamen appellatio in vtroque verius competit, mutuumque ipſum fingi à iure videtur, vtpote cum ad mutuum contrahentium voluntas ſpectaret, & in fraudem vſurarum & per ſimulationem ſub venditionis inſolutumque dationis nomine perfecti contractus ipſi ſint. Ad quam rem probandam coniecturæ non parum multæ; atque ipſe prævalidæ afferuntur.

Prima coniectura, quod ad emptionem ipſorum bonorum rex acceſſit, cum pecuniam paratam non haberet: at enim veriſimile non eſt, rei tam magnæ emptionem peractam, quin de pretii habendi ratione ante emptor cogitaſſet. *arg. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurat.* Et quia ſtultitiæ alias, nec vulgaris, reus emptor damnaretur, ſi pecuniæ inops rei non exiguæ comparandæ animũ adiungit, ſtultitiam plane † præſumi non conuenit. *l. nec codicillos C. de codicill. l. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. Dd. in l. ſancimus. Cod. de tranſact. in l. ſenium. & in l. ſituoſum. C. qui teſtamen. fac. poſ.* Locumque id in principe maxime obtinet. *l. omnium. C. de teſta.* Quod cum ita ſit, & ſolutum pretium venditoribus à Domino Iacobo conſtet; veriſimile eſt, de pecunia in emptionem illam mutuanda tractatum prius à Rege cum ipſo domino Iacobo fuiſſe: ſiquidem ex his actum interpretamur, quæ poſtea fiunt. *l. ſed & Iulianus. § proinde. ff. ad Macedo. l. poſt contractum. ibique Bar ff. de dona. l. cum quis ante ſi C. de nau. lib. Bar in l. cætera. §. fi. num. 5. ver. hoc autem intelligo. ff. de legat. 1.* Et illud eſt, quod Bald. ſcribit *in l. multum intereſt. num. 2. C. ſi quis alteri vel ſibi.* ex priori & poſteriori, atque ab vtroque ſimul iuncto ſimulationem oſtendi. Id quod Imolæ placet *in conſil. 158. colum. 2. poſt med.* 4

Idem vltra Imolam ex Bal. probatur *in conſil. 312. in cauſa Baptiſtæ num. 3. lib. 5.* Deci. *in conſil. 543 numer. 18.* Decian. *conſil. 105. numer. 19. lib. 2. & in conſil. 62. numer. 46. lib. 3.* vbi nos citat *in conſil. 100. num. 8.*

A poſteriori igitur argumentando, de mutuo, non de emptione actum videtur, conſequenter venditio illa ſubſecuta ad pignus potius ſpectare videtur, vnde cautum creditori mutuanti eſſet.

Secunda coniectura à veriſimili deducitur, cuius nomine ſciendũ eſt, † in ſimulatione demonſtranda maxime omnium veriſimilitudinem obſeruandam. Anchar. *in conſil. 257. ſi prædicta ſententia. colum. 2. circa med. verſic. ex quibus infero.* Dec. *in conſ. 644. nu. 6.* Caſtren. huc præter Decium accedit *in d. conſil. 319. viſis, & examinatis omnibus num. 3. lib. 2.* vbi coniecturis veriſimilibus in ſpecie hac nititur. 5

Et omnino in re quauis probanda partes priores veriſimilitudo fert. *l. fin. in prin. ff quod metus cau. l. cum de ætate. ff. de probatio. l. ob carmen. §. fin. ff de teſtib.* cum aliis à nobis relatis *in conſil. 61. num. 9. in conſ. 75. num 22. & num duob. ſeq. in conſ 134 num 36. in conſ. 363. numer. 26 in conſil. 434. num. 18. in conſil. 461. num. 53. in conſ. 554. num. 7. in conſ. 566. num. 19. in conſ. 596 num. 4. in conſ. 710. nu. 15. in conſ. 815. num. 18.*

in conſ.

in conſil.324.num.5. Sed enim veriſimile non eſt bona hæc controuerſa ideo emptorem regem fuiſſe, vt alii eadem non ita multo poſt tempore venderet, cum negociationem venalitiariam non exerceret. Atq; vbi principali regiaque præditus maieſtate non fuiſſet, nihilomagis veriſimile eſt, rea cum magno comparaturum, quas illico quodammodo minoris non paulo diſtraheret. *l.cum de indebito.ff.de probatio.*

Quinetiam ſi eodē pretio reuenditio facta quo emptio eſſet, nihilo magis purgari ſuſpicio videretur, cum breui poſt tempore emptio à rege facta, re ipſa, alii reuendendo, diſſoluitur: ſimulatus enim contractus habetur, qui tempore exiguo durat. Paul.de Caſtr. *in conſil.74.in cauſa mota per dominam Dorotheam. col. 2. in fi.lib.1.* Soc. *in conſ.127 nu.7.verſ in caſu autem noſtro.& verſ.confirmatur & tertio.lib.3.* Bologni. *in conſ.15.nu.23.*

6 Tertia coniectura † ex pactu reuendendi, & pretio exiguo, deducitur, quæ duo ſola ad ſimulationem detegendam ſufficere, maiori Doct. parti placere videtur, qui relati à nobis ſunt *in conſ.156.num.4.* quibus Guido Papæ accedit, ſub *verſ.ſi etiam propter dictam gratiam in conſil.189. in primo dubio & in tract. de vſur. num. 18.verſ.quod ſi vendidit tibi dominum.* Pet.Gerard. *ſing.18.* Dec. *in conſ.692.* Pariſ. *in conſ.54 num 6.& ſeq. in conſ.55.num.29.& ſequen.lib.1.* Riminal. *iun. conſil.418.num.33.lib.1.* notatur *in conſ.198.numer.8.& numer. 17.verſ arbitror autem.& nu.duobus ſeq.*

Coniecturis duabus in ſimulatione detegenda contentus Bald. eſt *in conſil.389 quod dictus contractus. colum.2.lib.4.* Io.de Ana. *in conſil.49.*

Ratione vna atque altera opinio hæc innatur. Prima, quod vice teſtium coniecturæ ſubrogantur in materia hac, in qua perquam difficilis teſtium probatio eſt, ob fœneratorum verſutias.

Eam ob rem ſicut ſatis teſtes duo regulariter ſunt *l.vbi numerus.ff.de teſtib.cap.in omni negotio.eod.tit.* ita coniecturæ ſufficere duæ videntur, vt eadem ſit ſubrogati conditio. *l.ſi eum. §. qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.* quæ ratio aſcripta à nobis eſt *in d.conſ.156. num. 7.circa fin.* Secunda ratio, quod coniecturis contentum iuris eſt in ſpecie hac, ſi pluratiue de coniecturis mentio ſit, numerus vero pluralis in duobus perficitur *d.l.vbi numerus. reg. pluralis locutio. lib. 6.* qua ratione Rota vtitur *in d.conſ.198.nu.19.*

Atque vbi ambiguitatis quicquam ioeſſe in controuerſia hac poſſit, Doct. non paucis coniecturas tres expoſtulantibus, locum certe in ſpecie hac habere opinio hæc debet, vbi liberum reuendendi pactum non eſt, at biennio demum tranſcurſo.

Sed parum id viſum, niſi & pactio quædam noua deterior accederet, vt niſi anno duodecimo exacto, redimendi facultas non eſſet: ex qua pactione veſana creditoris cupiditas aperitur, vt fructuum quæſtum annorum duodecim omnino faceret, vt in ſpecie probarunt ex Bald. habemus *in d.conſ.156. num. 5. & in conſil.491.num.23.* Abb. huc accedit *in conſ.76.num.2.lib.1.* Soc. *in conſil 248.colum.2.in fi. verſ 4.in d.c.ad noſtram.lib.1.* Ruin. *in conſil. 26.colum.pen.in fi.lib.4.* Quinetiam pactum id genus ſatis ſolum eſſe, cum expreſſione lucri fructuum faciendorum, Cora. putat *in conſ.23.col 2.lib.3.*

Hic bene obſeruandum circa tenuitatem pretii, iudicis arbitrio rem credi, quantam eſſe læſionem oporteat. Iudex plane pro perſonis & rebus arbitratur, vt Aret. docet *in conſil.65.col. fin.* Idem Veronenſi viſum *in tracta. de ſimulat. contract. in ſexto caſu principali verſic.ver.em quæ in iſto libello.* vbi pro cauſa, perſonis, re, & contractu adhibendum arbitrium putat, id eſt, cauſa ſimulandi, rei quantitate, qualitateve perſpecta. In perſona etiam debitoris creditorisve diſcuſſio adhibenda: læſio enim leuior in vno, quam in alio admittitur. Contractus enim qualitas obſeruanda, facilior enim ſimulationis præſumptio in contractu vno atque alio: vt pacta ſunt, quæ inſerta in eo apparēt, quaſi diceret, læſio minor admitterent, quotiens pacta alia interuenirunt, vnde ſimulationis ſuſpicio exiſtat. Iudicis arbitrio pretii exilitatem committi Pariſ. probat *in d.conſ.54.num.69.& in d.conſ. 55.num.47.lib.1.*

Quæ circa ſatis læſio hæc videtur, quę maior parte tertia pretii iuſti videtur. Quod enim aureis biſ ille ſupra triginta rex comparauerat, aureis id vicies mille ſolummodo Iacobo præſtitit.

Quarta coniectura in conſuetudine Iacobi ponitur, quod in vſu habuiſſe dicitur contractus id genus, id eſt, ſimulatos facere.

Qua re admiſſa, vacoa à dubitatione omni res videtur: ſiquidem de hoc Doctoribus inter ſe conuenit, ſimulatum contractum præſumi, † coniecturis trib. interuenientibus, pretii exiguitate, pacto de reuendendo, & conſuetudine fœnerandi ſeu cōtractus ſimulatos faciendi, vti relatum apud nos eſt *in d. conſ. 156.num.2.* Quibus Socin. accedit *in conſ.136.numer.9 poſt med. lib. 1,* quod repetitum eſt *in conſ.151.lib.2.* notat idem Socin. *in conſ.148. eodem lib.2.* Ang. Aretin. *inſtit de except in prin. num 30 verſ. quo autem ad ſecundam ſpeciem.* Caldet. *in conſil.4.colum.2 de vſur.* Paul. de Caſt. *in conſ.74.in cauſa mota per dominam Dorotheam. colum.1.circa med. verſ. nec apparent hic illa coniectura & colum.3.poſt med. verſic. nec obſi dicatur. lib.2.* vbi receptum eſſe ait, vt ſatis tres coniecturæ ſint. Eadem opinione Iaſ. vtitur *in conſil.21.colum.1.circa med.lib.2.in conſil 150.in conſil 151.colum.2.& in conſil.ſequen.colum.5 in fin.lib.4.* Ruin. *in conſ. 26.num.11.& in conſ.66.colum.4.lib.4.* Bocri. *in conſ.12.numer.5.in fine vſque conſilii.* Socin. iun. *in conſil.50 numer.1.lib.1.* vbi frequentiorem opinionem hanc ait. Secundum quæ, coniecturis tribus accedentibus, diſſenſionis quicquam inter Doct. non eſt. 7

Quinta coniectura, namque Iacobo ſublato, hæredes eius aureorum tria millia Regis hæredi intulerunt, quæ prædii Semproniani alienationi accepto lata, ſeu in cauſam eius relata ſunt.

Inde venditionis ſimulatæ fides perſpicua elucet: etenim ſi vera venditio fuerat, quorſum pretio quicquam adnecteret? Qua ratione etiam naturæ contractus id repugnat, vt venditione ſemel peracta, pretii quicquam refundantur, præterquam in ſpecie *l.1.C.de reſcin.vendit.* Ita ex additamento hoc † pretii, naturæ contractus contrario, ſimulatum eum fateri neceſſe habemus. Cy. & alii *in d.l.3.C.plus valere quod agitur.* Bald. *in cap.1.num. 8.de feudo dato in vicem legis commiſſ.in conſ.114.ſexcidum ca.in conſil.122. inſtrumento.colum.2.circa med.lib.3.& in conſ.389. quod dictum contractus, colum.1.lib.4.* Rota *in conſil.423.propleniori.colum fi.* Geminia. *in conſ. 312.colum.1.* Abb. *in d.conſil.76.colum.2.verſ. quarta coniectura. lib.1.* & apud nos *in conſil.491.num.6.& id genus innumera.* Sed ad ſpeciem rem que propius Baldi dictum accedit *in conſ.322.inſtrumento. col. 1.in fin.lib.3.* ex pacto ſimulationem præſumi: quo pecuniam certam ſupplere emptor debet, ſi perpetuo retinere rem emptam velit: ſic ex pretii ſuppletione additamentoque ſimulationem Bald. diiudicat: ſimili modo ſimulatus & poſterior cōtractus videtur ob inſolutum dationem aureorum duodecim mille, quos de ſuo vltra pretium dominus Iacobus pro rege venditoribus dedit. 8

In qua re explicanda meminiſſe debemus, æque dationem inſolutum ſimulationis ex coniecturis, vt venditionem coarguit, vt ex Veronenſi Dec. probat *in conſ.587.num.8.verſ.& vlterius vt dixi.* Caſſador. *deciſ. 2.de vſur.fol.140.* Pariſ. *in conſ.54.num.82.lib.1.* coniecturæ planæ, nec paucæ hic interueniunt.

Prima coniectura ex pacto illo de reuendendo tum coangustato exiſtit, id eſt, ne redimere ante liceat, quam annus tranſactus duodecimus ſit, de qua coniectura dictum ſatis ante habemus in tertia coniectura circa contractum fundi Semproniani. Robur plane in datione inſolutum coniectura hæc accipit, quod coarctatio hic & altera verſatur, ne cenſum ſolum redimere inſolutum datum liceat, niſi vna ſimul fundi Semproniani redemptio, cenſuumque excurſi temporis, ad integrum ſolutio fiat.

Quæ res ob cauſam fieri non aliam potuit niſi quo difficilius redimendi facultas daretur: atque ita fructus diutius, aut perpetuo fortaſſis creditor hæredeſque ſui lucri facerent: fructus, inquam, tam prædii Semproniani, quam cenſus annui: ita vti dictum in coniectura tertia priore contractus habemus. Itaq; ſi in coarctatione vnica locus coniecturæ tertiæ eſt: quid, ſi altera accedit? *l. hac ſiſla ff. ad Trebel.*

Atque in præſumptionibus pluribus, fortiores eaſ vnica eſſe, Bald. tradit *in conſ.438. an poſſeſſio.colum.2. circa prin. verſ. duo enim ſunt lib.5.* Alexan. *in conſil.88.num.7.lib.7.* Iaſ. *in conſil.125.colum.3.circa fin.verſ ſecundo confirmatur.lib.4.* Pariſ. *in conſ.10.num.80.lib.3.* Socin. iun. *in conſil.79.num.96.& ſeq.lib.3.*

Apparet etiam ex coarctatione hac poſteriore, quod non modo cenſus annuos quaſi ſortem, ſed & fundi Semproniani fructus quaſi vſuras, ſuos facere creditor voluit: quandoquidem vnum ſine alio redimere non licet.

Secunda coniectura ex pactionibus cumulatis deducitur: namque poſt dationem inſolutum cum pacto poſt biennium

redi-

redimendi perfectam, pactio alia acceſſit, vt biennii loco annus duodecimus eſſet. Rurſus & illud ſubiectum eſt, vt ſolum annuum redimere cenſum non liceret. Neque ſatis viſum id eſt, niſi & illud accederet, vt cenſuum omnium ſuperioris 9 temporis ad aſſem præſtatio fieret. Ex qua † pactionum multiplicatione fraudem ſimulationemve præſumi, non ambigitur, Bald. authore in *conſ. 464. videamus. num. 3. lib. 5.* clauſularum item multiplicationem in gratia creditoris Veronenſ. expendit in *d. tractat. præſumpt. 14.* Cum qua ſententia Bald. quoque facit in *conſ. 487. apparet. ante fin. lib. 1.* quo plus cautelæ in contractibus ſuſpectis adijcitur, eo dolum fraudamve facilius præſumi.

Tertia coniectura ex ſecunda ipſa emanat, quod inuſitata pacta iſta dicuntur, de quibus mentio facta in coniectura ipſa ſecunda eſt: clari autem iuris eſt ex pactionibus inſolitis ſimulationem argui, gloſſ. in *l. ſi quis ſub conditione. ibique Bald. in fin. ff. de condictio. inſti.* Bald. in *conſ. 322. instrumento. col. 2. circa med. lib. 3.* vbi ſimulationis ſuſpicionem colligit, quotiens à communi conſuetudine pactum abhorret. not. idem Bald. in *d. conſ. 311. numer. 8. lib. 5.* Veronenſ. in *d. tractat. ſimulatio. præſumpt. 9.* Corne. in *conſ. 23. column. 2. circa med. lib. 3.* Decius in *conſ. 587. column. 3. ante fin.* Addo Decia. in *conſ. 2. nu. 37. li. 1.* vbi plures allegat.

10 Quartam coniecturam † claudicatio pactorum ſuggerit; ſiquidem ad vtilitatem creditoris pacta omnia ſpectant, quæcunque interpoſita in datione hac inſolutum ſunt: & contractio onerosa, perniciaIiaque debitori apparent. Ex qua claudicatione aut inæqualitate pactionum, ſimulationem vſuramve præſumi, iuris incerti non eſt, vt Bald. ſcribit in *d. conſ. 311. column. 2. ver. 9. arguitur. lib. 5.* ex Hoſt. in *ſumma de pign.* Idem Cardi. probat in *d. cle. vnica. §. ceterum. quæſtio. 3. de vſur.* Alexand. in *conſ. 72. col. 1. lib. 1.* Paris. in *conſ. 54. num. 59. lib. 2.*

Quinta coniectura: namque cum eodem die, apud eoſdem teſtes Notariosve acta omnia ſint, inſtrumentis tamen plurī- 11 bus atque diuerſis comprehenſa res eſt. Quæ inſtrumentorum pluralitas † vacua eſſe à ſuſpicione non poteſt, ſimiliter vti dictum habemus in multiplicatione pactorum ex Bald. in *d. con. 464. videamus. nu. 5. lib. 3.* quem Ripa ſequitur *li. 1. reſpon. de donat. reuoc. cap. 18. column. 7. in princip.* ſed propius ad rem quadrat, quod ſcriptum apud Io. And. Imolam & alios eſt, in *d. cap. ad noſtram. de emptio. & vendi.* validius pactum de reuendendo ad ſimulationem indicandam eſſe, vbicunque inſtrumento ſeparato per ſe aſcribitur: quo dicto Alex. vtitur in *conſ. 46. nu. 1. verſ. concurrit & alia coniectura. li. 3.* Corn. in *con. 41. col. 3. li. 3.* Iaſ. in *con. 153. col. 1. li. 4.*

Sexta coniectura perſpicua ex pacto elucet, quo periculum omne cenſus inſolutum dati præſtare debitor debet, contra quam natura dationis inſolutum patitur: namque ſicut emptioni venditionique par eſt *l. ſi quis aliam. ff. de ſolutio. leg. libera. Cod. de ſent.* ita periculum omne, quod poſt dationem inſolutum accidit, ſubire accipiens debet *l. id quod. in princip. ff. de peri. & commo. rei* 12 *vendit. §. cum autem. Inſti. de emptio. & venditio.* Itaque pactum hoc † vt debitoris dumtaxat periculum ſit, qui inſolutum dat; ſicut contrarium naturæ contractus eſt, ita ſuſpectum eum ſimulationis fœnoriſque reddit, ita vti in priore contractu & in quinta coniectura diximus. Atque in ſpecie ſimulationem ex pacto huiuſmodi argui, ex quo periculum rei venditor ſuſcipit, Montorius Maſcatel putat inter Cald. reſponſa in *conſil. 84. numer. 4. verſic. item pactum de peri.* ex Nicolao de Matarel in *l. 1. C. commodat.*

13 Septima coniectura ex natura rei ipſius deducitur, id eſt, ex cenſu ipſo annuo, † qui permiſſus non videtur, ſiquidem nihil aliud, quam pecunia ob pecuniam emitur. Innoc. Io. And. & alii in *cap. ſalubriter. de vſur.* cum aliis apud Areti. relatis in *conſ. 151. viſa themate. column. 1. verſicul. ſed tamen his non obſtantibus.* Calca. in *conſ. 85. column. 4. poſt med. verſicul. vnde conſtat, quod etiam de nouo.* Caſtrenſ. his accedit in *conſil. 22. viſa quadam ſcriptura. column. 2. poſt med. verſicul. preterea ſecundum Theologos.* vbi emptionem pecuniæ eiuſmodi improbat, vt lucrum præſtationum emptor auferat: cui opinioni & Caſſand. ſubſcribit in *conſil. 63. num. 6.*

Neque ad rem extrauagantes attinent; quoniam ad loca reſtringi eccleſiæ debent *l. fin. ff. de varia. & extra. cod.* Rurſus ob cauſas præſentes neceſſariasve, & per modos certos cenſus iſti permiſſi annui ſunt, de quibus cauſis modisve omnino hic non apparet.

Octaua coniectura ex ſilentio tam longiſſimo oritur; ſiquidem poſt dationem ipſam inſolutum factam, nihil quicquam petitum cenſuum iſtorum nomine, neque à rege, neque ab hæredibus eius eſt. Namque ſi vera, non ſimulata, datio iſta inſolutum eſſet, credibile non eſt, in tempus hodiernum dilatam petitionem eorum eſſe, argum. *l. cum de indebito. ff. de prob.* Ita ſimulationem † ex ſilentio longo Caſtr. colligit in *conſ. 58. viſis* 14 *his, quæ ſuperius. ante fin. verſic. item reſultat tertia præſumptio. lib. 2.* cum qua ſententia appoſite text. facit in *l. ſi quis forte. §. 1. ff. de pœnis.* & alia apud nos relata in *conſ. 298. numer. 17.* vbi dolum ex taciturnitate argui teſtatum dilucide habemus. Dolus vero plane in eo verſatur, vt cumulis oneroſiſſimis cenſuum ſoluendorum ampliatis, facultate redimendi debitor hæredesve eius careret. Rurſus religioni creditor hæredesque eius habuiſſe putantur, cenſus hos decurſos petere, perinde quaſi flagitioſe & ſcelere vſurario partos.

Hicque obſeruandum eſt, in coniecturis hic octo, quæ enarratæ in datione inſolutum ſunt, ad contractum etiam venditionis fundi Semproniani nonnullas pertinere, atque ideo contractui vtrique communes eſſe; de quo genere coniecturæ quinque ſunt loco priore in datione inſolutum commemoratæ. Iam ſi coniecturam ad ſummum triplici contentos Doct. eſſe, ſupra oſtendimus, quid dicendum hic erit, vbi tot, tamq; vehementiſſimæ interueniunt? Illud hic vulgatiſſimum appoſitiſſime quadrat; *Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. l. ne non. §. ſi quis ſæpius. ff. ex quibus cauſ. maior. l. ſi ſtipulatus. in princip. & verſicul. ſed tamen. ff. de vſuris. leg. 3. § eundem & leg. ab carmen. §. final. ff. de teſt. l. 1. § actus. ff. de excu. tutel. leg. inſtrumenta. l. rationes. l. non nudis & leg. non epiſtolis. C. de probatio. l. indicia. C. de rei vendic. c. præterea. de teſt. &c. in ſtram. & d. c. illo vos.*

Secundo, principaliter vacuam à ſuſpicione omni ſimulationis dationem inſolutum fac eſſe, nihilo magis ius cenſuum repetendi eſſe hæredibus Iacobi videtur, vt potequibus præſcriptio temporis longiſſimi obſtat, etiamſi poſt mortem regis tempus ipſum denumerauerimus. Namque 15 etſi maxime præſcriptione regi vti ob fidem eius malam non liceret *c. fin. de præſcript. reg. poſſeſſor malæ fidei. li. 6.* Hæres † tamen eius initium præſcriptioni dare, eamque perficere potuit malæ fidei impedimento ab hærede ipſo remoto, vt expreſſim Glo. not. *in reg. cum quis. eodem lib.* Dyn. in *d. reg. poſſeſſor malæ fidei.* Fred. de Sen. in *conſ. 106. caſus talis eſt, quidam volens. column. 3. circa med. verſicul. ad hoc dicendum eſt & verſ. quod autem hæres. & in conſ. 234. ſuper primo puncto. column. 3. poſt princip. verſic. tamen poſſet quis defendere.* Bartol. in *l. cum hæres. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. & in l. vnica. Cod. de acquir. poſſ.* Ro. in *conſ. 201. column. 1. verſ. 3. principaliter.* Pau. de Caſtr. in *con. 81. in cauſa quæ vertitur inter Reuerendum Patrem. col. fi. in conſ. 158. viſa ſupra ſcripta facti narratione. col. 2. & in conſ. 258. viſo puncto ſupraſcripto & allegationib. column. 2. lib. 2.* quibus in locis ad præſcriptionem temporis longiſſimi opinionem hanc reſtringit, ne mala defuncti fides hæredi officiat, quatenus opus titulo ad præſcriptionē huiuſmodi nō eſt. Idē ac Paulus, Socinus quoq; putat in *con. 61. in præſenti conſultatione. n. 16. ſub. ver. ſecundo obiicitur. & duob. in ſeq. lib. 1.* plenius in *con. 203. li. 2.* Ale. in *con. 4. in prin. in cō. 39. col. 2. in con. 134. col. 4. poſt med. ver. facit quod benedicitur. lib. 2.* Corne. in *conſ. 296. col. pen. lib. 3. in conſ. 36. col. fi. & in conſ. 93. col. 2. circa med. in conſ. 277. col. 3. in fi. lib. 4.* Ruin. *in conſ. 131. col. pen. in fi. lib. 1. & in conſ. 34. in fin. lib. 2.* Boeri. *qu. 328. col. 2. in fi.* In quam opi. flecti & iunior Soci. videtur in *conſ. 145. n. 73. in fi. li. 1.*

Neque dixeris, tot neceſſarias præſcriptiones eſſe, quot ſunt 16 anni: quia † vnica ſatis præſcriptio in præſtationibus annuis eſt ex contractu debitis, vt aliud in voluntate vltima videatur, ſicquomodo notari ſolet in *l. cum notiſſimi. §. in his. Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Spec. *de loca. §. nunc aliqua. verſicul. 41.* Bartol. & alii in *leg. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de oper. noui nunciat.* Signorol. in *conſ. 32.* Fulgo. in *conſ. 234. Dominus Iacobus. in fin.* Aretin. in *conſ. 112. col. 2. ver. vnde concluditur.* Vbertus Corne. in *conſ. 22. column. 5. verſicul. his tamen non obſtantibus. li. 3.* Iaſ. in *conſ. 7. ante fin. lib. 1.* vbi receptam opinionem hanc ait. Id quod & Signor. ait in *d. conſ. 32.*

Tertio principaliter, nihil præmiſſorum omnium ad rem, eſto, pertineat; remiſſio tamen aut donatio in cenſibus his præſumi excurſis videtur, qui petiti tamdiu non ſunt: facilius quippe in acceſſoriis id genus, quam in re principali donatio præſumitur *l. vir vſuras. commodi. & gloſ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Roman. in *conſ. 517. column. 4. verſ. vnum tamen dico.* Anchar. in *conſil. 302. materia in fin.* Alexand. in *conſ. 76. num. 11. verſic. nec debet præſumi. lib. 4.*

Digitized by Google

Quarto, prædictis etiam remotis, quæ mouere nec leuiter videntur, proclamationib. publicis ionan heredum regis cauſa videtur, quorum nomine iuſſuque pronunciatum publice eſt, vt quicunq. Regis ſe defuncti creditores aſſer[illegible]ent, manifeſtum id facerent, inſtrumentaque ederent, quibus nomen ipſum debitoris pignusve comprehenſum eſſet: quare omiſſa, iure ſuo carerent. Atqui cum credita alia Iacobus indicauerit, occultum tamen controuerſum tenuit, quod in [illegible]alibus oſt. Eam ob rē ſicut partum ab eo pronunciationi aut proclamationi publicæ non eſt, ita ius ſuum petere omne conuenit. *l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.* de qua per Bar. & alios *in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ.* ibique Ripa *column.* 9. Innoc. & alii *in cap. tue nobis. de maior. & obedien.*

Hæc ſunt, quæ cauſæ fauere partis diuerſæ videntur: quibus non mouentibus, ſententiam aliam potiorem exiſtimo, licitis contractibus his in foro contentioſo, moribus ſeculi huius paſſim receptis. Quod autem ad religionem ſalutemve attinet, conſilii animique mei non eſt, quicquam aſſerere, aut dirimere. Curæ id autem Theologis aliiſque erit, ad quos ea res pertinet. Idque idcirco ita ſcribo, quod contractus non id genus modo, ſed & deteriores non paulo vetus iam conſuetudo apud mercatores omnes, atque alios non paucos, alioquin honeſtiores, licitos fecit, vt deni percipere ex centum ſingulis liceat. Vſu igitur iureq; hoc ita introducto, comprobatove, locum ſimulationi non eſſe, ſequentibus confirmamus.

Principio, cum heredibus D. Iacobi regula iuris facit, ſimu-
17 lationem † in dubio non præſumi, at talem contractum iudicari, qualem inſtrumenti figura oſtendit, cui ſtandum in dubio eſt *l. cum precibus. C. de probat.* Bal. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. ante fin. ff. ſi cert. pet.* [illegible] *de feudo dato in vicem legis commiſſor.* [illegible] *c. 1. § ſi inſtrumentum de* [illegible] *feud. in conſ. 39. prouenitur, quod celebratus. in fin. in conſ. 110. que vero de tali caſu* [illegible] *2. & in conſ. 189. quod dicitur contractum. column.* [illegible] 4. Bal. [illegible] idem ſpectatum [illegible] *de præſumptio.* Fraudem, ſimulationemve in inſtrumentis publicis nō præſumi. Idem Bald. [illegible] *conſ. 456. Sed poſt principium* 1. Ex tex. ſententi[illegible] [illegible] *ff. de* [illegible] ibique Bald. ait, ſimulatum non p[illegible]ſumi, quod cum vero actu verο poteſt. In eandem ſententiam [illegible] *qui* [illegible] *ibique Bald. C. ſi quis alteri vel ſibi in capit. accepimus. de fid.* [illegible] Barto. huc accedit *in conſ. 65. factum tale eſt. Petrus N. col. e. nummer. 2. verſ. ſed ad hoc eſt dicendum.* Anchar. *in conſ. 227* [illegible] *in 2. dubio* Caſtren. *in conſ. 261* [illegible] *& conſideratis his, que in facto ponuntur in prin. lib. 1.* Alexan. *in conſ. 221 num. 5. lib. 2.* Soc. *in conſ. 264. in prin. lib. 2.* Dec. *in conſ. 167. col. 2. ante med.* [illegible] *conſ. 308. num. 7.* Paul. *in conſ. 75. in fi. lib. 4.*

Secundo, locum præſumptio hæc iuſti contractus in primis habet, quoties contra virum ſimulatio fœnoriſque flagitium obiicitur, qui nota alias nulla inuſtus, verum in laude veritatis ſemper eſt, infamiæ prorſus inſolens. Integra enim hominis æſtimatio ſimulationis ſuſpicionem eluit. Bal. *in conſ. 154. inſtrumentum* [illegible] *ante med. verſ. ſolutio lib. 2.* Perſonam ſpectandam in hac re controuerſia Bald. idem ſcribit *in conſ. 292. quia ex facto. column. 2.* [illegible] *& maxime prædicta procedunt lib. 5.* per text. *in l. cum hi. § ſed & perſonarum. ff. de tranſactio.* Emptoris item perſonam, ſeu qualitatem eius bonam ad ſimulationis ſuſpicionem pellendam, ſcite Soc. obſeruat *in conſ. 248. column. penult. in fi. verſ. & in bonam partem inclino. lib. 2.* Coro *in conſ. 4. column. 3. poſt med. lib. 1.* Dec. *in conſ. 308 column 2. ver. tertio in caſu noſtro.* Iaſon *in conſil. 170. column 5. in fi. verſ. 4. 22. & vltimo lib. 2.* & quod de indiciis ex fama rei bona purgandis dicitur. Barto. *in l. 1. § pondere. per illum text. ff. de re militar.* cum aliis apud nos aggregatis *in conſ. 99. in fin. in conſil. 145. nummer. 24. & in conſ. 151. n. 22.*

Quocirca adminiculum non tenue ab incolumitate famæ hominis probanda acceſſorum putem; quandoquidem vita eius à turpitudine id genus aliena, aliaque narratur. Apparet ex his, non parum diſtare inter probitatem præſumptam, de qua *l. Merito. ff. pro ſocio.* & probitatem probatam. Præſumpta enim facilius, quam probata vincitur, & facilius ſimulationis ſuſpicio contra probitatem præſumptam, quam probatam recipitur.

18 Tertio, contractuum iuſtitia † ex pretio iuſto oſtenditur. Cuius rei gratia monendi in facto ſumus, longe minoris bona hæc regi vendita fuiſſe, cum venditio facta ipſa eſt, quam empta à R[illegible]ge ſint, ſi quidem ad pretiū commune ſpectamus. Rex plane cum ardore quodam incredibili accenſus bonorum eſſet, ob venatus oblectamenta, non tam bona, quam animi delitias comparauit. Cæterum, quod ad verum iuſtumque & commune pretium ſpectat, quod ex fructibus rerumque conditione æſtimatur. *l. ſi fundum per fideicommiſſum in princip. ff. de lega.* [illegible] *l. ſi q*[illegible] *ibique Bar. C. de reſcin. vend.* [illegible] gl. & Doct. *in l. 2. in gl. in verbo.* [illegible] *C. de reſcin. vend.* Alexand. *in conſil. 109.* [illegible] *proceſſu column. fi. lib. 4.* Dec. *in d. conſi. 308. colum. 1 poſt med. verſicu. 2. propter bellum.* Ratione enim dignitatis habita, qua prædita bona ſunt, minoris non paulo bona erant, atque comparata à rege ſunt; etiam ſi redditum non ampliorem tribus & ſemis in centena ſingula bona largiantur. Voluptatis igitur, non prouentus comparatione à rege facta, nihil eſt, quod minoris non paulo Iacobo ipſi venditam bona dicamus. Rurſus monendi ſumus, in valore hoc bonorum conſtituendo, ſalua ſibi regalia iura in retiendo ſibi regem retinuiſſe, quorum cauſa in primis ad bona illa emenda acceſſerat, & quibus regalis amoris, de bonis illis emendis ne quidem cogitaſſet; cum à regalis ipſis voluptas venandique ius omnino pendeat, in quibus regalis pretii pars non minima verſatur. Conſequens his fit, vt præmiſſorum omnium ratione habita & ſupputata, pluris bona, quam eſſent, nedum minoris à rege Iacobus mercatus ſit. Idque pertacile probari poſſe mihi videtur.

Pretio igitur tam iuſtiſſimo interueniente, ſecundum ea, quæ proponuntur, non poteſt ſimulationis ſuſpicio non quieſcere. *l. ſi fundus. § fin. ff. de pignor. l. 2. C. de pactis inter emp. & vend.* Bal. *in conſ. 205.* Iacobus de Arena *ante fi. verſ. pro modico autem* [illegible] *lib. 2.* ibique id ampliat, pacto etiam de reuendendo, & conſuetudine fœnerandi interueniente; pretii item exiguitate remota, ſimulationis ſuſpicionem tacere, pacto de reuendendo fœnerandique etiam conſuetudine interueniente, Bald. Salycetuſque ſcribunt *in d. l. 3. poſt prin. C. plus valere quod agit.* ibiq; rationem adiiciunt; quia nihil prohibet contractum verum à fœneratore fieri.

Quare cum prohibitum pactum de reuendendo non ſit, cur vſurarius ob id pactum cenſeri contractus debebit, quamuis ab vſurario factus? niſi ſi ducatur, cauſam originalem cōtractus à mutuo exiſtere. Idem Fulgo. probat *in conſ. 133. in quæſtione verſa. num. 1. in fi.* Paul. de Caſt. *in conſ. 66. in cauſa, quæ vertitur coram domino vicario. circa fin. & in conſ. 124. num. 2. lib. 2.* Iaſ. *in conſ. 153. column. 4. verſi. ſexto facit; quia ex pacto lib. 4.* Si in pretio iuſto fœnerandi conſuetudo pactumque de reuendendo obſtare ſimulationiſque inducere ſuſpicionem non ſolent: quid dicendum in viro hic erit vitæ probatæ, & qui à contractibus illicitis ſemper abſtinuit?

Quarto monendi ſumus, † contractus hos per magiſtra- 19
tus conſiliarioſve ſuos à R ege perfectos: quæ res ad ſimulationis ſuſpicionem delendam vel ſola valet. Quis enim inducatur, vt credat, commiſſuros legum iuſtitiæque miniſtros, tanta dignitate autoritateque præditos, vt contractus vitioſi, iniqui omni improbati cum rege fierent? argu. *l. vnica poſt med. ibi;* [illegible] *enim, &c. ff. de offi. præfect. prætor.* In quam ſententiam ſcite Roma. ſcribit *in conſ. 328. nummer. 20.* pro viris grauibus præſumi, quod iniuſti quicquam iuriſve contrarium ſtatuere non ſenſerint; per text. *in c. conſueſſiunt. de præben. in c. iudices. 1 quæſt. 1 in c. omnia quæ vexabatur. 7. quæſt.* [illegible] *Lugdunenſis 9. quæſt. 6. & in c.* [illegible] *de menſa. 37. diſtin.* Iam ſi omnibus iuris præſumptio fauet, quicunque officio publico funguntur. *l. ſi is qui d. curio. in fin. C. de falſis. 4. illud. de præſumptio. c. ad audientiam. de præſcript.* Cardi. *in conſ. 49 col. 2. circa med.* quid de viris illuſtribus dicendum, qui ampliſſimam dignitatem gerunt? Iam occaſionem delinquendi præbuiſſe viros ſenatorios apparebit, ſi illicitos contractus hos dicimus: indeq; barææ iniuriæ dicentur, vnde naſ[illegible] decebat. *l. meminerint. C. vnde vi.*

Vt ſemel dicam, non tam Iacobum, quam ordinis ampliſſimi viros turpitudinis huius vſurariæ reos facimus, ſi nulla neceſſitate vlla non cogente, ad contractus fœnoris ineundos Iacobum pellexerint: ſiquidē ob cauſam mere voluptuariam, non neceſſariam, ad emptionem fundi [illegible] rex acceſſit. Quæ res ſine flagitio fieri non [illegible] ab vſurario mutua pecunia ex cauſa non ne[illegible] [illegible] vt poſt Imolam Felin. ſcribit *in c. debitores.* [illegible] *ſuper gl. ſi de* [illegible] Atque in ſpecie ſuſpicionem ſimul[illegible] [illegible] tu autoritateque accedente, ceſſ[illegible] ex A[illegible] [illegible] *conſil. 69. poſt princip. lib. 2.* per text. *in l. r. Cod. de prod.* [illegible] *lib.* [illegible] Idem Decio placuit *in conſ. 18. column. 3. in prin.* [illegible] *poſt med.*

poſt med.lib.4. Quid dicturi hic erimus? vbi non iudicis vnius inferioris autoritas, verum magiſtratus ſupremi approbatio interuenit: pro quo magis non paulo lex præſumit, quam pro iudice minore. Bal. *in l.tutores.ff.de confir.tutor.* Iaſ. *in l.pacta non ſirma. in tertio nota. C.de pactis. in rubr. C.qui admitti colum.2.in fin.& in l.1.col.3.in fin.quis ſendum da.poſſ.* Petrus Gerard. *ſing.57.in fin.* Ad extremum, ſi illicitos contractus à foro contentioſo dicimus, qui facti per iudices maiores ſunt, ipſiſque autoribus; nihil aliud, quã ſub autoritate eorum ſubditi circumuenientur: quod iuri repugnat *l. Barbarius.ff.de offic.prætor l.1. Co.de his,quæ veniam æt.impetra.l.1.§.ſed & qui.Cod.de latin.liber. tollen.*

22 Quinto, † in vſu mercatores aliique honeſtiores loci atque nominis viri habere per regnum ipſius Regis dicuntur, vt pecunias in quæſtum dent, ita vt nummos quinque in centena ſingula accipiant: eamque ipſam conſuetudinem tam nouiſſimam, quam vetuſtiſſimam eſſe.

Quod ſi ita eſt, etſi ratã id genus habere conſuetudinem nõ cogitẽ, per quam certus quæſtus eſt, neque periculi quicquam mutuans ſentit; attamen quod ad forum temporale cõtentioſum ve attinet, fœnoris excuſationem mutuans habet Barto. *in l.quæ ſit fugitiuus.§.apud Labeonem. per illum tex.ff.de adili. edict.* Bald. *in in l.vnic.4.quæſt.3. Cod.de his,quæ pœnæ nomi.* Deci. *in conſil.170. colum.3. circa finem.verſic.& iſte con-tractus communiter fieri conſueuit.* Iaſon *in l.1 colum penult.in 4.quæſt num.61. C.de ſum.Trini.& fide Cathol. in conſil.78.colum.3.circa med.verſic.ſecundo quia.lib.3.* plenius *in conſ.153.colum.4 circa fin.verſicu ſeptimo facit.lib.4.* Idem vltra Decium & Iaſ. ex Oldra probatur *in conſil 107. vniuerſis.in fin.* Calderi. *in conſ.11.in fi. de vſur.* Abb. *in conſil.15.num.1. in fin.verſic.quid vltra.lib.1.* Sic econtrario vſurarius contractus æſtimatur, quo viri boni ac graues vti non ſolent. Bald *in conſ.487.apparet in fin.lib.1.* Si permiſſum moribus eſt, ad modum prænarratum pecuniam in quæſtum mutuare, aut credere, in quo mutuo ſolummodo vſura cadit: longe magis facultas creditori erit inſolutũ cenſum annuum accipere, vnde non pluſquam quinque annua in centum ſingula percipiuntur, cum nũ ſimiliter expoſita fœnori dato inſolutum, atque ſoluta pecunia ſit, ſic quomodo plenius infra oſtendemus.

Sexto, conſtitutione imperiali conſuetudo memorata iuuari dicitur, per quam conſtitutionem facultas tributa eadem proponitur, atq; per conſuetudinem.

Quod cum ita ſit, roboris plus in duobus iſtis cõiunctis, atque in altero eſſe haud dubie debet, cum fortius vinculum duplex vno ſit. *l.baliſta ff ad Treb. l.cum in adoptiuis in princip. ibique Bald. Cod.de adoptio.§.ſi vero.Inſtitu.eod.titu.auth itaque. Cod.com. de ſucceſſ.§.ſi in Authen.de conſang.& uteri.fratri.cap.1.cum gloſſ.de treuga & pace.cap. inter corporalia de tranſla.epi.capitu.ex iuarum.de autori.& vſu pallii cap. non poteſt.de praben.lib.6.* Inde dicimus, potentius ſtatutum eſſe, quod iuboratum pacto eſt, Deci. *in capit quæ in eccleſiarum. colum.4.poſt med.de conſtit.* Iaſ. *in l.non impoſſibile in fin ff.de pactis, & in l.fin.nu.20.C.de pactis,& id genus ſexcenta.*

Quin etiam extrauagantibus ipſis commendari adiuuarique conſuetudo iſta videtur. Quod cum ita ſit, nihil inquirendum præterea videtur, ſed dici poteſt, controuerſia omni rem vacare, de qua legis caſus conſtat. *l.non omnium.ff.de ll.l.quod Labeo.ff. de Carboni. edict.l.ancilla.Co.de furtis.cap. cum in iure. de offi.deleg.* gloſſ. *in l.regula.§.ſed facti.ff.de iuris & facti ignor.& in l.locus.ff.de acq.poſſ* Bal. *in l.ſi infa.*[illegible] *2.q.C.de iure delibe.*

Hicque obſeruandum circa conſuetudinem, conſtitutionem Cæſaris & extrauagantes, etſi maxime tutæ in foro cœleſti non eſſent (quam rem iuris diuini doctoribus peritioribuſve diſcutiendam relinquo, quoniam, vti teſtatũ habemus, morem huiuſmodi, ſtatuta, conſtitutioneſve approbare propoſiti mei non eſt) abunde tamen ſatis heredibus Iacobi eſt, conſuetudinem ipſam extrauagantibus, Cæſariſque conſtitutione inſtructam, de facto per cunctam Germaniam obſeruari. quo caſu pro eo res eſt, atque ſi ius ipſum optimum conſuetudini,
25 & hoc genus conſtitutionibus aſſentiretur: ſiquidẽ † nihil intereſt, verum iure permiſſum quid ſit, an de facto obſeruetur.

Quocirca ſi vſuras ſoluere de facto fideiuſſor cogitur; non minus à principali eas repeteret, atque ſi iure ſolutæ eſſent. Cardin. & Imola *in cap.peruenit. de fideiuſſor.* Alexand. *in conſil.107. numer.17.verſicu.demque dato.lib.2.* Deci. *in l.1.in princip. colum. 4. ff quod quiſq; iur.* vbi nullitatem, ſeu vitium ſtatuti fruſtra opponimus, quoties de facto obſeruatur. Idque ex Bart. probat *in conſil.8. Marcum Ferrariam, colum.1.* vbi de poteſtate ſtatuentium ideircò ſe non ſcribere ait, quod facti obſeruatio ita habet, vt quod Ciuitates conſtituũt, obſeruari id oporteat. In quam ſententiam non pauca Calca aggregat *in conſil.3.colum 2.circa med.* Atq; in duello, quod de facto permittitur, Curtius iunior tradit *in conſ.173.col.1.*

Apparet ex proximis duobus fundamentis, quinto & ſexto, per iniuriam negocium hoc ſimulationis heredibus Iacobi fieri, nomenque, & decus tam defuncti, quam heredũ ſuorum labefactari. Namque etiam ſi iure communi perſpecto, ſimulationis ſuſpicio aliqua ſubeſſet, conſuetudine tamen tam generali, tamque frequenti interueniente, & ipſa per conſtitutionem Cæſaream extrauagantesque communita, moleſtiæ quicquam heredes Iacobi pati in foro iudiciali omnino non conuenit: verum enimuero conſuetudo hæc ita inſtructa, abolenda, & generaliter obliteranda, ita vt æquo iure cum mercatoribus viriſque aliis omnibus agatur, qui iure hoc conſuetudinis ita inſtructæ freti, contractus infinitos propemodum perfecerunt.

Cæterum in ea cauſa vna ſingulari conſuetudinem, conſtitutionem Cæſaris, extrauagantesque damnare, cenſura id non caret. In qua re dici illud non immerito poteſt, quod receptum in ſtatuto eſt, † quod ſingulorum incommoda continet, 23 non omnes ex æquo apprehendit, iniquum id inutileque fieri, cum generalem communem que omnium eſſe legem oporteat. *l.1 & 2.ff.de ll.* Atque vbi contra perſonas cert[illegible], dolo non caret, qui committit & in legibus poteſt. *l.1 in fin ff. de excep. d.l.* Cui ſententiæ tex. acced[illegible] ibi ſi à populo ſeruum ſuum manumiſerit quiſpiam [illegible], liber manumiſſus non ſit. Id, quia [illegible] quicquam populus iuſſis contra perſonam ſingularem non habet. In eandem ſententiam text eſt. *in l.totiens.in fin ff.de pollicitat.* vbi priuatis onus imperari à republica non poteſt, vt ſtatuas Principi erig[illegible], ſi promulſæ ab eis non ſunt. Tradit Bart [illegible] *verſic.vl.ſic puto dicendum.ff.de iuſtit.& iure & in l.ſina.ff.*[illegible] *De*[illegible] *in capitul.animo omnes in quinta nota de conſtitut & in cap.conſuluit.3.de appellatio* & quod [illegible] *in conſil.195 num.5.* Itaque cum legis vicem Principis factum habeat *l.1.ff de conſtitutio.princip.l.Cæſar.ff.de publica.l.ſing.C de ll.l.apud Iulianum in fi.& ll.ſequentib.ff.ad Trebellia.*

Sedulo ante animaduerti à Principe oportet, quam exceptione id genus in cauſa ſua contra ſubditos vtatur, verum rationibus cauſiſque his ſubnixa exceptio ſit, quibus confirmatam eſſe legem oportet, id eſt, vt eum æqua communiſque omnibus id genus lex ſit. Vt eum contractus omnes id genus ab aliis perfectos reſcindat. Videndumque his, qui Regi ipſi à conſilio ſunt, ne ob Regis ipſius non publica, aut communia omnium commoda exceptio huiuſmodi obiiciatur. Vnde ad id potius animus admouendus, vt ſi iniquitatis quicquam in conſuetudine, conſtitutione, extrauagantibusque memoratis verſari appareat, morbo huic remedium opportunum adhibeatur, Pontifice ipſo conſulto, reque diligenter excuſſa.

Cæterum quæ ſub fiducia acta iuriũ iſtorum ſunt, magiſtratibus eius autoribus, in perniciem ea fœnum contrahentis; tollere, in perniciem, inquam, nõ tam rei familiaris, quam pudoris & famæ non ſatis id decorum exiſtimem.

Septimo, ſimulationis vſuræque ſuſpicionem quieſcere, argumento & alio nequaquam ſpernendo oſtenditur, quod à veriſimili deducitur. Namque ſi ex veriſimili ſimulationis ſuſpicio naſcitur, ſic quomodo ſupra in argumentis oſtendimus, quæ adducta pro parte diuerſa circa priorem contractum, & in ſecunda coniectura ſunt: longe fortius potens veriſimilitudo ad ſimulationem propulſandam erit; ſiquidem præſumptioni huic præſumptio & altera accedit, de qua *in l.merito ff.pro ſocio.l.quotiens §.qui dolo.ff.de probat.l.cum quidam ſeriendo. in princip. ff. de legat.2.l.dolum Cod. de dolo.* Glo.& Doct. *in l.ſi vero.§.qui pro rei.ff. qui ſatiſ. cogan.*

Sic præſumptio duplex hic verſatur, vna generalis, quod bonus quiſq; præſumitur, altera ſpecialis, quæ à veriſimili deſcendit.

† Quæ ſpecialis præſumptio potentior eſſe generali ſolet. *l.* 25 *cum de indebito ibique Barto ff de probatio. l. mater. ibique Angel. & Salice. C.de calumn l.ſi qui adulterii.ibique Doctor. Cod. de adulter.* Bald. *in l.ſi ex poſſidetis.colum.1.Cod.de probatio.* Anchar. *in conſil.305. dubitari de quo*

ſupra. poſt prin. & num. 2. ſpecialis etiam hoc ipſo præſumptio dicitur, quod benignior eſt delict. [illegible] exclusiois, vt ea [illegible] Rui. probat *in conſ.* 100 *col.* 4 *poſt med. lib.* 3.

Duplex plane præſumptio fortior vnica eſt. Bal. *in conſ.* 4.8. *an poſſ. ſtio column.* 2. *circa princi. verſic. duo enim*, [illegible] *lib.* 3. de quo [illegible] dictum in ſuperioribus habemus. Itaque ſi [illegible] quis ex veriſimili æſtimatur, multo magis bonus ex veriſimili ipſo cenſendus erit, præſumptione duplici cum bonitate [illegible], generali & ſpeciali. Veriſimile plane in ſpecie hac [illegible] tur, quod veriſimile non ſit, vt cont[illegible] [illegible] [illegible] tumque facere cum Rege aut Principe ſuo [illegible] non dubitet: ſiquidem vulgatiſſimum illud quemquam non [illegible]: *An neſcis longas regibus eſſe manus.* Et illud [illegible] *O [illegible] in [illegible] qualis formidine pœnæ.* Etenim cum par omnino potentior [illegible], cui cedere oportet iuxta illud ſapien[illegible]: *Cui ſubiectus [illegible] fortiora [illegible] potenti.* & illud: *Contra maiorem nemo præſumat honorem.* Gloſſ. *in l.* 3. *ff. de alienatio. iudi. mutan. cau. fact.* Quis credere poſſit, audacia tam prorupta ſubditum fuiſſe, vt vſuram in principem ſuum committere atteotauerit, vnde non ſolum rei familiaris iacturam faceret, ſed & pœnas alias præterea lueret ſiquidem non diffi-cile principi ſit, manifeſtam ſimulationem, ſi qua ſit, oſtendere.

24 Et ſponte ſua, † gratioſa principis cauſa habetur, cum novam ſententiam hîc fauore Iuriſconſulti induxerint. *l. fin. ibi; Papinianus & M. [illegible] ff. de iure fiſci.* Anchar. *in conſ.* 210 *inter contraria. column.* 2. *circa med.* Iudices enim varios, fauoreſq. multiplices fiſcus habet, vt laſon notat *vtrobi. C. de [illegible] edict. nu.* 4. *in* [illegible] *verſ.* [illegible] *P. [illegible] de Caſtro.*

Octauo, ſimulationis pignoriſque aut vſuræ ſuſpicio excluditur: quoniam ſi ſimulatum contractum dicimus, non poterit id non mutuum fictum pignuſque cenſeri; ſiquidem niſi in mutuo vſura non verſitur, vt [illegible] fictu, vt declaratum in ſuperioribus habemus. At enim quomodo dici mutuum poterit, cum eius repetendi facultatem Iacobus heredeſve eius non habeant? Mutui enim naturæ aduerſatur, quotiens ipſius repetendi licentia non eſt.

25 Ita vſuræ † ſuſpicionem ex coniecturis hac Ioan. Andr. [illegible] [illegible] *de vſur. apud Specul.* quem Caſtren. [illegible] *in conſil.* 289. [illegible] Bald. [illegible] [illegible] *in conſ.* 61 *ante fin.* [illegible] Illius [illegible], ſi heredes Iacobi Regis heredes competiere ſibi debeant, vt pecuniam, a Iacobo datam erogent, bonis [illegible] ſola [illegible] tibus factis, [illegible] obtinere ad poſſint. Itaque ſicut mutui naturæ non conuenit, vt repetere [illegible] liceat; ita mutui dici contractus non poterit, [illegible] ſupra habemus in argumenti: pro parte aduerſa [illegible] coniectura circa venditionem fundi Seu [illegible] ne ex pacto ſimulatio arguitur quod contra [illegible] naturæ venditionis eſt; ita ex diuerſo, ex eo ipſo [illegible] debet, quod venditionis naturæ conueniat, ne [illegible] pretium liceat, vt eadem ſit contrariorum diſciplina. *l.* [illegible] *ff. de* [illegible] *ſim vel alien. [illegible] l. & ſi contra. ff. de vulgar.* Atque in ſpecie ea Bald. hoc oſtenditur *in conſil.* 389. *quod dictum contractus. column.* 2. *lib.* 4.

Iure hoc heredum Iacobi, argumentis his octo ita corroborato, illud ſupereſſe demum video, vt ad obſtantia propulſanda aggrediamur, quibus effutis lucidiora omnia iuris [illegible] que fiant. Primum igitur argumentum non mouet, coniecturis præſumptionibuſque veriſimilibus ſimulationis labem docere.

Namque vt id admittamus; veriſimiles tamen coniecturas verſari in ſpecie controuerſia non concedimus. Immo enim argumentum hoc veriſimilitudinis reiectum in partem diuerſam paulo ante habemus in ſeptimo argumento. quod addiſtum [illegible] heredum ipſorum eſt: quæ veriſimilitudo ſimulationi repugnans ex fundamentis & aliis [illegible], quibus [illegible] pro heredibus ipſis [illegible]. Ex perſonis enim veri ſimilitudo colligitur, ex conſuetudine regionis, vt gloſ. not. *in l.*, *cum per* [illegible] *pulatione* [illegible] *ff. de reg. iuris.*

Sed enim integra Iacobi opinio non patitur, vt ad contractum vſurarium cogitaſſe eum [illegible]. Æque, ſi perſonam alterius contrahentis intuemur, id eſt, [illegible] [illegible] ſtate pendin, quod hîc non eſt, aduerſus regem [illegible] hoc per ſubditum attentari, ita vti dictum in argumento ſeptimo ſupra eſt.

Conſuetudo item regionis, ſicut contractibus id [illegible], immo & ſuſpectis magis aſſentitur, ne ſimulationis veriſimilitudinem pingit, quod diuerſa pars nititur. Veriſimilius item † id 26 dicitur, cum quo præſum[illegible] natura facit. Quocirca in pari probatione famæ tam bonæ, quam malæ, potius famæ bonæ probatio habetur, quaſi veriſimilior, ob præſumptionis naturalis concurſum. Bald. *in conſil.* 166 *proponitur, quod ex quodam inſtrumento. in fin. lib.* 2 *in conſil.* 77 *ad euidentiam praemiſſo fama populi.* [illegible] *lib.* 3. ſcite magis *in conſ.* 402. *quæritur an per ſolam [illegible] column.* 1 *poſt med. lib.* 5. Card. *in cap.* [illegible] *in tua. gl. fin. de ſponſal.* Anchara. *conſil.* 213 *in quæſtione presbyteri circa fin.* Abb. *in* [illegible] *P. ſolum fin. de accuſat.* Areti. *in cap. cum oporteat. eod. tit.* Corn. *in conſ. l.* 176 *circa fin & in conſ.* 261. *column.* 9. *lib.* 4. Dece. *in conſ.* 163. *column. penult. & in conſil.* 448. *column.* 2. *poſt med.* Ergo, pari etiam veriſimilitudinis cauſa hinc inde interueniente, potior tamen ea habenda, quæ famæ incolumitati fauet, potentior quippe habetur, vtpote cum qua coniuncta & naturæ præſumptio eſt.

Non obſtat, ſatis leues etiam præſumptiones ad ſimulationem hanc detegendam eſſe. Immo enim † vigentes veriſimi- 27 leſque eſſe præſumptiones oportet, ſi fidei quicquam Caſtrenſis ipſi ſibi contrarius habet. *in conſ.* 58. *viſis his, quæ ſuperius column.* 2 *lib.* 1. per text. *in l. ſed & ſi maritus.* § *fin. ff. qui & à quibus.* Probationem item liquidam & euidentiſſimam exigi. Caſt. idem argumentatus *in conſ.* 74 *in cauſa mona[illegible] dominam Dorotheam. column.* 2. *circa med. lib.* 2. Probationes dilucidas in ſimulatione demonſtranda Caſtren. idem poſtulat *in* [illegible] *ſil.* 388. *plus. ante fin. lib.* 1. per tex. *in d. l. ſed & ſi maritus & l.* [illegible] *ſi mulier ff. rerum amot.* ex Bar. atiam id probat *in conſ* 65. *factum tale eſt Petrus Nicol.* Sed & plane perfecteque ſimulationem probandam Caſtr. idem putat *in conſil.* 461 *viſo & conſil.* [illegible] *que in facto column. an fin. verſ. nec obſtat. qui* [illegible] *producitur lib.* 2. Probationem item ſimulationis apertam Anchar. deſiderat *in conſ.* 109. *dubium, de quo, ſupra num.* [illegible] *verſic. item quæ allegat.* Et obſeruandum, in creditore ſuſpecto atque vſurario Anch. loqui. Cum ſententia hac Bal. quoque facit *in conſil.* 456. *Seia. column.* 1 *poſt princ. lib.* 1. ſimulationem non præſumi, niſi expreſſim doceatur.

Reſponſio eadem dari ad illud poteſt, locum ſemiprobationi iuramentoque ſuppletorio in ſimulatione eſſe. Negari enim id ex prædictis poteſt.

Atque in ſpecie, ſemiprobatione contentus Bald. non eſt *in conſ.* 3 [illegible] *quidam Thomas de Lande column.* 2. *poſt med. in* 4. *de. boo. lib.* [illegible] vbi clariores luce meridiana probationes expoſtulat, perinde, quaſi criminale iudicium verſetur; probationibus tamen aliis exceptis, quæ canonum præſumptionibus iuuantur, de quibus *in d. c. ad noſtram.*

In concertatione & contradictione hac Doct. diſtinctione explicandam rem puto; vt ſi quidem criminaliter ſimulatio opponitur, plena ibi perfectaque probatio requiratur: cauſam aliam iudicii ciuilis eſſe, in quo ſatis coniecturæ videntur, vt author Lapus eſt *in cap. quanquam. de vſur. lib.* 6. Quem ſequitur Ioan. de Ana *in conſ.* 49. *poſt med.*

Hic tamen obſeruandum, coniecturas quaſuis paſſim non admitti, ſed vigentes vehementeſque requiri: ſiquidem contra perſonam vitæ inculpatæ, & à ſuſpicione vacuam ſimulatio obiicitur. Idque ea Corn. colligitur *in conſil.* 288. *column.* 6. *lib.* 4. Ex Bald. id iuuatur *in d. conſil.* 381. *an quæſtione Galeagius column.* 2. *in fin. lib.* 5. coniecturas ad ſimulationem probandam ex perſonis, ex fama loci, & probationibus aliis veriſimilibus colligi, quod aliæ contra viliorem & ſuſpectum, aliæ contra grauem honeſtioremque hominem coniecturæ deſiderantur.

Fortiores aduerſus eum coniecturæ deſiderantur, quem populi fama non onerat, atque contra eum, qui ſuſpectus vulgò habetur. Eiuſdem ſententiæ eſt, quod Bald. ſcribit *in d. conſil.* 402. *quæritur, an per ſolam diffamationem. column.* 1. *lib.* 5. ſuſpectum † inſtrumentum hoc ipſo intelligi, quod à Notario 28 conſcriptum eſt nominis minus integri, tametſi in ſolidum fide non careat. Sic ob vitæ ſuſpicionem facilior falſi probatio contra inſtrumentum admittitur. Cum qua ſententia Ioan. etiam de Ana. facit *in d. conſil.* 49. probationem leuiorem per coniecturas contra Notarium ſuſpectum recipi: de quo dictum & apud nos eſt *in conſil.* 134. *numer.* 34. Sic quod ſcriptum à Caſtrenſi legitur, ſatis ad ſimulationem detegendam

& ſcientiam præſumi, quotiens id genus factum venerit, quod notum eſſe ſolet per text. in *c. quanto. de transla. epi. & in c. ſi iud. de cler. excom.* Scientiam item ex his colligi, quæ vulgo fieri aut communiter ſolent, Caſtr. ſcribit in *conſil. 94. claretus de munere n. 2. lib. 1.* Corn. in *conſ. 156. col. 1. circa med. lib. 3.* Decius in *conſ. 304. n. 3. & 4.* Sed enim qui cum principe aliquo contractus ſunt, notiſſimi omnibus eſſe ſolent.

Quarto reſpondetur, ignoratos contractus hos apud hæredes officialesve Regis faciamus, nihilo magis damnoſum ſilentium eſſe Iacobi hæredibus poteſt, in quibus tacitus, atque regis hæredibus admiſſi ignorantia poteſt. Atq; vbi eos contractus non latuerint, non propterea ſuſpicio ſimulationis oriri in eos poteſt; ſiquidem à defuncto facti contractus ſunt, quos licitos illicitosve facere hæredum factum ſilentiumve non poteſt: ſiquidem initium ipſum obſeruandum, demonſtratum in ſuperioribus habemus. Quid enim contractibus initio offitere hæredum ſilentium factumve poſſit, ſi iuſte probeque verſatus Iacobus ſit? An non dictum ſatis ſuperius eſt, quod licite actum initio apparet, illicitum id ex caſu ſuperueniente non fieri? Cæterum iuſtos licitoſq; contractus hos principio fuiſſe, dilucide cumulateq; oſtendimus.

Quinto reſpondetur, † vbicunque in partem bonam malamque verti interpretatio poteſt, in bonam id accipiendum, 55
vt delictum excludatur *d. l. merito ff. pro ſocio & d. l. quotiens. § qui dolum. ff. de probatio.* late Bart. & alii in *l. non ſolum. § ſed vt probari. ff. de oper. noui nunciat.* Idque locum verba etiam oſtendendo habet. Gloſſ. in *can. ne quis arbitretur. in gl. 1. prope fin. 22. quæſt. 2.* Marſil. in *conſ. 2. col. 3.* Socin. iun. in *conſ. 84. in fin. lib. 1.* Sed & ſic intelligi verba oportet potius, quam delictum admittatur, vt habetur in *ca. cum tu. de teſtib. in l. 1. §. creditum. ff. ſi certum pet.* & apud nos in *conſ. 6. nu. 126. in conſ. 8. num. 2. & in conſ. 9. nu. 24.* Hoc amplius, & contra principem ipſum locus interpretationi huic eſt, per quam delictum amouetur. Inde fit, vt fides principi non habeatur, ſi delictum admiſſum à quopiam contineat. Ruin. in *conſil. 46. col. in. 2. in fi. li. 1* & vberius apud nos in *tract. de antiq. temp. par. 1. num. 5. verſ. hoc igitur ita præſuppoſito, quod princeps, &c.* Silentium plane, de quo in coniectura hac octaua non minus æqui bonique conſuli, ac in partem deteriorem accipi poteſt: quod enim nihil dictum ab hæredibus Iacobi, quod petitio cenſuum facta ab eis non ſit, cauſa duplici fieri id potuit: vel quia ignari cenſuum debitorum eſſent; vel metu principis hæredumque eius reuerentiali, vt nominatim Aochar. tradit in *conſ. 260. in quæſtione, quæ vertitur inter nobilem virum col. fi. circa med.* vbi † metum 56
reuerentialem in ſubditis præſumit, qui à domino caſtri collectas non exegerunt. Si contra dominum caſtri vnius metus iſte præſumitur, quid in principe dicendum?

Sexto, præmiſſorum omnium nihil eſſe fac; iure tamen expreſſum non legitur, vt debitum ſuum annuum inuitus quis exigat. *C. vt nemo inuitus.* Neque iure ſuo ob id carei, præterquam ſi præſcriptionem patiatur. Quare argumentum hoc, de quo in coniectura hac octaua, ab illo pendet, quod poſitum in præſcriptione eſt: ſecundum quæ fraudi aut damno eſſe non aliter ſilentium hoc poteſt, niſi ſi temporis tanti ſit, quod ad præſcriptionem ſufficiat. Cæterum quod ad religionem attinet, quo animo in longum ductum ſilentium ſit, hæredum ipſorum cogitatio omniſq; fuerit.

Septimo obſeruandum in coniecturis his, quæ aduerſus dationem inſolutū obiiciuntur, obnoxiā dationem † hanc in- 57
ſolutum expugnationi ſimulationis non ſimiliter, vt venditionem, eſſe, ex pacto puta de reuendendo, pretioque exiguo, vt auctor Fulgo. eſt in *conſ. 133. in quæſtione verſa col. 1. in fin. verſ. ſed illud.* Cuius ſententiæ Dec. quoque eſt in *conſ. 18. col. 2. in fi. in conſ. 167. col. 2. in fi. ver. tertio reſpondetur. & in conſ. 308. c. 2. ante med. verſ. 2. quia hic agitur.* Iaſ. in *conſ. 150. nu. 2. & in conſ. ſeq. col. 2. in fin. ver. pro eadem parte. lib. 4.* Quam opinionem amplectitur & Iaſ. idem videtur in *conſ. 93. col. 7 verſ. tertio principaliter. lib. 1.* ſententiæ huic & Pariſ. adſtipulatur in *d. conſ. 75. nu. 33. lib. 4.* tametſi imitatus Dec. Pariſiusque in ſpecie hac legatur. Addo Decia. *reſponſ. 13. mouer. 79. lib. 2.* Et quanquam ſententiam hanc omnino non probo; illud certe negare non licet, quin difficilius ſimulationis datio inſolutum, quam venditio damnetur.

Octauo, vacua à dubitatione omnis ex eo res videtur, quod contractus omnes iſti ab hæredibus Iacobi approbati proponuntur: quo caſu neque ignorantiam eorum cauſari, neque ſimulationis obiicere exceptionem licet. De ignorantia nihil
eſt quod

58 eſt quod laborari oporteat, ſiquidem † non aliter ratum haberi quid poteſt, niſi ſi cognitum id ſit. *leg. quo tamen. §. Iulianus ait, ratum factum ff. rem ratam haber.* Specul. *de empt. & vendit. §. 3. verſicul. ſi vero.* quem Iaſ. ſequitur in *conſi. 184. column. 4. in fin. lib. 2.* vnde veriſimile eſt, certiores hæredes de contractibus ante factos, quam ratos eos haberent. De ſecundo, quod obijci ſimulatio poſt ratihabitionem nequeat, ex Roman. probatur in *conſil. 304. plura ſunt, in fin.* cum quo Ruin. conſentit in *conſi. 16 numer. 12. lib. 4.* Itaque ſcientia vera contractuum interueniente, dubitandum non videtur, quin damno parti ratihabitio ſit.

Non eſt admonendi in ſimulatione oppoſita ſumus, permagni referre inter vſuram, & lucrum turpe: nihil quippe prohibet, turpe in contractu lucrum verſari, fœnoris tamen vitio
59 remoto, veluti cum taxatio † intereſſe certi in mercatore fit, cuius nomine Dei ſolius vltioni mercatorem vſurarium relinquendum Calderi. putat in *conſi. 11 ante fin. de vſuris.* ſed nec in foro contentioſo taxationem hanc in mercatore admitterem, extrauagantium, Cæſariſque conſtitutione, & patriæ moribus remotis; quibus interuenientib. moleſtiæ vlli iudiciali locum non putem. A diuina plane ope conſilium ſibi capient, quorum refert. De lucro item turpi, vſuræ verbo non facto, Roman. meminit *ſing. 217. ſi is heres interrogatus.*

Decimo & vltimo obſeruandum circa ſimulationem oppoſitam, etſi maxime læſio nimia in pretio interueniſſet, perpetuuſque fœnerandi mos Iacobo fuerat (quod nequaquam eſſe, apertiſſime ſupra oſtendimus) attamen cum in vſu Iacobo
60 eſſet, † negociationem gerere, quatenus pro lucro tribui mercatoribus ſolet, eatenus incolumis ſors maneret, neque minor à fructibus fieret. Rationem quippe haberi eius oportet, quod mercatoris ipſius intereſt, quia ſoluta ſors non fuit. Quid enim, ſi aurei numerati duodecies mille fuerant, numquid ſteriles eos iacere paſſus Iacobus eſſet? Ita ſcriptum Calderinus in *conſi. 78 amice, & maior* per text. in *d. leg. Titia. ff. de ſolutio.* qua ſententia in iudicijs faciendis curia Parlamenti Taurini vtebatur.

Ad quem modum dictum arreſtum vidi in cauſa quadam hominis mercatoris de Sandris à Foſſano, contra municipes certos ex Sauiliano, quibus cognomen Muratoribus eſt.

Quibus perſpectis, nihil eſt, quod in ſimulatione patefacienda tantopere laboretur: nihilominus enim decem ob intereſſe poterit, quem quintum in centibus annuis eſt. Sed & ſex in centena ſingula, ni fallor, conſtituta à Senatu Taurinenſi mercatori Sandrio intereſſe nomine ſunt.

Satis multa ſcripſiſſe de his videor, quę ad ſimulationem attinent: iſta ſi nunc ſupereſt, vt argumenta alia diluamus quæcunque obiecta aduerſus contractus ſunt. Itaque ſecundum principale argumentum non obſtat, quod à præſcriptione pendet, & in quo dictum eſt, contrariam præſcriptioni fidem malam defuncti non eſſe; ſiquidem initium præſcriptionis dare hæredes velint. Namque quicquid viſum Doct. tam multis ſit è regione ſup. enumeratis; ſententiam diuerſam ceu meliorem
61 rationemve † maior Doctorum pars probat, vt videre apud Roman. licet in *conſi 149. ante fin. & in conſi. 101. pro deciſione.* Abb. in *conſi. 1. quæſtio. 14 & in conſi. 19. lib. 1.* Fulgo. in *conſi. 64.* *Franciſcum Sarra, in ſecundo dubio.* Io. And. in *addit. ad Spec. in tit. de præſcriptio. §. final. verſicul. quid ſi debitor.* Paul. de Caſtr. in *leg. 2. & in leg. ſi putauit. §. heres. ff. de vſucap.* Butr. Abb. & Imol. in *cap. ſi diligenti de præſcriptio. & cap. fin. eod. tit.* cum hæres cenſeatur eadem perſona, & teneatur exonerare conſcientiam defuncti. *cap. fin. de ſepult.* Quam opinion. Alexand. amplectitur ſin diſſimilis, in *leg. Pomponius. §. cum quis. ibique Roman. ff. de acquiren. poſſeſſ. in conſil. 84. circa princip. lib. 1. in conſi. 4. numer. 40. in fin. & ſequen. conſi. 89. vers. pen. numer. 8. in conſi. 213. numer. 9. verſi. ſecunda ratione. lib. 2. in conſi. 53. numer. 9. verſi. hoc præſuppoſito. in conſi. 99 column. fin. verſic. præterea etiam lib. 4. in conſi. 4. column. 1 fin. in conſil. 51. num. 4. verſi. quæ in mandato lib. 5. & in conſil. in column. 3 in 1 lib. 6.* Eidem opinioni Socin. quoque adhibuiſſe ſectam & ipſe pugnans in *conſi. 82. numer. 15. lib. 4.* Calca. in *conſil. 26. column. fin.* d. opin. hanc frequentiorem Felin teſtatur in *cap. ſi diligenti. numer. 6. de præſcript.* Deci. in *conſi. 353. numer. 2. verſi. nec obſtat quod non allegatum.* Iaſ. in *d. l. Pomponius. §. cum quis. col. in pen.* Bib. *in tract. de præſcript. in 6 cum la parte tertia parte princip. quæſtio 12. num. 80.* Eandem opin. & nos ſecuti ſum. in *conſi. 146* in *ſi.* Ianus in *con. 388. n. 10. in con. 431. in con. 343. n. 25. in con. 46 n. 15.* Curt. iun. in *conſi 177. column. final. & in conſi. 181. column. fin.* Ruin. fuit & ipſe diſſimilis. in *conſi. 40. numer. 18 in conſi. 68. column. penul. circa fin. in conſi. 170 col. fin. lib. 1 in conſi. 45. column. pen. poſt princ. in conſi. 118. col. 4. in princ. in conſi. 46 column. fina. lib. 4. & in conſi. 141. in fin. lib. 5.* Chaſſan. in *conſi. 11 numer. 30.* Grad. in *conſi. 1. col. 8. circa fin.* Rubeus Alexandrin. in *conſil. 13. column. 4. in fin.* Paul. in *conſil 26. numer 21. in conſi. ſequen. numer 29 in conſi. 29. numer 26. lib. 1. in conſi. 66. numer 180 in conſi 92. numer 57 lib 3.* Socin. iunior in *conſi 69. numer. 47 in conſi. 76. numer. 21 & ſequen. in conſi. 144. numer. 55 & ſequen. lib. 1. in conſi. 11. numer. 17. & in conſi. 182. numer. 28. lib. 2.* Riminal. in *conſi. 100. num. 52. lib. 1.* Albert. in *conſi. 58 num. 1.* Capic. *deciſ. 4. numer. 12.* Natta in *conſi. 162. numer. 15.* communem eſſe dicit Gabriel. *de præſcrip. concluſ. 5. numer. 2.* Decian. in *Reſpon. 2. num. 198. lib. 1. & reſpon. 108. num. 42. lib. 3.* vbi alios citat.

Secundo ad præſcriptionem reſpondetur, non ſolum defunctum, ſed & hæredes ipſos fide mala teneri, qui ſcientes contractuum fuerunt, tam fundi Sempronianii, quam cenſuum, ita vt ex ratihabitionibus liquet, in quibus contractuum ipſorum memoria habetur, ex qua mentione † ſimplici ſcientiam 62
præſumi Bartol. aliique not. *in l. qui Romæ. §. duo fratres in 4. & 5 quæſt. ff. de verbo. obligatio.* cum alijs apud nos relatis in *conſi. 193. num. 7. in fin. & in conſi. 201. num. 31.*

Quid dicendum ſit erit, vbi non ſimpliciter mentio facta contractuum ipſorum eſt, ſed & tenor eorũ in ratihabitionib. enarratus, quo caſu ſcientia vera probataq; nõ ꝑ ſupra oſtenditur. Ex ſcientia plane fidem malam duceri, manifeſtamq; fieri, non ambigitur. *leg. cum venium. §. petitam ff. de petit. hæredit. l. 2. Cod. eo. titul. l. fundus Cod. de rei vendica. cap. ſi in fin. de orator.* Et inde ſubito te fides mala ex eo deducitur, quod deberet ſe tenere contrario ex ignorantia fides bona præſumitur. Caſt. in *conſi. 98. in cauſa appellationis. in 3. in fin. lib. 2.*

Dixerit aliquis, malam fidem hanc hæredum fraudi eis non eſſe, vtpote quæ præſcriptione iam firma acceſſit, id eſt, poſt annos triginta à morte regis excurſos, ſi tempora ratihabitionum ſupputemus. Sed reſpondetur, annorum 40. † præ- 63
ſcriptionem hic exquiri propter hypothecam in contractu interpoſitam, quæ minori tempore, quam annis 40. non tollitur, quotiens contra debitorem ipſum hypotheca competit: ſimiliter vt hic contra hæredem regis, à quo Camera pignori nexa poſſidetur. *d. l. cum notiſsimi. in prin. Cod. de præſcript. 30. vel 40. an. leg. intelligere. Cod. de luitio. pig.* Fulgoſ. in *conſi. 83.* Bonacur. *in column. 2 in fin verſi. illud poſtremo & in conſil. 23. & p anno.*

Sed iterum dicturus aliquis erit; ſiquidem hypothecariã poſſeſſor conuenitur, neceſſariam diſcuſſionem ex portionibus cohæredum videri. *authen. hoc ita. Cod. de pignor.* Reſpondetur, locum id habere, ſi cum poſſeſſore tertio actio hypothecaria exercetur; cauſa alia eſt, † ſi cum hæ rede ipſo debitoris actio 64
inſtituitur: inſolidum enim is hypothecariam patitur, etiam ſi inſolidum rem obligatam non poſſideat *leg. 2. Cod. ſi vnus ex pluribus heredib. credit.* Rei cuius ratio illa eſt; quoniam in diuiduum hypothecæ ius dicitur. *leg. in executione. § penul. ff. de verb. obligatio. leg. quamdiu. Cod. de diſtractio. pign.* In indiuiduis plane inſolidum hæres quiſque tenetur *leg. vna. ff. de ſeruitu. leg. fin. ibique glo. ff. de ſeruitu. legat. leg. 2. § ex his. & leg. 4. §. Cato ff. de verbor. obligatio & alia complura.*

Tertium argumentum nec tantulum mouet. Inficias enim modis omnibus imus, remiſſos, aut donatos fructus, aut cenſus excurſos intelligi, qui pauci aut exigui non ſunt. Et quod ex diuerſo in argumento obiicitur, ad fructus exiguos pertinet, ſanguinis etiam coniunctione intercedente. Paul. de Caſt. & alij in *leg. fin. Cod. de collatio.* Socin. in *conſi. 40. column. 2. lib. 4.* Corn. in *conſi. 271. column. 1. poſt med. lib. 1.* expreſſius in *conſi. 121. column. 1 lib. 2. in con. 58. column. final. & in conſi. 214. column. fin. lib. 4.* Ruin. in *conſi. 16. column. 4 in princ. lib. 1.* Generaliùs Fulgo. ſcribit in *con. 67. ſuppoſita in ſ. t. donationem* † ratione coniunctionis niſi in modicis 65
non præſumi. Quid hic dicendum, vbi ſanguinis vlla neceſſitudo non eſt, quæ interueniente, etiam in fructib. conſumptis inter eos donatio præſumatur, etiam ſi magni ſint, quicquam hic affirmare non ſtatui, cum neceſſaria diſceptatio non ſit.

Quartum etiam argumentum non obſtat, quod exhibita contractuum inſtrumenta ſub die proclamationibus non ſunt. In promptu enim reſponſio eſt. Namque aut ratihabitionem hæredum proclamata antecedunt, aut ſequuntur. Si præcedunt, receſſum à iure proclamationis per ratiha-

ratihabitionem eſt, quæ fieri citra derogationem proclamatam non potuit. *leg. ſi filius. ff. de minor. leg. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. l. fi. §. illud ff. de donat. l. ſi is patronus ff. de oper. liber. c. ex literis. de tranſactio. c. ex pte. de his, quæ fiunt à maiori par. Cap. c. dilecto. de praben.*

66 Inde fit, † vt ſi termino reuendendi exacto, venditorē emptor rogat, vt pretium reſtituat, à iure diſceſſum intelligatur, quod ea lapſu quæſitum termini eſt, Imola autore, *in conſ. 10. in ſecundo dubio.* Roma *in conſ. 27. in quarto dubio.* Soc. iun. *in conſ. 145. num. 25 lib. 1.* & quod ſcriptum apud nos eſt *in conſ. 24. col. 1. in fi.* per diuiſionem teſtamento contrariam renunciatum teſtamento intelligi, cum talibus ſexcentis. Aut ratihabitionem proclamata ſequuntur, quo caſu pernicialia heredibus Iacobi pro-

67 clamata non ſunt † namque cum cenſores heredes regis de contractibus his eſſent, quos approbauerant, nominatim citare heredes Iacobi, non generaliter ex proclamatis debebāt. Inno. & alii *in c. humilis. de maiori. & obed.* Bal. *in conſ. 126. vxor. lib. 2.* Bar. & alii *in l. decem. ff. de verb. obl.* Fulg. *in conſ. 157. viſis col. 1. poſt med. ver. ad id autem, quod dicebatur.*

Secundo reſpondetur, paritum proclamationibus eſſe ſecundo loco factis, per quas receſſum à iure omni eſt, ſi quod quæſitum ex prioribus fuiſſet. Renunciatum enim iuri intelligi, quod acquiſitum ex lapſu termini eſt, quotiens terminus alius indulgetur, teſtatum mox ex Imola habemus *in d. conſ. 10. in ſecundo dubio.* Roma *in d. conſ. 27. in quarto dubio.* Soc. Iun. *in d. conſil. 145. n. 25. lib. 1.*

68 Tertio reſpondetur, † non aliter damnum in rebus momētoſis ex proclamationibus id genus infligi, niſi ſi adhibita cauſæ cognitio ſit. Paul. de Caſt. *in conſ. 436. ad primum videtur dicendum, quod d. de commiſſariis in vltimo dubio lib. 1.* ex Inn. *in c. cum in tua. qui matri accu. poſſ.* Bald *in l. 1. C. qui admitti.* Sed enim res hic momenti non tenuis vertitur, in qua cauſæ cognitio nulla prorſus interuenit.

Quarto reſpondetur, proclama ſatis vnicum non eſſe, & alterum minimum cum impoſitione ſilentii exigi, vt Dec. ſcribit *in l. ſi. colum. 16. Cod. de edict. diui Adria. tollen.* Ripa *in l. rem quæ nobis. colum. 9. ff. de acqu. poſſ.* Atqui proclamato obtemperatum ſecundo eſt. Sed & monitiones tres Rebuff. deſiderat *in tra. de conſt. colum. 4.* ex Bald. *in d. l. ſi. quæſt. 4.* ex gl. *in cle. 1. de vita & hon. cle.* Io. And. *in c. ex tua. de cle. non reſiden.*

Non obſtat, quod aduerſarii aſſerunt, ſolutam ſortem aureorum duodecies mille, quibus comparatus inſolutum datus cenſus eſt, vel ſaltem modo alio obligationem ipſam fortia peremptam, acceptilatione puta, nouatione aut compenſatione. Mirari ſatis nequeo, quomodo huiuſmodi argumento pars vtatur. In facto enim ſolutio, acceptilatio, nouatio, & compenſatio ſunt, ob id probationem deſiderant, ſic quomo-

69 do dictum in ſuperioribus habemus. Atque in ſolutione † ex tex. id probatur *in l. quinquaginta. ff. de probatio. & in l. 1. C. eod. tit.* glo. & Doct. *in l. 2. C. de iure emphy.* Bal. *in conſ. 508 tenor. colum. 1. poſt med. lib. 5.* Ratio eadem nouationis, acceptilationis, & compenſationis eſt, in facto quippe non minus ſunt, atq; ſolutio.

Secundo reſpondetur, à veriſimili allegationem hanc diſtare, ſiquidem ſegnes adeo vecordeſve regis officiales non fuiſſent, vt integram incolumemve cenſuum obligationem manere paterentur, ſi extincta ea, ratione quacunque fuerat: quæ res committi ſine maxima negligentiæ turpitudine non pote-

70 rat. Negligentiam plane † non præſumi, iuris ambigui non eſt. *l. idemque. in princip. vbi que Bar. ff. pro ſocio.* Bart. *in l. ab hoſtibus. § ſi. ff. ſolut. matrimon. in l. tutor qui repertorium § pen. ff. de admin. tutor. & in l. de pupillo. § ſi quis ipſi pretori. colum. ſi. ff. de oper. non. nunciat.* Ruin. *in conſ. 74 colum 5. in princip. lib. 4.* Card. huc accedit *in conſ. 27. colum. 2. poſt med.* diligentem in dubio quemquam præſumi, per tex. *in l. cum de indebito. §. ff. de proba. in l. regula §. 1. ff. de iuris & facti ignor. & in l. 1. C. qui & aduer. quos.* idem Roma. att in *conſ. 481. præſente. colum. 2. in fi.* vbi diligentem vnumquemque in his præſumit, quibus peragendis tenetur, per tex. *in l. fi. C. de alim. pupillo præſtan.* Idem ex Rota probatur *dec. 125. ſuſpenſa acceptanti. in nouis.* Si priuati hominis cauſa diligentia præſumitur, quid in officialib. publicis regis dicendum erit? pro quibus amplius non parùo circa diligentiam, & officii eorum functionem lex præſumit. *l. ſi is qui decurio in fi. C. de falſis. c. illud de præſumptio. c. ad audientiam de præſcrip. c. niſi eſſent. vbi que Abb. & alii de præben.* Inno. *in c. … de cler. peregri.* Freder. de Senis *in conſ. 259 ra. in talibus eſt, poſito. colum. 2. ante med.* late Geminia. *in conſ. 57. & alia non pauca.*

Quod vltimo loco obiicitur à Rege aut heredibus eius o-

mnibus, non ab eo cenſum petendum, qui dominus loci eſt, in quo conſtitutus cenſus legitur, ad rem non attinet: ſiquidem contra † poſſeſſorem rei cenſualis, ob cenſus etiam ſuperioris temporis, intendi iudicium oportet, vt eſt apud nos *in conſ. 217. num. 6.* quæ opin. vera ſine dubio videtur; ſiquidem hypothecaria agitur, vt Caſt. docet *in conſ. 333. viſo puncto ſupraſcripto. Ano ſunt lib. 1.* 71

Cæterum cōſilium ſecum heredes Iacobi capient, cum heredibus ne regis, an cum rei cenſualis poſſeſſore certamen iudiciale ineant. Tutius tamen futurum exiſtimo heredi regis hypothecariam intendere, à quo res ipſa cenſibus obnoxia poſſidetur: ſiquidem inſolidum contra heredem quemuis hypothecaria hæc datur, etiamſi ab omnib. heredibus, pro portionibus hereditatis bona pignori ſuppoſita poſſideantur, ita vti probatum in confutatione argumenti ſecundi principalis habemus, quod de præſcriptione pendet, par text. *in d. l. 2. Cod. ſi vnus ex plurib. heredi.* Quam hypothecariam ſpatio minori quam annorum 40. non perire oſtendimus. Papiæ 7. Auguſti 1559.

Pro Illuſtri Comite Hannibale à Vicecomitibus Mediolani.

SVMMARIA.

1 *Diſputando & opponendo veritas magis eluceſcit.*

2 *Matrimonium qualiter probatur. & per totum conſilium.*

Matrimonium probatur quoties pro coniugibus aliqui ſe tractant, & gerunt, fama ac longa cohabitatione accedentibus, ſic econtra ex aliis matrimonio non congruentibus negatiua probatio. ibid. Quæ autem tractatus requirantur, vide n. 10. verſ. quarto ex teſtibus.

Sine matrimonio legitima proles non naſcitur num. 2. ver. ſecundo ſcire debemus

Matrimonium ſicuti cauſa grauis & ardua æſtimatur; ita probationes deſiderat luce meridiana clariores, iudices criminales exemplo: inde dicimus ex præſumptionibus leuis matrimonium non iudicari ibid. & num. 16 ſimiliter ex eo matrimonium non probatur, quod in domum viri vxor deducitur. d. num. 2. ver. matrimonium plane.

Matrimonium ex fama non probatur cohabitatione etiam accedente; idem ſi coniuges inuicem aliqui ſe appellent, concubitu etiam addito, niſi ſi & vicinia fama opitulet ur. ibid. ver. Atque ex fama.

3 *Mater tutrix repetito matrimonio iure ipſo tutela priuatur, ad quam mortuo etiam ſecundo marito redire non licet, niſi tutor alius non inueniatur.*

4 *Vulgo id vnicuique indicatur, quod fieri vulgo ſolet.*

Solitum. A ſolito argumentari licet. ibid.

Veriſimile non eſt factum quid fuiſſe, contra quam fieri ſolet. ibid. ver. Qua item ratione.

5 *Fama ſola ad quaſi poſſeſſionem filii legitimi ſufficit, vt pro legitimo is habeatur, quem pro legitimo populus exiſtimat, tractatu etiam parentum remoto: item econtra, ad filium legitimum iudicandum fama ſufficit.*

Fama duplici interueniente, illa præfertur, quæ teſtibus pluribus confirmatur. ibid. verſi. hoc amplius. Quod ſi par teſtium numero ſit fama probata, præualet quæ teſtibus dignioribus adiuuatur, nu. 1… verſi. Pari etiam teſtium numero

6 *Denominatio ab effectu ſumitur.*

7 *Tractatus patris fortior fama habetur, ideo illegitimus filius ex tractatu hoc iudicatur etiam ſi contraria fama ſit.*

Legitimatio. Ad filium non legitimum iudicandum legitimationem Doct. obſeruant. ibid. ver. Poſtremo in ſpecie. Declaratur nu. 66. ver. alia quoq; concluſio

8 *Qualitas probanda, alioquin inutilis facti probatio æſtimatur.*

Tractatus patris quo ad filium legitimum quaſi ex matrimonio natū ſufficiens non nocet, ſed ipſis demum parentibus ita tractantibus. ibid. ver. ſecundo principaliter. Declaratur nu. 78.

9 *Sententia inter alios lata facilius alios nocet, quam confeſſio; quoniam voluntaria confeſſio ſit, ſententiam vero inuitus quis patitur. Hinc fit, vt quibus caſibus ſententia inter alios prolata alios nocet, confeſſio tamen, tranſactio, compromiſſum, vt hæc atque ſententia alios non præiudicat.*

Confeſſio inter alios facta difficilius præiudicat, quam ſententia inter alios prolata. ibid.

Res inter alios acta. Sententia inter alios prolata facilius præiudicat, quam confeſſio. ibid.

Confeſſio heredis legatariis non nocet, diuerſum eſt in ſententia aduerſus heredem prolata. ibid. verſ. atq; in confeſſione

Sententia contra ſubſtitutum prolata ſub ituto ſequenti non nocet, diuerſum eſt in ſententia contra heredem lata. ibid. ver. ſed enim damno & n. 82. ver. non obſtat.

Dos confeſſa. Ad dotem confeſſam diſpoſitio auth. Res quæ. Cod. com. de leg. adii cribitur, ac alioquin liberum heredi grauato ſit, fideicommiſſa ſoluto confitendo ſubmouere. Similiter ad dotem confeſſam priuilegium præiationis … at hec an ea pertinet, compenſationem pariter confeſſa dos patitur quam vera non admitteret ibid. ver. hoc in ſpecies …

Confeſ-

Google

9 Confeſſio. Confitendi facultas his tribuitur, quibus alienare iura derogare non licet, quoties ex ea confeſſione alienatio inducitur. Quod exemplo declaratur. ib. verſ. & in vniuerſum. Vide nu. 80. ver. ſecundo reſpondetur. Declaratur num. 82. verſ. eiſdem modis Deciſiones alio diluuntur.
Confeſſio patris etiam inermi legitima tenet in minimis, veluti ſi in agnato pecuniam quantitatem apud ſe depoſitam fuiſſe vel tantum affirmet, qua vtilis ita, minus legitima ſicut, ib. ver. & in vniuerſum.
10 Teſtes ſingulares non probant. Et quibus Caſibus probent, declaratur num. 84. & ſeq.
Tractatus filiationis legitima an ex educatione colligi & haredis inſtitutione poſſit. nu. 10. ver. Quarto ex teſtibus. Et nu. 21. vſq. ad nu. 28. & n. 89. remiſſ. verſ. ſimili modo arg. dicimus.
11 Fama ſola ad prolem legitimam aſtimandam non ſufficit, & ibi qualiter fama probari debeat remiſſiue.
Præſumptionum coniunctio ad probationem plenam faciendam non ſit, quoties imperfecta ſingula ſunt, ib. ver. nec coniungere.
12 Filiatio legitima ita ex tractatu parentum probatur, ſi cohabitatio accedat, & tractatus in vicinis ſcientibus ſecutus ſit. Rurſus tractatus non ſufficit, niſi de matrimonio præſumpto ſaltem fides fiat, ibique differre oſtenditur inter probationem filiationis ſimplicis & filiationis legitima. verſ. Octauo quicquid. Declaratur quod de cohabitatione dicitur, nu. 80. & & num. 94. & de ſcientia vicinorum, num. 92. & de filiatione legitima, num. 92.
Filius legitimus. Ad filium legitimum teſtium verba non pertinent, qui ſilium quem eſſe ſimpliciter aſſerunt, ibid. ver. vnde Alcia. ſcribit. Sed Alciati opinionem Autor impugnat, nu. 76. & nu. 92. ver. ſecundo principaliter.
13 Textus in auth. ſi quis liberos C. de natu. lib. declaratur.
Filius legitimus. Quod dicitur, legitimum filium hoc ipſo fieri, quod hæres ſcriptus quaſi filius teſtatoris eſt, iuxta auth. ſi quis liberos. C. de natu. lib. ad eum caſum reſtringi debet, quo ex concubina in domo retenta natus filius dicitur; rurſus id procedit viuente muliere, cum nominatio ſit, ibid.
14 Actoris intentio vbi clara eſt, rei vero ambigua, ſecundum actorem ipſum pronunciandum, tum fortior plenior & probatio eſt.
15 Quaſi poſſeſſio filiationis poteſtatem in petitorio aut deciſoriis non habet, vide nu. 19. quam ſententiam autor impugnat, n. 97. docens contrariam opin. frequentiorem Doct. calculo receptam.
16 Matrimonii cauſa ad epiſcopum ſpectat de conſuetudine curiæ, nec inferior epiſcopo ſuper matrimonio ius reddit.
Matrimonii cauſa cum grauis ſit, & ardua, teſtes deſiderat omni exceptione maiores, & probationes luce ipſa meridiana clariores, ibid. Declaratur nu. 58. & 104. vbi de pauperibus & vilibus perſonis agitur.
17 Teſtes vbi ſunt varii, teſtimonio eorum vltimo in tormentis lato credendum, limitatur nu. 98. ne locum habeat in teſte periuro. Et vbi prius teſtimonium extra tormentum dictum verisimilius eſt, vel ſi ita indicit ex cauſa aliqua rationabili videatur. Rurſus limitatur, quoties prius teſtimonium cauſæ fauorabili gratioſius eſt. Quæ limitatio noua Autoris eſt, vel ſi poſt teſtimonium prius dictum cum parte diuerſa locutus teſtis eſt, propter ſubornationis periculum. Item, ſi parte non citata teſtimonium in tormentis dictum ſit, nu. 19.
18 Teſtes ad æternam rei memoriam recipi non ſolent, niſi ſenes, & valetudinarii.
19 Quaſi poſſeſſio filiationis hunc effectum præſtat, vt ei non præſumptio ſaueat, qui quaſi poſſeſſionem hanc docet, probationemque contrariæ onus in aduerſarium transfert.
20 Quaſi poſſeſſio filiationis ex tractatu ſolo oritur hoc ipſo, quod proſilio nominale & legitimo habetur qui & tractatus eſt, qui ſolus tractatus ſufficit, fama etiam nominationem accedente. & cum ex actibus pluribus tractatus iſte oriatur, in alia vero in ſpecie declarato quaſi poſſeſſio colligitur.
Filiationis quaſi poſſeſſio quomodo probetur, ibid. & num. ſeq. pluribus, vbi actus exprimuntur, qui recipi ad quaſi poſſeſſionem filiationis concludendam ſolent, veluti educatio, alimentorum modus, parentum affectio, & alia quam plures ibi relati.
Tractatus ſolus ad quaſi poſſeſſionem filiationis probandam ſufficit. Et cum ex actibus multiplicibus tractatus iſte naſcatur, ex aliis tamen in ſpecie declarato quaſi poſſeſſio colligitur, ibid. ver. tractatu etiam ſolo. & num. ſequen.
22 Qualitas filiationis, quam ſubſtantia probatur, ideo ſi coniectura ad ſubſtantiam filiationis probandam ſufficiant, multo magis ad qualitatem filiationis demonſtrandam videntur, id eſt, quod legitimus ſit: ideo ſicuti ex alimentorum modo iudicatur, an vt filium, an vero extraneum quis alat, ita ex eo dignoſci poterit, verum quaſi naturalis, an legitimus educatus ſit, aliter enim legitimi ac illegitimi educantur.
Conſuetudo ad declarandum prodeſt, ibid. ver. & conſuetudine igitur.
23 Qualitatis eiuſmodi contemplatione aliam poſſeſſe quis creditur, qua ſaciendum perſonæ conuenit.
24 Teſtibus non creditur, qui veriſimilia non deponunt.
Veriſimile quod non eſt falſitatis imaginem habet, quinimo nec fidem in ſtrumentum facit, quod veriſimilia non continet, ibid. ver. vnde Bald. ait.
Filiatio ſpurii ex muliere alii nupta ſuſcepti confeſſione matris plurimum iuuatur, quia credibile non ſit tantum ſtelus ab ore matris prodire, violari ſcilicet matrimonii, ſi id verum non eſſet, ibid. ver. Adiuuamus non paululum.
Honor. Contra honorem ſuum quid fieri præſumendum non eſt, ib. verſ. eodem & ſimil. Soc. ſpectat. vide nu. 90.
25 Præſumptio ab his ſumitur, quæ multū poſſunt, & de his præſumptiones fieri non ſolent, quæ veriſimilia non ſunt, ſed de his præſumendum quæ fieri communiter ſolent.
26 Filiatio quibus caſibus ex nominatione ſola probetur. Pulchre in primis.
27 Filiationis quaſi poſſeſſio ab inſtitutione filii quaſi legitimi deſcendit.
Aſſertioni teſtatoris de filio, aut nepote tamdiu ſtandum, quamdiu contrarium probatum ſit, ib. verſ. Ante huc accedit.
28 Facta loquuntur, & plus in facto, quam in verbis ineſt, ideo in ſpecie filiationis probanda plus tractatus operatur, quam verba, ſeu vocatio à patre facta.
Filiatio. In filiatione probanda plus tractatus, quam verba ſeu nominatio patris, ib. verſ. procede in ſpecie hac. & nu. 78.
29 Filiationis quaſi poſſeſſio non ſolum ex tractatu parentum, ſed & aliorum probatur.
30 Nouercæ priuignorum hoſtes fere naſcuntur, vnde illud: Tunc cornix albeſcet, vbi ſancta nouerca quieſcet; pede noda ſuo parat priuigna venenum.
Teſtis ratione affectionis alius ſuſpectus non repellitur, vbicunque contra eum teſtimonium dicit, cui aff. ctus dicitur, ibid. ver. Et cum ratione.
31 Fraternitatis legitima quaſi poſſeſſio iiſdem modis probatur quibus filiatio.
Tractatus. Ex tractatu quaſi poſſeſſio varie illius probatur, in quo pro tali quis tractatus eſt, ib. verſ. idem generaliter.
32 Fama publica ex inſtrumentis pluribus antiquis probatur, in quibus de ea loquutio mentio ſit, ſeu ex verbis enunciatiuis plurium inſtrumentorum tempore vetuſto factorum, & probationem plenam verba huiuſmodi enunciatiua etiam in tertii præiudicium faciunt, quinimo duo inſtrumenta ſufficiunt ex antiquo facta, in quibus enunciatio ſit.
Teſtium vitio numerus eorum ſupplet, ib. verſ. neq. mouet.
33 Famæ probatio etſi eo modo non fiat, quem Doct. deſiderant, probationis tamen præſumptioneſque alias condemnat. Rurſus multum de neceſſitate famæ probandæ remitti ſolet, quoties ex indicio aut coniectura aliqua veriſimili ergo eam exiſtit, quo caſu perſonas nominari non oportet, à quibus auditum ſit.
34 Fama. In fama probanda honeſtas graueſque perſonas eſſe oportet, à quibus fama originem ducit, niſi in actu aliquo illa procedat, veluti ſi in delicto quiſpiam deprehenderetur, ob quam deprehenſionem viles perſonæ acclamare cœperunt: tunc enim fama huius probatio admitti ſolet, tametſi à perſonis honeſtis originem non ducat, num. 33. ver. Tertio neceſſitas.
35 Fama in filiatione probanda non populi totius, ſed vicinia & communis opinionis deſideratur, in qua communis opinione probāda ſatis eſt oſtendere, quod apud omnes eius notos habitus pro tali eſt, ſed & minoris partis opinio eorum apud quos notus eſt ſufficit, ex qua communis opinione aut reputatione, tractatu etiam alio non apparente, quaſi poſſeſſio ſilio acquiritur.
Filiationis quaſi poſſeſſio ex opinione aut reputatione communi, tractatu etiam alio non apparente ſola acquiritur, ibid. ver. ex qua opinione.
Opinio aut reputatio communis, tractatu etiam alio non apparente ad quaſi poſſeſſionem filiationis acquirendam ſufficit, ibid. ver. Ex qua opinione.
36 Matrimonium teſtibus duobus probatur, & nō minus fœmina, quam maſcula in matrimonio probando teſtimonium admittitur, quod præcipue procedit, vbi matrimonium tantum diſſoluendi præiudicium non vertitur, etſi ex idem & tuendo ſeruandum nonnullis placeat, quod tamen autor, cum ad ſpeciem propoſitam non pertineret, non diſcuſſit.
37 Teſtimonio in iudicio repetito fides plus ineſt.
Confeſſio parte ab ante facta, ſi geminata ſit, poteſtatem iudicialis confeſſionis obtinet, ib. verſ. Atque in ſpecie magis.
38 Teſtimonium extraiudiciale ſuſpectum teſtimonium contrarium reddit, quod poſtea in iudicio dicitur.
Interpretatio benigna dicitur, per quam vtilis ſeu validus actus ſit, ib. ver. vnde benigna.
39 Confeſſioni à moriente facta hora extrema plus creditur, quam confeſſioni inter viuos: & tortura cuiuſdam ſpiritualis vice infirmitas ducitur.
40 Teſtes ſemel tantum atq. inter alios in facto etiam noua aut recenti examinati, quos denuo producere per mortem eorum non licet, ſemiprobationē tamen faciunt.
41 Teſtimonium admittitur, in quo ad teſtimonium prius dictū teſtis ſe refert, perinde enim eſt ac ſi de nouo depoſuiſſet, ſi apud iudicem ſaltem eſt ſacta eo pe, ad quam relatio habetur.
42 Teſtimonium vnius de matrimonio deponentis ſemiprobationem facit, ſi de confeſſione vtriuſq. coniugis tempore eodem ſimulq. facta aſſirmet. & nu. ſeq. ver. Hoc abſolutum. dicitur plenam fidem confeſſionem parte abſente factam in materia hac matrimonii clandeſtini facere, quia difficilis probationis ſit.
Probationem ſemiplenam teſtis vnus facit de matrimonio deponens, id eſt, de confeſſione vtriuſque coniugis. ibid.
43 Probationem ſemiplenam teſtes faciunt de confeſſione parte abſente facta deponentes, & cum fama confeſſio huiuſmodi ad probationem integram coniungitur.
Confeſſio parte abſente facta cum fama ad probationem integram coniungitur. ib.
Confeſſio parte abſente facta in materia matrimonii clandeſtini, quod difficilis probationis eſt, fidem plenam facit, ib. ver. Hoc abſolutum.
Matrimonium clandeſtinum, cum difficilis probationis ſit, ex confeſſione parte abſente facta plene probatur. ib. verſ. Hæc amplius.
44 Confeſſio parte abſente facta diuerſo tempore, & coram diuerſis teſtibus an ſemiplenam probationem faciat.
45 Confeſſio parte abſente facta de iure Canonico & in terris eccleſiæ probationem

tionem plenam facit: ideo facilius in eo matrimonium, quod ſperit nulo eſt, probatur, quam ſi de cauſa alia preſumma ageretur. vbi de eo etiam agetur, quando de matrimonio contenditur in terris iuriſdictionis eccleſiæ.
46 Sententia, quæ ad vnā perſona reſpicit, ad omnes trahitur etiam qui vocati ad eam litem non fuere, veluti ſi ſuper filiatione etiā dictum fuerit. nu. 6. vbi Hoſtien. & duas ac Iaſonis opiniones dubitatione non carere Author affirmāt quo id limitat in ſententia ſuper legitimitate lata.
47 Res inter alios acta. Sententia ſuper filiatione prolata, vel quæ aliās ad vnā perſonam reſpicit, alijs non vocatis nocet. ibid. Quod tamen quo ad ſubſtitutionem aliorum, qui iure æque principali mittitur, controuerſia non caret. ver. & licet.
Legitimus ſi non patre inuito non ſit, ne heredem ſuum nolens habeat. ibid.
Res inter alios acta Præſumptio ex ſententia oritur inter alios lata, ideo in pari probationum cauſa pro eo ſententia ferenda, niſi hæc præſumptio ſuccumbat. ibid. verſ. præſumptio tamen.
48 In matrimonio probando plurimum refert, an coniugum ipſorum vel prolis cauſa probatio ſiat, vt legitima proles dicantur, in coniugibus ipſis probatio plenior exigitur. leuior vero in prole ſufficit: ideo probata parentum cohabitatione, legitima proles iudicatur. Sed & colorata poſſeſſio opinioq; matrimonij ſufficit vt iuſta proles cenſeatur. vbi declaratur, quis dicatur coloratus matrimonij titulus. Vide num. 94. vbi an diuturna autorum non omnino docens diſideratur, ſi de matrimonio quo ad coniuges ipſos probando agatur
Matrimonij probatio leuior ad filiationem probandam ſufficit. ibid. ver. leuiorem etiam matrimonij probationem.
Poſſeſſio colorata, & opinio matrimonij ad prolem iuſtam iudicandam ſufficit, veluti ſi tractatus aliquis matrimonij inter eos interuenit, qui poteſtatem contrahendi habent, ſimiliter vt coloratum beneficij titulum dicitur, quem quis ab eo habet, qui conferendi poteſtatem obtinet. ibid. ver. ſed & colorata poſſeſſio.
Matrimonium titulus coloratus quis dicatur, ibid. ver. Colorata plane poſſeſſio.
Titulus matrimonij coloratus quis dicatur. ibid. verſ. Colorata plane poſſeſſio
49 Matrimonium iure Ciuili ex copula ſola præſumi Baldo placuit.
Matrimonium ex nominatione ſola præſumitur, ſi coniuges ſeſe inuicem appellent quia nominatio ſola ad prolem iuſtam iudicandam valere dicitur, ibid. ver. quinimo principaliter.
Filiatio legitima ex ſola denominatione probatur. ibid. verſ. quinimo principaliter
Matrimonium non ideo minus probatur, quod in eiſdem ædibus coniuges non habitent, aliis tamen conuerſentibus. ibid. ver. Neque ad rem attinet.
50 Filium mariti quis præſumitur, etſi cum adultero mulier habitet, ſi liberum marito ſuit ad mulierem accedere: quæ opinio Barbatiæ periculoſa à l. ſed etiam habitatione cum adultero ad Doctis admittit, licet cum marito mulier non habitet.
51 Verecundiæ excuſationem tribuit tam in faciendo, quam in omittendo, perinde ac ſi neceſſitas eius faciendi vel omittendi interueniat. Inde dicimus compellendam quem non eſſe, vt verecundiam ſuam prodat, & pro cuſtodia honeſtatis verecundia habetur.
Spurius ex contrario aliis non poſſe dicitur, quam pudore incolumi exercere non poteſt. ib. ver. Inde in vero ali.
Verecundia. Quod citra verecundiam fieri non poteſt, poſſe quis non dicitur. ibid. ver. Hoc amplius, poteſt ex ea etiam deſumi.
52 Matrimonij probatio leuior ſufficit, qualitate mulieris inſpecta, veluti ſi matrona lectiſſima & pudica ſit.
53 Matrimonium ex qualitate veſtium lugubrium præſumitur, ſi illis induatur mulier mortua cum familia ſit.
Talis quis præſumitur qualem habitus indicat. ibid. ver. Talis quippe.
Habitus qualis eſt, talis quis præſumitur. ibid. verſ. Talis quippe.
54 Interpretatio iure dubia ita facienda, vt ſuſpicio omnis mali tollatur. Hoc amplius, aſſerſio verborum permittitur potius, quam delictum interpretando inducatur.
Teſtes de cauſa licita deponentes in præferuntur, qui de cauſa illicita loquuntur. ib. ver. Hoc amplius.
55 Præſumptio fortior dicitur, quæ vltima eſt, à qua præcedentes tollentur perimuntur, ſi quæ ſunt
Tractatus ad matrimonij probationem etiam inter coniuges ipſos recipitur, & vt eo quaſi poſſeſſio matrimonij naſcitur non minus quam in filiatione. ibid. ver. apparet ex his.
56 Matrimonij quæ poſſeſſio tractatu ita omnino deſideras, quod vti vxor aliquis tractetur & habeatur, neque probationem matrimonij exigat.
57 Filij ut legitimi vere & proprie ij dicuntur, qui ex iuſtis nuptiis naſcuntur.
58 Teſtes omni exceptione maiores eſſe oportet in probando matrimonio, vbi de diſſolutione alterius matrimonij tractatur: diuerſum eſt, vbi inter coniuges ipſos tantum quæſtio verſatur, quo caſu teſtes minus idonei recipiuntur, propinqui puta, diſparitate coniugum non interueniente. De quo etiam num. 26.
59 Poſſeſſionis cauſa proprietati cedit, ideo fruſtra de quaſi poſſeſſione filiationis diſputatur, vbi probata filiatio quo ad proprietatem eſt.
Filiatio ſi quo ad proprietatem probata ſit, fruſtra de quaſi poſſeſſione eius & tractatibus contrariis diſputatur ibi.
60 Tractatus, qui in faciendo conſiſtunt, fortiores hi habentur, quibus omittendo ſunt, hinc ſit, vt intendi ratum habere quis non dicatur, ſed ſeruando.
Facta in omiſſione potentius, ideo fortiores ſunt tractatus, qui in faciendo, quam qui in omittendo conſiſtunt ibid.
61 Cauſa immediata potentior eſt remota.
62 Famæ originem ex cauſis probabilibus atq; veriſimilibus deſcendere oportet, ſed ex cauſa minus probabili fama oritur, quia à minus originem ducit verſit aliorum ab his.
63 Fama veritati cedit, & tractatibus fortioribus, & cum iure quodam priuilegiato famæ probatio ſubnixa ſit, facile diſſoluitur.
64 Error iuris mulierum excuſat, ne damnum patiantur. Quod intelligitur in errore iuris ciuilis, non naturalis, cuius ignorantiam fruſtra mulier allegat. Idem in minore dicendum, cui ignorantia iuris diuini naturalis ve prodeſſe non ſolet.
65 Prohibitione duplici interueniente in dubio in eam offendiſſe, quem præſumimus, quæ leuior eſt ſi alteri contrauenire neceſſe eſt præſumere
Delictum in dubio in leuiora commiſſum intelligitur. vnde mitior condemnatio ſequitur ib. verſ. Frederi. hic accedit
Interpretatio illa recipienda, per quam leuius delictum ſit. ibid.
66 Funeris impenſa ad heredes pertinet.
Legitimatio filij an ad matrimonij probationem euertendam proſit, n. 5 in ſi. omnino n. 66. ver. Aliquoq; conſiliis, & nu. 67. ver. Hoc amplius.
67 Primordium. A primordio tituli poſterior formatur euentus, & ex cauſa præcedenti ſubſequens actus intelligitur ſic ex conuentione præcedenti actum geſtum præſumimus, & eo modo actum quod dicimus, qui ex proteſtatione declaratum.
Præcedens. Ex cauſa & conuentione præcedenti actum poſtea geſtum præſumimus.
Legitimatio filij ut eo obſcura ad cautelam potius redditur, vbicunq; legitimus filij coniectura aliunde exiſtunt ibid ver. Hoc amplius.
Induſtria ad augendū dominium ſine operatur nō delinat. ib. ver. facto reſpondetur.
68 Aſſertio parentum quaſi poſſeſſionem filiationis legitimā contrariā filius vincit, vt ob id vox quædam damnatur, qui regno ceſſit, matris aſſertione ductus, quæ tempore mortis iuſtum filium non eſſe affirmauit.
Quaſi poſſeſſionem filiationis legitimæ aſſertio parentum contraria non tollit.
69 Fama eius loci ſpectanda, vbi actum geritur, ideo ſi de matrimonio probando filio vel legitimo iudicando agatur fama eius loci ſpectatur, vbi matrimonium celebratum dicitur, & vbi partus editus eſt.
70 Fama duplici contraria interueniente, teſtes præferuntur, qui de fama deponunt, quæ ex cauſis certis originem ducit.
Probatio, quæ in ſpecie fit, ea fortior, quam in genere quis poſſit. ibid. verſ. item. hic aliorumq; dictum.
71 Fama duplici contraria interueniente, potior fama iudicatur, quæ partui iuſto fauet, per quam delictum excluditur. hinc fit, vt teſtes, qui legitimum filium deſunt hi præferantur, qui illegitimum eſſe aſſerunt.
Teſtes, qui legitimum filium dicunt, his præferuntur, qui illegitimum eſſe aſſerunt. ibid. verſic. ſed nominatio magis
Teſtes præferuntur, qui pro matrimonio deponunt. ib. ver. Eadē ratio facit.
Filiatio. In materia filiationis probanda interpretatio recipienda, per quā delictum excluditur ib. verſ. ſed nominatio magis.
72 Correlatio confeſſionis nominationisq; expreſſa ex ſenſu tacito, aut ſubaudito. & per coniecturas, ac argumenta non inducitur.
73 Matrimonium dote carere, & ſine ea conſiſtere poteſt
74 Dotis conſtitutio in primo matrimonio facta, repetitum ſecundo intelligitur, quod in vnicum etiam tempore præcedat.
75 Naturalis filius ad hereditatem matris vna cū fratribus legitimis admittitur.
76 Filium ſe eo ipſo, quod quis ſe probat, qualitas legitimi à iure ſubauditur. & n. 92. verſ. ſecundo principaliter.
Legitimus filius præſumitur, qui filium ſe eſſe probant. ib. & n. ſeq.
Filius proprie is dicitur, qui naturalis & legitimus eſt, nu. 76. ver. ac alien. etiam id oſtenditur.
77 Qualitatis probatio præſumpta & in penalibus recitatur, veluti cum pœna in eum ſtatuto irrogatur, qui per dolum inſtrumento falſo vtitur, ſi doli mentio in accuſatione non ſit, non ob id reus abſoluitur, ad formam ſtatuti non condemnari potius ſuerit.
Legitimus ſi ſine. Quod dicitur leg. timus filius non præſumi, cum matrimonium negatur. ſecus ſi illud admittitur, ſed minus legitimus dicitur, ad eum caſum pertinet, quo probatio vlla de legitimato à reo ſeu ſiliae non ſit. ibid. ver. in hoc etiam. (Bat & n. ſeq.
Illegitimum ſi ſe eſſe affirmans probare id debet. ibid. ver. ſed & actio. de
79 Iuramentum ſuppletiuum à muliere datur, à qua probatio matrimonij plusquam ſemiplena facta eſt.
80 Confeſſio nocitura poteſt, quæcunq; ex ea procedunt.
Confeſſio mariti ſi ex pecunia vxoris empta re offerat, creditorib. mariti nocet ſi verſimilis ſit, quia bona aliunde vxor haberet. ver. ſecūdo reſpōdetur.
Confeſſioni alterius loco in ſpecie prohibita non creditur, ſecus tamen id non probet veterisq; adminiculis aut coniecturis quib. ad eam confeſſio ſupplicatur. ib. ver. tertio reſpondetur. vbi pluribus exemplis id declaratur. Et quid de confeſſione à grauato facta, an ſubſtitutis noceat.
Quaſi poſſeſſio filiationis, quæ ex tractatibus colligitur, an ſubſtitutis ſiue parentibus noceat. n. 78. & pluribus ſequent.
Matrimonij probationes leuiores ad ſidem matrimonij faciendam ſobolemque iuſtam declarandam an proſint in ſubſtitutis præiudicium. num. 80. verſ. quinimo ſi maxime.
Factum aliquod probatur, quando nomen inducatur ibid. verſic. Et obſeruandum.
81 Legitimati appellatio ad natos non pertinet, quia natus legitime non eſt, quamuis legitimus poſtea ex matrimonio ſequenti fiat, ſecus autem ſi intendere ſententiam, quamq; matris Doctoris parte diſplicere Autor oſtendit. etiamſi de alterius præiudicio agatur in ſtatuto inita, quo ſi ſine filio excluduntur, vel in ſubſtitutione ſub conditione facta, ſi ſine filiis legitime natis deceſſerit, vel in feudo, quod legitime natis tantum defertur.
Legitimatio pro legitime natis in ſtatutis, ſub ſtatuis cōtinetur. & feudis habetur non ſolum ſi de iure quærendo agatur, ſed & in iure quæſito auferendo, veluti ſi de donatione reuocanda agatur in ſpecie l. ſi vnquam. C. de reuoca. donat. ibid. circa med.

Factum

Digitized by Google

Facilius quod ea, … ſingatur, licet enim præſumptione aliq. in re dubia declaranda, … vero iniſi … cauſa non inducitur. ibid. verſ. rurſus facilius.

82 *Iure naturali inſpecto, eadem omnium liberorum conditio, nec inter naturales & legitimos differentia aliqua reperitur, verum à iure poſitiuo id factum, vt alii legitimi, alii naturales dicerentur.*

Intentionem lex non facit, ſi ſuum a … auxilium denegat n. 85. in fine.

Grauatus detentorem fideicommiſſarii cauſam litigando facere non poteſt, ideo ſententia contra grauatum lata fideicommiſſario non nocet. nu. 82. ver. Non obſtat.

83 *Confeſſio matrimonii an ante natiuitatem filii vel poſtea fiat, differre Rui. putauit, quam differentiam vis verbalem autem impugnat.*

Ruini ſententia, de qua in conſ. 92. nu. 7. lib. 3. dum differentiam conſtituit, an confeſſio matrimonii ante natiuitatem filii, vel poſtea fiat, ab autore improbatur. ibid.

84 *Teſtes ſingulares tractatum matrimonii & famam probant.*

Matrimonii tractatus & fama teſtibus ſingularibus probatur. ibid.

Teſtes ſingulares declarationē voluntatis, aditionem hæreditatis, & inſtigationem probant. ibid. verſ. ſecundo reſpondetur.

Singularitas teſtium quibus caſibus probationi non obſtet, ib. & n. ſeq.

Probationes ſemiplenæ ad probationem plenam perficiendam coniunguntur, ibid. ver. Tertio reſpondetur.

Confeſſio abſente parte facta cum fama probatione coniungitur, quia ſemiprobationem vtraque parit. ibid. verſ. Inde Areti. ſcribit.

Probatio ſemiplena ex aliquo extenuata, à probatione alia ſemiplena ſuppletur. ibid. ver. Hoc amplius.

85 *Teſtium ſingularium vitia ex præſumptionibus aliis purgantur.*

Indicium ad quæſtionem teſtes ſingulares de præſumptionibus diuerſis loquentes faciunt. ibid. ver. Quinto teſtibus.

Teſtes ſingulares de præſumptionibus diuerſis loquentes, indicium ad quæſtionem faciunt. ibid. ver. Quinto teſtibus.

Teſtium ſingularitas probationi confeſſionis non obſtat, quia iterabilis eſt, & adminiculum ſingularitati præſtat. ibid. ver. ſexto in loco.

Confeſſio abſente parte teſtibus pluribus ſingularibus probata, ad probationem ſemiplenam prodeſt. num. 91. verſ. Hoc amplius in confeſſione abſente parte.

Teſtes plures ſingulares ſi de confeſſione abſente parte facta deponant, ſemiplenam probationem fac. nu. n. 85 ver. Hoc amplius.

86 *Teſtibus ſingularibus adiuncti iudex poteſt, vt fidem plenam adhibeat.*

87 *Teſtes ſingulares quibus caſibus admitti non ſoleant, plurimum tamen profunt & præſumptionem inducunt.*

88 *Confeſſioni creditur etiam in facto proprio & ad ſui vtilitatem, quia præſumptionib. aliis adiuuatur, ideo fidem ſcriptura mercatoris facit, cum qua præſumptiones ſentiunt.*

89 *Teſtes ſingulares ſemiplenam probationem faciunt & n. ſeq.*

92 *Matrimonii probatio in quaſi poſſeſſione filiationis legitimæ demonſtranda non requiritur, ſed tunc demum fieri debet, ſi de proprietate filiationis legitima agatur.*

Propter verba in teſtibus vt in ſpecie alia quam intelligenda, ibid. ver. in teſtibus plane.

93 *Filius in dubio ſub poteſtate patris eſſe præſumitur contra Doctum.*

Filius ſub patria poteſtate eſſe præſumitur. ibid.

Patria poteſtas ad naturales non pertinet. ibid. verſ. quæ admiſſo.

Quaſi poſſeſſio legitimi filii onus probandi in aduerſarium transfert. Diuerſum eſt in quaſi poſſeſſione ſui iuris, cuius rei diuerſitatis ratio ſubiicitur. ibid. verſ. Tertio in ſpecie hanc.

94 *Matrimonii probatio inter coniuges ipſos celebrationem diuturnam annorum non minus decem deſiderat: diuerſum eſt, ſi de prole legitima iudicando agatur. De quo dictum ſuit nu. 48.*

95 *Facilius retinendi ius, quam petendi datur.*

Retinendi ius fauorabilius, quam petendi: ideo facilius aliquid retinetur, quam petatur. ibid.

96 *Matrimonium. Pro matrimonio in dubio pronunciandum. hoc amplius, potior Doctoris vnius opinio pro matrimonio, ſentientis, contraria & crebriore Doctorum aliorum ſententia iudicatur, pari ratione probationes præualent quæ matrimonio fauent.*

Dubium. In dubio pro matrimonio pronunciandum. ibid.

97 *Comparationis natura illa eſt, vt poſiterius ſuum contineat. ver. Eandem opi. amplectit & Alex. videtur.*

98 *Verſimile. Prouerbi teſtimonia extra inſtrumenta dicta tunc credendum, ſi verſimiliter illa dicta, vel ſi teſta iudici ex cauſa aliqua rationabili videantur. verſ. Secundo reſpondetur limitationes alias autbor refert n. 03.*

99 *Famam ſuam negligens crudelis æſtimatur. ideo verſimile non eſt innocentem ſibi vllam quæſtionem relinquere.*

Hominem famæ negligens crudelis iudicatur. ibid.

Verſimile quod non eſt, falſi ſuſpicione non caret. Hinc fit, vt teſtes duo, contra quos obiiciendi ius non eſt, indicium ad quæſtionem non faciant, ſi verſimilia eorum teſtimonia non ſint. ibid. verſ. vnde ſicut verſimile.

Indicium ad quæſtionem teſtes etiam duo non faciunt, contra quos opponendi ius non eſt, ſi verſimilia eorum teſtimonia non ſint. ibid. ver. Ang. hoc in illum quadrat.

100 *Verſimile non dicitur, quod fieri non ſolet, etiam ſi interdum fiat præſumptio enim ad id non trahitur, quod raro fit.*

Præſumptio in his ceſſat, quæ raro fiunt. ib. verſ. quinetiam ſibi interdum.

101 *Verſimilium teſtimonium dicitur, quod iuri communi conuenit, ſic probatio enim ſi analoga, cuius ratio iure communi magis arridet.*

Probatio eius potior, cuius intentio iuri communi magis conuenit. ib. verſ. ſic. Bal. huc accedit.

102 *Teſtes ad concordiam nunquam redigentur, vbicunque à confeſſione ſua dicto productoris diſcrepant.*

Teſtes maſculi fœminis præferuntur. ibid. verſ. ſidem etiam.

103 *Dubium. In dubio teſtium probationibusque alterum ſtandum, qui pro cauſa fauorabili deponunt.*

Teſtes in dubio præferuntur, qui pro cauſa fauorabili deponunt, idem in probationibus aliis ſimiliter in filiatione legitima probanda teſtes illorum præferuntur, qui legitimum filium eſſe aſſerunt. ibid.

Rei probationes fortiores in dubio habentur, vt abſoluatur, etiam ſi paulo meliores actoris probationes appareant. ib. ver. Validior inſpectio hæc fit.

Subornatio in teſtimonio pſeſtitore in tormentis dicto præſumitur, ſi poſt teſtimonium præmium in parte locatur teſti. ib. ver. ſeptimo reſpondetur.

104 *Teſtes pauperes & viles an matrimonium probent, vbi vilitatis duplex ſpecies diſtinguitur. & an ſeq. ver. tertio ſperni.*

Paupertas à teſtimonio etiam in cauſa matrimoniali non repellit. ibid.

Vilitas perſonam à teſtimonio repellat. ibid. & n. ſeq.

Vilitas, quæ ex moribus corruptis deſcendit, ab ea differt, quæ ex paupertate oritur. ibid.

Ob paupertatem ſordeſcimus, & Eccleſia dignitas ob paupertatem vileſcit, pertinet neque à paupertate honeſtas. ibid. ver. circa vilitatem.

105 *Verſimilitudinis magna eſt poteſtas, vt teſtem alioquin ineptum idoneum faciat.*

Teſtis idoneus dicitur, qui alias non admitteretur, ſi verſimilia deponat, ibid.

Teſtes viles & egeni in hoc ſperni non ſolent, quia difficilis probationis ſunt, ibi ver. tertio ſperni.

106 *Teſtis omni exceptione maior ali orum omnium vitia purgat.*

Teſtis vitium, quod ex paupertate & inimicitia oritur, aſſumpto adminiculo ſubmouetur. ib. ver. Albert. huic dictum quadrat.

Inimici teſtimonium nec in criminibus exceptis admitti debet. ib. ver. Aliqui grauem.

107 *Fama probatio ea debilior, quæ à teſte vnico oritur.*

108 *Varietas teſtium parui facienda, quæ ad negocium principale non pertinet.*

Teſtis variatio non obeſt, quæ circa negocium principale non verſatur ib.

109 *Teſtis varius non dicitur, ſi maioris ætatis in poſteriore teſtimonio ſe eſſe dicat, quam in priore depoſuerat: taxatiua enim in teſtimoniis non ſubauditur.*

Taxatiua in teſtimonio non ſubauditur. ibid.

ARGVMENTVM.

De matrimonii materia plura hic habentur, & quomodo illud probetur, & qui teſtes requirantur ad id probandum, & quid fama publica & confeſſio parentum operentur circa legitimam filiationem probandam: quæ dicantur matrimonia clandeſtina, & tituli colorati matrimonii: qui filii ſint legitimi & naturales, & quando ſit locus pr[…]mptioni, & non.

CONSILIVM DCCCCXCI.

DIVINO ſubſidio ex eo deponſulato. Comes Vitalianus Borromeus heredem Ludouicum Vicecomitem nepotē ex filia fecit, cui deſcendentes eius maſculos ſubſtituit: quibus non exiſtentibus, vel abſq; maſculis decedentibus, Hieronymū Ludouici fratrē eiuſq; deſcendētes maſculos & matrimonio legitimo lineaq; maſcula genitos ſubſtituit. Hieronymo, liberiſq. eius maſculis Gaſparem fratrem eius, ac Ludouici, ſimili modo atq; ſupra ſubſtituit. Vitaliano Borromeo teſtatori Ludouicus nepos heres extitit; rurſus Ludouico Vitalianus Vicecomes filius eius ſucceſſit: quo ſuperſtite, Hieronymus patruus ſecundo ordine ſubſtitutus mortem obiit, liberis nullis ſuperſtitibus Comes is Vitalianus iunior cum vrbe ſoloque Mediolanenſi carere iuſſus, ad ciuitatem Caſalis ſe contuliſſet, matrimonium occultum cum domina Catharina à Sala, & domino Petro Paulo Sacho vidua ta contraxit; ex qua filium ſuſtulit Comitem Hannibalem Vicecomitem, quem pro filio iuſto & re ac verbis habuit, & teſtamento triplici ex aſſe hæredem ſemper ſcripſit. Ceterum quia non plus, quam biennio matrimonium durauit, vxore mortua, ſolicitus ne probationis defectu hæreditatis Vitaliani ſuperioris iacturam forte Annibal filius faceret, verbis expreſſioribus eum ex nuptiis iuſtis quæſitum teſtatus eſt, à ſe pro tali educatum. In altero autem teſtamento ſub anno 1548. edito, eundem Hannibalem hæredem facit, quaſi ex eo, & memorata domina Catharina vxore procreatum. Plane ſi in dubitationē vocaretur, legitimus necne filius eſſet; quoniam difficilis probatu res vertitur, tamen ſi ita veritas habeat, filium eum iuſtum eſſe, diſputationis cunctis amouendæ cauſa legitimum eum ab eo fieri conſtituit, cuicunque id faciendi poteſtas eſſet. Idem factitatū in poſtremis teſtamenti tabulis eſt de anno 1554. in quibus hoc amplius adiectum eſt, ius capiēdi ad fideicommiſſaque autorum veniendi apud ipſum Hannibalem eſſe. Rurſus in negotii quicquam

ized by Goog

ab aduerſariis ſuis pateretur, qui iuſtos eius natales in quæſtionem vocarent, matrimoniique probatio impleri non ſatis eo facile poſſet, ob matrimoniũ furtim peractum, diſputationis omnis præcidendæ cauſa, legitimum iure eum fieri mandauit. In codicillis item filium iuſtum, deque matrimonio legitimo ortum Hannibalem aſſeruit. Super his ab interitu probationum Comes ipſe Hannibal metuens, ſub anno 1550. teſtes aliquot apud Vicarium Epiſcopi Caſalis parte citato produxit, qui memoriæ ſeruandæ cauſa, teſtimonia de matrimonio, & ſe filio inde creato dicerent: ea quibus in matrimonio ipſo contrahendo duo ſe interfuiſſe, pro certo affirmant. Poſtmodum de anno 1552. aduerſario eius domino Fabio Vicecomite, filio Gaſparis memorati, Hannibalem ipſum minus legitimum iactitante, atque adeo ad hæreditatem Vitaliani ſenioris ex fideicommiſſo aſpirare ei non licere dictitante, remedium *l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ.* apud iudicem à Sede Apoſtolica datum Mediolani propoſuit: deindeq; ad Rutæ tribunal cauſa ipſa deducta: in quo iudicio variæ non paucæque probationes vltro citroque præſtitæ leguntur, de quibus locupletius inferius diſſeremus. Ex facto hoc ſane quam graui non eorum ſupra ſexaginta millia tractabatur, vtri parti ius melius faueat. Digniſſima ſane res viſa, de qua in partem vtramque argumenta herent, quo per ſerium iter ad veritatē extruatur, iuxta Bal. *in l. præsidum num. 33. verſ. modo contra per ordinem opponamus. C. de impub.*

1 Diſputando enim † opponendoque luculentior veritas apparet. *l. 2. §. ex legibus. ff. de orig. iuris. l. fi. §. mixta ff. de muner. & hon.* Cum qua ſententia tex. *facit vel cum quidam ibique Iaſ. ff. de lib. & poſth. in l. Oſilem. ff. de lega. 3. & in l. diuus. ff. de iure patro.* & alia id genus innumera non referam.

Melius igitur prima ratione diuerſæ partis ius videbatur, hoc eſt, extra matrimonium Comitem Hannibalem procreatum.

2 Cuius rei gratia mouendi ſumus, quod ratione † ea tractatu matrimonium probatur, quoties pro coniugibus aliqui ſe habent, & gerunt, fama cohabitationeque longa accedentibus, vt habetur *in c. illud. de præſumpt.* apud Alex. *in conſil. 150. numer. 12. & in conſil. ſeq. colum. 1. lib. 3.* Soc *in conſ. 39. colum. 3. lib. 1.* Rui. *in conſil. 128. colum. 1. circa med. ver. & ſi forte dicatur. lib. 4.* ita e contrario ex actibus matrimonio non congruentibus oſtendi negatiua videtur, contractum matrimonium non eſſe, vt eadem ſit contrariorum diſcip[illegible] *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. & ſi contra ff. de vulga.* idque ex tex. in ſpecie probatur *in c. ex parte. ibique Innoc. num. 3. de reſtit. ſpoliat.* Atque in ſpecie etiam Bart. not. *in l. ſi vxor. §. ſed ſi ca. ff. de adulter.*

Secundo ſcire debemus, prolem legitimam non aliter edi, niſi matrimonium interuenerit. *l. filium ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. l. quia ſemper ff. de in ius vocan. Inſt. de nuptiis. in princ. & extra qui filii ſint legit. per totum.* Matrimonium plane, cui cauſa grauis arduaque æſtimatur, vt habetur *in c. 1. de conſanguin. & affin. & in c. fin. de procurat. lib. 6.* Ant. Abb. & alii *in c. ſi pro debilitate. de offi. delega.* ita probationes deſiderat luce meridiana clariores, iudicii criminalis exemplo. Alex. *in conſil. 143. col. 1. lib. 2.* Soc. *in conſil. 17. colum. 5. in fine verſ. ſecundo etiam principaliter. lib. 1.* Dec. *in conſil. 153. colum. 2. & in conſil. 310. colum. fin. circa med.* Inde dicimus ex præſumptione leui matrimonium non iudicari. *c. literas. de præſumptio.* Alex. *in conſil. 150. num. 14. lib. 5.* Soc. iun. *in conſil. 86. num. 8. & in conſil. 88. num. 9. lib. 2.* Ea ratione vxor hoc ipſo mulier non creditur, quod in domum viri deducitur. *l. quæſitum ff. de ſponſal.* Idque receptum iure quidem Canonico, vel ſponſalibus præeuntibus eſt, copula videlicet remota. Boeti. *in conſi. 44. nu. 13. & ſeq.* Æque ex fama matrimonium non oſtenditur, cohabitatione etiam coniuncta. Soc. *in d. conſil. 39. col. 1. verſic. item nec ex ſola fama. lib. 1.* ibique idem in annuli geſtatione ait, quod & Oldrado placet *in conſil. 159.* Ratio eadem nominationis eſt, vbicunque coniuges inuicem aliqui ſe vocitant, cōcubitu etiam adiecto, niſi & viciniæ fama opituletur. Inn. & alii *in d. c. ex parte. col. fi. de reſti. ſpoliat.* Alexand. *in d. conſil. 150. num. 11. & in conſil. ſeq. colum. 2. in fi. verſ. tertio reſpondeo lib. 5.* Dec. *in d. conſ. 310. col. fi. ante med.* Soc. iun. *in d. conſ. 88. num. 27. lib. 2.*

His ita præparatis, non modo fides facta matrimonii huius clandeſtini à Comite Hannibale non videtur, per tractatus & alia probationum genera per eum prolata, verum etiam ſi probationis aut præſumptionis quicquam præſitum ab eo eſſet, eliſum id ex tractatibus iudicisque contrariis apparet.

Et primum quidem omnium expectationi Comitis ipſius reclamare videtur, quod apud hæredes mariti pupillos tutelam eorum gerens, vſque dum vixit, mater fuit, viduæ veſtitu nunquam mutato: vnde & pro vidua apud nos habita creditaque eſt. In qua re plura obſeruanda. Primum, quod deducta ad maritum nouum non eſt: quod ſi deductio ipſa ad matrimonium demonſtrandum ſola non valet, *d. l. quæſitam ff. de ſponſal.* longe magis præſumenda vxor non erit, quæ ad mariti ædes deducta vnquam non eſt, cum fortius factum omiſſione ſit, *l. qui autem. in prin. ff. de his quæ in fraud. credi.* gl. *in l. ſi mora. ff. ſolu. mat.*

Secundo actus tutelæ geſtæ ſpectandus, † qua iure ipſo 3 mater ſpoliatur ſtatim, vt repetitum matrimonium ab ea eſt. *c. ex parte. 2. ibi. gl. & Doct. de appell.* gl. & Doct. *in l. omnem. C. ad Tertul.* Bart. *in l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tut. & in auth. matri & auiæ. C. quan. mul. tut. offi. fungi pot.* Sed nec viro ſecundo mortuo, ad tutelam ei redire licet, præterquam tutoris alterius defectu, id eſt, ſi tutor alius non inuenitur. Spec. *de tutore §. nunc videndum. verſ. quid ſi mater.* Pet. Cyn. & Salic. *in auth. hoc ſacramentum. Cod. quan. mul. tut. offi. fungi pot.* Rui. *conſil. 86. cir. a princip. & colum. 5. in pri. lib. 5.* Boeti. *queſt. 266.* Quod cum ita ſit, credibile non ſit, contra quam prohibitum à lege eſt, in tutela adminiſtranda matrem permanſiſſe, ſi denuo nupſerat. *l. quamquam ff. de ritu nupt. l. hac lo[illegible] ff. de ope. liber. l. cum fides heredis. ff. de fideicom. liber. l. ſi pater. ff. de priuil. credi. c. cauſam quæ ibique glo. de reſcrip. c. propo. uit. de conceſſ. præben.* Paul. de Caſt. *in conſil. 13. ſtatutum Lucanum col. [illegible] poſt med. lib. 1.* Abb. *in conſ. 97. col. 2. poſt med. lib. 2.* Geminia. *in conſ. 66. col. 2. in fin. & in conſ. ſeq. col. 1. poſt med. & in conſ. 98. in fi.*

Tertio, parui coniectura illa non facienda, quod mutatus aut depoſitus viduæ habitus non eſt. Id enim à communi viduarum conſuetudine abhorret, quæ nuptiis iteratis, ſine mora, atratis ſe veſtibus ſpoliant cum lætitia, tum maioris apud ſponſos nouos iucundæ gratiæ cauſa. A qua conſuetudine tam vulgari recte argumentum colligi dubitandum non eſt: facere † enim & velle id quiſque creditur, quod fieri vulgo ſolet. 4 *l. certi conditio. § ſi nummos. ff. ſi cert. pet. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. ibique Bald. ff. de leg. 3. l. ſi prius. §. penul. ibique Bart. ff. de aqua plu. ar. l. fin. C. de fideiuſſ.* Ang. *in conſ. 281. alum. 2.* Fulgo. *in conſil. 34. domina Catharina. col. 2.* Aret. *in conſ. 1. col. 3. ver. ſed tamen ex ſuperabundanti.*

Quarto & famæ communis conſtans iactatio non ſpernenda, q in viduitate viuēdi finē mater fecit. In qua re à ratione argumentari maiori licet: namque ſi fama ſola ad matrimonii probationem, nec cohabitatione intercedente, valet, vti demonſtratū ſuperius habemus: quanto magis matrimonii præſumptionem ceſſare oportet, fama cōtraria diſſipata, id eſt, in orbitate mariti matrimonioq; nō geminato mulierem extrictam, ex his, quæ dicta ante in prima conſideratione ſunt.

Secunda coniectura aduerſus Comitem Hannibalem affertur, quod quaſi vidua ſumptu filiorum Petri Pauli Sachi ſuſtentata mater eorum eſt: id quod paſſi veriſimiliter nō fuiſſent, ſi viro alteri coniuncta fuerat. arg. *l. cum de indebito ff. de prob.* Rurſus, ſicut contraria ea res communi omnium conſuetudini videtur, ita excludi ab ea matrimonii præſumptio debet, ex his quæ dicta ſupra de conſuetudine generali habemus.

Qua item ratione non ſolet filius matris iterum nuptæ apud priores mariti hæredes fieri; ita veriſimile non fit, factum id fuiſſe contra quam fieri conſueuit. Alex. *in conſ. 27. circa fi. lib. 2. & in conſ. 75. col. pen. lib. 4.*

Tertio opponitur Comiti Hannibali, vbi conſtare poſſit pro filio eum à patre habitum & exiſtimatum, tanquam de illegitimo factum id eſſe: cui patris exiſtimationi & fama quoq; publica accedere dicitur. Quo admiſſo, extra controuerſiam poſita res videtur.

Sicut enim † ad quaſi poſſeſſionem filii legitimi fama ſola 5 ſufficit, vt pro legitimo is habeatur, quem legitimum eſſe populi fama tenet, tractatu etiam parentum remoto, author Ia. Butr. *in l. quidem ff. de prob.* Cuius ſententiæ Anto. de But. adſtipulatur *in c. tranſmiſſæ. colum. 2. ante med. verſicu. quandoque autem ſola communis opinio. qui filii ſint legit.* Alex. *in conſil. 51. nu. 2. verſ. idem ſi probetur. lib. 1. in conſ. 90. n. 8. lib. 6. in conſ. 88. n. 7. circa fi. verſ. conuenit etiam alia probat. & in conſ. 181. n. 8. lib. 7.* Dec. *in conſ. 2[illegible] in prin. & n. 4. verſ. & cum fama probata ſit. & in conſ. 595. n. 6.* Rui. *in conſ. 51. n. 18. & in conſ. 148. n. 16. lib. 5.* Goza. *in conſ. 3. col. 4. & colum. 8. poſt med.* ita per contrarium ad filium illegitimum iudicandum teſti[illegible] quoque ſufficere oportet, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, vti dictum ante habemus. Atqui in ſpecie famam contrariam probari.

bari poſſe etiam ſi negatiua è verbis videatur, filium legitimum non eſſe; quoniam affirmationem probari ipſa habet, id eſt, famam ita tenere vt legitimus non ſit, ex Bar. oſtenditur *in l. de minore. § plurimum numer. 26. ff. de quæſtio.* Anchar. *in conſil. 186. tribus de cauſis numer. 6.* Hoc amplius, famæ duplicis contrariæque probatione interueniente, legitimum quibuſdam, non legitimum aliis aſſerentibus, potior fama videtur, quam teſtes plures confirmant, auctor Alex. *in conſil. 184. in fin. lib. 7.* Atqui teſtibus pluribus fama iuuari partis diuerſæ videtur.

Quarto, Comiti Hannibali obeſſe legitimatio videtur patre rogante facta, ſub anno, vt dicitur, 1539. cui etiam Cæſaris ipſius authoritas interpoſita poſtea narratur: quo admiſſo, nihil videtur, quamobrem dubitari præterea oporteat: ſiquidem pro filio legitimo à patre eum non habitum, non obſcure legitimatio indicat, quæ non niſi illegitime natis competit. Effectu igitur legitimationis illegitimo ſoli conueniente, pro tali
6 eum, quantum ad natales, haberi magis erit; ſiquidem † ab effectu denominatio ſumitur. *l. ſi tam anguſti. ff. de ſeruitu. l. inſulam. ff. de præſcrip. verbo. l. Lucius ff. de dona. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. l. ſi olei. C. loca. ca. conſtituimus. cum glo. ibique Abb. c. fin. de relig. do. dom. gl. in l. 1. § 1. in ver. agendo ff. de ſuperfic.* Rurſus per legitimationem macula natalium abſtergitur; ergo non potuiſſi legitimatus non extra matrimonium natus intelligi: aliter enim quomodo macula eluetur, quæ non eſt? *l. manumiſſionis ff. de teſt. & tutel. l. decem. ff. de verbor. oblig.* Hic etiam obſeruandum, tractatum contrarium filio legitimo ex legitimatione hæc ſequi, id eſt, pro filio illegitime nato à patre legitimatum habitum; quo caſu vacua à du-
7 bitatione omni res videtur, † illegitimum filium ea tractatu hoc iudicari, etiam ſi populi fama cum filio faceret, cum fortior patris tractatus fama habeatur, vt Anto. aliique not. *in d. c. tranſmiſſæ.* Ruin. *in conſil. 52. numer. 7. verſic. & dato etiam lib. 5.* Poſtremo, in ſpecie legitimationem ad filium non legitimum iudicandum Bald. obiectuat *in l. filium. in prin. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris.* cui Ruin. ſubſcribit *in conſil. 92. num. 10. lib. 5.* idem Pariſ. probat *in conſil. 10. nu. 65. & pluribus ſeq. in conſil. 13. num. 5. lib. 2.* Pro qua ſententia vltra Bald. & alios text. affero *in l. moneor. C. ſi ſerui. expor. ven.* vbi libertinus præſumitur, qui manumiſſus eſt, niſi aliud doceatur.

Quinto, iuuari partis diuerſæ intentio videtur, quod de anno 1540. Comes Vitalianus Comitis Hannibalis pater declarari impenſas petiit in bona fideicommiſſa factas, quatenus meliora ab eo pecuniaque ſua facta eſſent, videlicet vt ius diſponendi de eis haberet, idque aduerſario citato. Iſ quare cauſa petitionis huius ſpectanda, quamobrem liquidationem hanc poſtularet. Cauſam enim factiauitem ſemper debemus magis, quam factum ipſum. *l. cum tale § fin. ff. de condi. & demon. l. verum. 1. ff. de furtis.* Cauſa plane cogitari non alia poteſt, præterquam quod exiſtimaret fideicommiſſi conditionem cedeſet, prolis legitimæ defectu. Veriſque diſſimile ſit, petiturum id patrem fuiſſe, ſi legitimum filium habuerat.

Sexto, argumentum & illud pari Comes Hannibal videtur, quod dotem patri eius conſtitutam non conſtat, contra quam matrimonii conditio fert. Qua ratione igitur acceptum conſuetudine non eſt, vt abſque dote nuptiæ fiant, de qua verba in primis facere vulgo homines ſolent; ita veri diſſimile ſit, contractum matrimonium eſſe; à conſuetudine tam generali omnibus ſequi communi argumentando. *d. l. certi conditio. § ſi nummos ff. ſi cert. pet. & d. l. fideicommiſſa. § ſi ſeruo ibique Bald. ff. de leg. 3.* Huc accedit, quod neque in dotem, neque in bona alia matris ſucceſſiſſe Comes Hannibal dicitur, ſaltem ita vti expreſſum tibe communi eſt. Atqui veriſimile non ſit, neglectui ſucceſſionem filium habiturum, ſi legitimum ſe nouerat. *l. cum de indebito. ff. de probat. l. ſi Titius. ff pro ſocio. l. ſupervacuam. ibique nota. Cod. de poſt.*

Neque repugnare aduerſarii expectationi videntur quæ in gratiam Comitis Hannibalis afferuntur, id eſt, confeſſio coniugum, mutuaque eorum nominatio in coniuges ſe vocantium tractatus filii quaſi legitimi, quem pro filio legitimo haberent, & nominarent, & alia huiuſmodi. Reſponſiones enim quinque præcipue ad omnia hæc accommodantur. Prima, cum ex legitimo matrimonio naſci filios oporteat, qui ſubſtitutum excludant, ſatis non eſt legitimum filium in genere ſimpliciterque doceri, niſi & qualitas neceſſaria oſtendatur, id eſt, quod
8 legitimos ex matrimonio legitimo eſt; inutilis † quippe facti probatio æſtimatur, niſi & qualitatis eius probatio fiat. *l. pen. §. docere. ff ne is eum qui. l. habebat. ff. de inſtit. l. prætor. §. docere ff. vt bon. rap. c. dudum. 2. de electio. c. ſi forte. eo. tit. lib. 6.* glo. *in c. ab eo. de electio. lib. 6. & in c. venerabilem. in gl. pen. de ſen. excom. eo lib.* In quam ſententiam non pauca Corſe. accumulat *ſing. 169. vir requiritur.* Vnde tertii probatio hæc generalis, & ſine qualitate memorata debet, perinde quaſi incerta; ſiquidem pro legitimo haberi is etiam poteſt, qui natus ex nuptiis non eſt, legitimatus puta. Quocirca concludens probatio huiuſmodi non eſt. *l. neque natales. C. de prob. l. non hoc. C. vnde legit.*

Secundo principaliter reſpondetur, tractatum nominatumque filium legitimum quaſi ex matrimonio natum, atque adeo ſub qualitate exquiſita, fac; nihilo magis ſubſtituto nocere hæc debet. Ipſis demum parentibus ita tractantibus onoroſa hæc ſunt, non etiam aliis. *tot. tit. C. res inter alios acta.* Atque ita in ſpecie ex Iaſ. reſponſio hæc probatur *in conſil. 8. 1. col. & in conſil. 106. ver. ſecundo, & adhuc lib. 2.* cum quo ſentire & Gra. dicitur *in conſil. 140. num. 44. lib. 1. in conſil. 62. numer. 10. & in conſil. 138. nu. 7. lib. 1.* Gozadin. *in conſil. 13. n. 21.* Ruin. *in conſ. 92. n. 9. lib. 3.* poſt Soc. *in conſ. 39. nu. 10. lib. 1.*

Quæ ſententia argumento iuuari à fortiori deducto poteſt.
9 Facilius talis ſententia nocet inter alios lata, quam confeſſio; quoniam voluntaria confeſſio eſt, ſententiam plane inuitus quis patitur. *l. ſi de. hom. § ſi compromiſſum. ff. de exceptio.* Iaſ. [illegible] vt quibus ex ſibus pernicioſa aliis ſententia eſt [illegible], confeſſio tamen, tranſactio, compromiſſum, [illegible] utrique ſententia ad incommodum alienum non trahitur [illegible] *in c. audiui depoſ. extr. & in c. cum ſuper. col. ... de re iu.* Bar. *verſ. ſi per inferiorem ff. de appella.* per tex. *in d. § ſi compromiſſo.* Sequitur Mattheſila. *nota. 25.* ſicque in concluſione Ant. de Butr. hoc probat *in conſil. 5.* vbi diſpendioſam legatariis hæredis confeſſionem non putat, quibus tamen ſententia nocet, quæ dicta aduerſus hæredem ſit. Sed eo in damno ſubſtituto ſequitur ſententia non eſt, quam ſubſtitutus prior patitur; quamuis contra ſententia ſit contra hæredem lata, auchor B... *in conſ. 5? 4 præmittendum eſt ad euidentiam, quod ille. la. 2.* Soc. Iun. *in conſ. 151. n. 80. 9? & 96 lib. 2.* Longe minus ſubſtituto poſteriori nocitura confeſſio ſubſtituti erit, qui legitimum filium dixerit, & pro legitimo habuerit, niſi aliter legitimum eum eſſe appareat.

Eodem ſpectat, quod dici ſolet in ſpecie *authen. res quæ. Cod. commun. de leg.* ad dotem confeſſam prærogatiuam textus illius non pertinere, ne in arbitrio alias hæredis grauati ſit, fideicommiſſarii ius confitendo ſubuertere. Ang. *in Auth. de reſtit. & ea quæ parit. colum. 1. verſ. & ſic patet quod hoc.* Aretin. *rub. 1. colum. 7. ibi, in Soc. colum. 15. verſic. tertia concluſio. ff. ſolut. matrim.* Bald. N... uel. *de dote, parte 6. princ. 14.* Iaſon *in d. auth. res quæ. colum. penult. in nona limitatione & id genus alia.* Simili modo ad dotem confeſſam priuilegium antelationis hypothecæ non pertinet. *l. aſſiduis. ibique Bart. & alii. C. qui potior. in pignore hab.* Compenſationem etiam confeſſa dos patitur, quam vera non admitteret. Signorol. *in conſil. 49. colum. fin. circa medium.* Priuilegium igitur, quod tributum filiis eſt, vt ea tractatibus & quaſi poſſeſſione legitimi hactenus doceantur, vt probationis diuerſæ onus in aduerſarium transferatur, ad eum porrigi caſum non conuenit, quo alienum incommodum vertitur, verum ad eos, priua... que eorum reſtringi oportet, à quibus dicti tractatus proponuntur, ne in poteſtate eorum ſit per tractatus huiuſmodi alienum ius offendere.

Et in vniuerſum iure hoc vulgatiſſimo vtimur, vt quibus alieno iuri derogare non licet, nec confitendi facultas ... quatenus ex ea confeſſione ius ipſum alienum minueretur. Vt ubi gratia legitima portione liberos fraudare patri non permittitur; certe nec patri confitenti creditur, vbicunque minus, quo deterius legitimæ ius ex confeſſione fieret, veluti ſi grandem apud ſe depoſitam pecuniam vel ius acuſaſſerit, per quam reſtituendam minor futura legitima filiorum erit. Ioan. Andr. apud Specul. *de conſ. § nunc videndum. ver. ſed numquid patris conſeſſio.* Bart. *in l. cum quis decedens. § codicillis. ff. de legat. 3.* cum alt, præterea ſecundum hoc teſtator poſſet priuare filios legitima, confitendo ſe aliàs debere, ſic via fraudibus aperiretur. Sequitur Ang. *in conſil. 26. colum. 1. lib. 2. & in conſil. 57. colum. 1. lib. 4.* Dyn. huic accedit *in conſil. 13. colum. 2. ante medium.* Cui ſententiæ text. apprime ſeruit *in l. ſi forte. ibique Bart. ff de caſtr. pecul.* de quo vberius apud poſteriores, *in l. ſi donatione. C. de collat.* etiam *in conſil. 99. num* ... vt alia ... eiuſdem innumera taceam. Qua igitur ratione in manu parentum Comitis Hannibalis nō erat, ius hoc fidei-

commiſſi lædere, ita nec legitimum filium confitendi, aut pro legitimo habendi & tractandi, vnde in ipſum fideicommiſſi vulnus læſionemque acciperet. Aliter permiſſum indirecto erit, quod prohibitum directo eſt, contra quam ius patitur. *l. quod dictum ff. de pactis. l. cum lic. § ſi cum lis ff. de tranſact. l. aduerſus. ff. de arbitr. l. athletas § aut prætor ff. de his qui not. infam. l. palam. § ſi cum pa'am. ff. de ritu nupt. l ſi vt eo oportet. §. 1. ff. de tutor. & cura. da. ab his. reg. cum quid vna via. lib 6. de reg. iur.*

Tertio, principaliter ad confeſſionem & tractatum hunc reſpondetur, lædi ex eis fideicommiſſi ius fac poſſe; nihilominus tamen opem ab eis Comiti Hannibali ferri; quia teſtimoniis legitimis non probantur, vtputa ſingularibus, alios aliis tractatus aliamque confeſſionem aut nominationem proferentibus.

10 Fidem † plane teſtibus ſingularibus non haberi, iuris incertioni eſt *l. Marcellus poſt princ. ff. rerum amot. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. c. cum dilectis c. bona. 1. & c. in geneſi de electio. c. licet cauſam. de proba. c. tam literis de teſtib.*

Quarto, teſtibus idoneis confeſſionem fac cum tractatib. docere; huiuſmodi tamen tractatus non incurrunt, vnde quaſi poſſeſſio naſci poſſit. Ex principio ex educatione colligi tractatus non poteſt, vtpote quæ alienis ſeu extraneis etiam competit *c. tranſmiſſa. vbique Doct. qui filii ſint legiti.* Alexand. *in conſil. 74. lib. 2.* Roin *in conſil. 52. column. 3. in fin. lib. 5.* Pariſ *in conſil. 10 num. 17 & 102. in conſil. 11. nu. 25. & in conſil. ſeq. nu. 247 lib. 2.* Ratio eadem inſtitutionis videtur, ſiquidem nihil prohibet alienos etiam hæredes ſcribi. Pariſ. *in d. conſ. 11. nu. 25.*

11 Æque † ad rem attinere fama non videtur, vtpote quæ probata legitime non dicitur ad modum a Bar. aliiſque præſcriptũ *in l de minore § plurium. ff. de quæſtio.* Atque vbi probatio impleta legitime eſſet, ſatis tamen ad prolem legitimam æſtimandam non valere ex Saly Alexand oſtendit *in conſil. 25 numer. 7. libr. 4.* Dec. *in d. c. per tuas. num. 8. de proba. & in conſi. 321 column. penult. circa med.* Neque coniungere præſumptiones has licet ad probationem plenam faciendam, quandoquidem imperfectæ ſingulæ nulliuſque effectus videntur. *l. ſpadonem. §. qui mira multa. ff. de excus. tut. l. vnica. Cod. qui numer. tutel* Bald. *in l ſi quis ex argentar. ii §. 1. ff. de eden.* Alexand. *in l. quæ dotis. numer. 7. ff ſolut. matrim.* Iaſ. *in repet. l. admonendi. column 87. num. 216. verſ. adde in primis, quod iſta vltima ſolutio ff. de iureiuran.*

Quinto, in poteſtate patris eſſe fac pro legitimo filium habere tam verbis quam factis, id eſt, legitimum eum confitendo, nominando, tractando per educationem, & inſtitutionem, & alia huiuſmodi, rurſus legitime tractatus hos tam verbis, quam factis oſtendi; iuris denique vigorem in tractatibus his ineſſe, vt quaſi poſſeſſio ſibi legitimi ab eis prouinciſcatur: nihilo magis compendium afferre Comiti Hannibali videntur, vtpote à tractatibus contrariis eliſi, qui patefacti ab aduerſario aſſeruntur, à quo facta fides dicitur, pro filio illegitimo Comitem Hannibalem à patre tamdiu habitum & exiſtimatum, quamdiu prolis deſperans ex poſteriore coniuge fuit. Tunc enim quaſi ad filium legitimum, animum cahibere paternum cœpit. Rurſus famæ impleta probatio dicitur, filium illegitimum Comitem ipſum Hannibalem à patre habitum, cuius famæ probatio teſtibus cum pluribus tum dignioribus perfecta narratur. Quo caſu famæ duplicis atque contrariæ probatione interueniente, potior ſine dubio illa habetur, quã teſtes plures confirmant, Alex. authore, *in conſ. 184 in fine libri ſeptimi.* Pari etiam teſtium numero poſito, fortior ea fama videtur, quæ teſtibus dignioribus adiuuatur. Bartol *in d. l. de minore §. pluribus num. 27 ff. de quæſtio. & in l. in poteſt. num. 53 ff. de acquir. heredi.* Saly *c. in l. ea quidem, num. 112. C. de accuſat.* Ruin *in conſil. 51. colum 9 in fine libri quinti.* Quid dicendum hic erit, cum & plures & digniores dati teſtes ab aduerſario proponuntur? *auth. itaque. C. com. de ſucceſ. l. cum in adoptiuis in princip ibi que Bald. Cod. de adoptio. § ſi vero. Inſtitu. eodem cum cap. ex tuarum de authori. & vſu pallii. ca. non poteſt. de præben lib. 6*

12 Sexto † ita ex tractatu legitima proles æſtimatur, ſi cohabitatio parentum concurrit, vti declaratum apud Soc. iun. eſt *in conſil 10. numer. 40. libr. & licet fortaſſe. libro ſecundo.* Cohabitatio plane hic non interuenit, imo ſeparatim parentes vitam egiſſe. & apud heredes viri prioris matrem mortuam non ambigitur.

Septimo, tum deniq; ex tractatu quaſi poſſeſſio filii legitimi quæritur, ſi vicinis ſcientibus ſecutus ii eſt. Ruin. *in conſil. 95. num. 52. verſ. quoniam iſte teſtis. lib. 3.* Cæterum de vicinorum ſcientia facta fides non dicitur.

Octauo, quicquid in probatione filiationis ſimplicis viſum Doctoribus ſit, ex tractatu eam probari, quod ad quaſi poſſeſſionem attinet, in filiatione ſane legitima oſtendenda, iure hoc certiſſimo vtimur, vt ſatis ad eam tractatus non videatur, niſi de matrimonio fides fiat. præſumptio ſaltem. Bart. *in l. Titia. num. 2. ff. ſolut. matrim.* Bald. *in d. l filium. num. 12. verſic. item nota. ff. de his qui ſun. ſui vel alien. iuris.* Iaſ. *in d. conſ. 106. column. 2. verſ. 4. principaliter. lib. 1* Idem ex Decio probatur *in l. ſi emancipati in tertio nota. C. de collatio.* Iod. de Alcia. ſcribit, *in tracta præſump. in ſecunda regu. præſumpt. 2. in fine, num. 7. char. 109.* ad filium legitimum teſtium verba non pertinere, qui filium quem eſſe ſimpliciter aſſerunt, Decium propterea taxans, *in conſil. 54.* cui ſententia contraria placet.

Cæterum probationis quicquam factum de matrimonio, nec quantum ad quaſi poſſeſſionem, dicitur; ad cuius probationem cohabitationem longam exquiri partis aduocatio putat, vel prolis legitimæ iudicandæ cauſa, ex Felin. *in d. c. illud. col. fin. de præſumpt.* Alcia. *in d. tractat. præſump. reg. 2. præſump 5.*

Neque dicatur † legitimum filium hoc ipſo factum videri, 13
quod hæres ſcriptus quaſi filius teſtatoris eſt, iuxta tex *in auth. ſi quis liberos. C. de natu. lib.* quoniam modus ille legitimi faciendi ſicut prodigioſus habetur, vt Saly c. ibi ait, ita reſtringi ad eum caſum debet, quo ex concubina natus filius dicitur apud teſtatorem retenta, vt eſt apud Bart. in q. per eum diſputata, *num. 81. habeo filiam num. 4.* Iaſon *in conſi. 102 in quarto fundamento. lib. 4.* Ruin *in conſil. 70. colum. 3. poſt med. lib. 3.*

Rurſus locus *d. auth.* tum denique eſt, ſi inter viuos mulier cum ſit, cum nominatio illa filii aſcribitur, authore Bart. *in d. q. 81. & in conſ. 110. Verutum nu. 4.* Bal *in conſ. 180 mortuo filio. in fin. lib 3.* Boeti. *q. 540. col. 11. poſt med.* quorum neutrum hic interuenit, quoniam neque apud patrem rei mulier vnquam fuit, neque inter viuos erat cum editum teſtamentum eſt.

Nono, inficias ire non licet, quin † actoris intentio ſatis ab- 14
unde quoque impleta ſit, id eſt, inter eos eum eſſe, qui inuitati ad fideicommiſſum ſunt, cum legitimum ſe eſſe oſtenderit. E contrario rei ipſius exceptionem ambiguam ex ante narratis fieri, ſeu non æque plenam: quo caſu clari iuris videtur, ſecundum actorem ipſum ſententiam ferendam, cuius plenior fortiorq; probatio eſt, iuxta doctri. Bar. *in l. admonendi. n. 50. ff. de iureiur.* Saly. *in l. ſi his qui adulterii. nu 5. C. de adul.*

Decimo † quaſi poſſeſſionis probationem plene factã Co- 15
mite Hannibale impletam, vtilis tamen ad hereditatem tam opimam euincendam non videtur; ſiquidem poteſtatem in petitorio ante deciſionis habere quaſi hæc poſſeſſio non videtur, authore Bald. *in d. c. per tuas. de probat. & in d. conſi. 180. mortuo filio. num. 3 verſic. præterea vbi agitur. lib. 3.* cuius ſententiæ Iaſ. adſtipulatur *in l. nemo poteſtio col. 1. C. de teſtam. in conſi. 106. in fi. lib 1. & in conſi. 102. col. 3. lib. 4.* Dec. *in conſi. 321. num. 12. verſi. ſecundo etiam reſpondeo.* Pariſ. *in conſi. 11. num. 19 & in conſi. ſeq. in fi. lib. 2.* Alcia. *in tracta. præſumptio. in tertia reg. præſump. 38.*

Apparet ex his; quod ad quaſi poſſeſſionem attinet, nihil eſſe videri, quod litem hanc obtinendi ſpei quicquam reus habeat. Quod ſi probationem perficere de quaſi poſſeſſione non potuit, quomodo probatum quicquam in petitorio dicemus?

Neque teſtes mouent à reo producti, qui in ipſo matrimonio interfuiſſe ſe dicunt. Monendi enim ſumus † cauſam gra- 16
uem & arduam matrimonii eſſe, vt notat. *in cap. 1 de conſang. & affin. & in cap. ſi de procur. lib. 6.* Quocirca moribus curiæ receptum eſt, vt epiſcopis fere committatur: notat hoc Abb. & alii *in ca. ſi pro debilitate. de offic. deleg.* Imo enim poteſtatem de matrimonio iure reddendi inferior epiſcopo non habet, *c. accedentibus. de exceſ. prælat.* Abb. *in d. cap. 1. de conſang. & affin* Corſe. *ſing. 188. de iure communi.* Inde fit, vt teſtes matrimonii probatio exigat omni exceptione maiores, *d. cap. 1 cum gloſſ. de conſanguin. & affin. cap. inſ. per. qui matri. accu. poſſ. gloſſ. in cap. in literis. de teſtib.* Verutum *in conſil. 2. num. 2. & num. 20.* Pariſ. *in conſi. 51. num. 53 in conſi. 55. num. 19. in conſil. 57 num. 38 & in conſi. ſequen. num 10. lib. 4.* Inde etiam dicimus, ex præſumptione leui matrimonium non induci, *cap. litteris de præſump* Alexand *in conſi. 150 num 14. lib 5.* Socin iun. *in conſi. 86. num. 8. & in conſi. 88 nu. 9. lib 2.* Sed & probationes matrimonium poſtulat luce ipſa meridiana clariores, indicii criminoſi exemplo. Alexand. *in conſi. 143 column 2. lib. 2.* Dec. *in conſi 133. col. 2. & in conſil.*

in conſil. 330 col. ult. fin. circa med. Soc. in conſil. 17. colum. 3. in fin. verſic. ſecundo etiam principaliter lib. 1. Enimuero teſtes egentes, ſordidi, humiles memoriæq; videntur, qui ſicut varietate multa laborant, ſermonemque mutant; ita ſuſpicionibus vndique ſcatent, vt fidei quicquam non faciant. l. qui falſo ff. de teſtib. cap. cum eccleſia extra. de cau. poſſ. & propriet. cum aliis apud Marſil. collectis, in conſil. 88. poſt princip. verſic. iſto modo præcipue Socinus iunior in conſil. 37. nu. 31. lib. 2. Viſque adeo autem humilitas, & ſuſpicio teſtium iſtorum patefacta eſt, vt dati in cruciatum ſint, iuxta ea, quæ habentur in l. ex libero. ff. de queſtio. In quo ſane cruciatu mulier teſtis poſterius teſtimonium confirmauit, id eſt, falſo ſe de matrimonio ſide primum dixiſſe.

17 Cui † teſtimonio vltimo in tormentis lato credendum eſſe, ex text. probatur, in l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ibique Bartol. ff. de adulter. notat idem Barto. in l. eos. num. 1. verſ. ad ſecundum reſponſum. ff. de falſis. Bald. in l. 1. C. de adul. & in l. fin. C. de queſtio. Roma. ſing. 80 dicit. Alex. in conſil. 63. lib. 1. quod iteratum legitur in conſil. 251. lib. 6. Cumulatius apud Veronenſem in conſil. 60. col. pen. in ſecundo dubio.

Neque teſtis alter mouet: quoniam etſi à teſtimonio priore inter quæſtionis dolores non diſceſſit: ſuſpectus tamen remanet, cum ob variationes, tum ob vitæ humilitatem, vt nugatorius nebuloque cenſeri potius, quam teſtis debeat.

Atque in variationibus illa in primis obſeruatur, quod in poſteriore teſtimonio natu ſe maiorem aſſerunt, contra quam dictum acta haberet, idque de induſtria factum, ne inutile teſtimonium fieret, cum memoriæ in æternum ſeruandæ cauſa datus pro teſte eſſet.

18 Ad quam rem † admitti niſi quibus inclinata eſt ætas, vel qui morbo tenentur, non ſolent, vt habetur in c. quoniam frequenter. vt lite non conteſt.

Hæc ſunt, quæ expectationi vel contradicere cogitatione prima viſa ſunt. Sed enim tanti ea facienda non duxi, quin ius optimum eum eo facere credam. Rei eius explicandæ teſtandæque cauſa, ſciendum eſt, tam à poſſeſſorio, quam à petitorio rei ipſius deſiderium iuuari. Et quidem, quod ad poſſeſſorium attinet, iuris ambigui non eſt, quaſi poſſeſſionem filiationis in ſpecie hac recipi ad hæreditatem ab alio etiam occupatam vendicandam, nedum poſſeſſam retinendam.

19 Ea quippe vi † prædita hæc quaſi poſſeſſio filiationis eſt, vt iuris præſumptio ei faueat, qui quaſi poſſeſſionem hanc docet, probationiſque contrariæ onus in aduerſarium reiiciat, vt eſt apud Alexand. in conſil. 51. num. 2. verſ. & ſuſſi. cret. lib. 1. in conſil. 92. num. 14. lib. 6. & in conſil. 88. num. 7. verſic. & talis quaſi poſſeſſio. & in conſ. 151. n. 7. lib. 7. Soc. iun. conſ. 89. col. 2. lib. 1. Corn. in conſ. 78. col. 2. in fi. lib. 3. Dec. in conſ. 54. nu. 2. in fin. Ruin. in conſ. 18. num. 8. lib. 4. in conſ. 55. n. 4. & in conſ. 241. n. 17. lib. 5. Pariſ. in conſ. 10. n. 79. lib. 2.

Vnde videndum eſt, verum perfecta probatio iſtius quaſi poſſeſſionis appareat.

20 In qua re monendi ſumus † ex tractatu ſolo hanc quaſi poſſeſſionem oriri, hoc ipſo, quod pro filio naturali & legitimo habitus quis & tractatus eſt. Tunc n. quaſi poſſeſſio filiationis ſibi ipſi quæritur, & in quaſi poſſeſſione filii legitimi & naturalis eſſe dicitur gl. & Doct. in d. c. tranſmiſſa in gl. pen. qui filii ſint legitimi. & obſeruandum, ſatis tractatum ſolum abſque fama vicinæ ſecundum glo. eſſe, dictione, vna cum, animaduerſa, quæ implicationem habet, & caſum minoris dubitationis explicat. l. 1. §. vt macum. ff. de colla. bon. c. ex tenore, de eleStio. cap. quoniam frequenter. § porro. & vtrobique gl. vt lit. non conte. gl. & Flor. in l. illud. in glo. pen. ff. ad legem Aquil. Doct. in l. cum ſpatium per illum tex. C. vnde lib. Bartol. in d. l. 1. colum. pen. ante med. verſ. præterea caſus eſt hic. ff. ſolu. matrim. Tractatum item ſolo ad quaſi poſſeſſionem hanc producendam contentus Anto. de But. eſt, in d. cap. tranſmiſſa. colum. 2. poſt prin. verſ. quando quæ concurrit ſolus tractatus parentum. Ibique Abb. nu. 10. Caſtren. in conſil. 152. viſo puncto in facto Franciſci. colum. 1. ante med. verſ. vel etiam quod ſine verbis lib. 1. Alex. in d. conſ. 51. n. 7. circa fi. verſ. item non obſtat ſi dicitur lib. 1. Soc. in l. falſa. in prin. col. 1. ff. de condi. & demon. Dec. in d. conſ. 54. col. 2. & in fi. conſilii. Ruin. in d. conſ. 141. n. 14. verſ. ex his igitur omnibus lib. 5. Ruſſus ſciendum in ſpecie tractatus huius, cum ex actibus multiplicibus tractatus iſte exiſtat, vti mox ſubiiciemus, actuum omnium neceſſarium concurſum non eſſe; verū ex actu vno in ſpecie declarato, quaſi poſſeſſionem colligi. Bar. in d. l. filium ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iuris. Alex. in d. conſ. 51. nu. 7. verſ. non obſtat etiam quod notat Bart. lib. 1. Dec. in d. conſ. 54. in fin. Iaſ. in conſ. 114. col. 5. in fi. lib. 1. Pariſ. in d. conſ. 10. n. 72. lib. 2. Soc. iun. in d. conſ. 86. num. 40. verſ. & licet forte ſi lib. 2. His ita de effectu tractatus huius præmiſſis, nihil aliud ſupereſt, niſi vt actus † oſtendamus, 21
qui recipi in materia hac ſolent ad quaſi poſſeſſionem filiationis conciliandam.

Inter quos actus referri educatio conſueuit, quoties quaſi filius quis educatur, & ei quaſi filio alimenta præbentur. Alex. in d. conſ. 88. in 3. dubio lib. 7. Iaſ. in conſ. 102. colum. 3. ante med. lib. 4. Ex modo etiam alimentorum dignoſcitur, verum quaſi filio, an vt extraneo alimenta miniſtrentur. Pariſ. in d. conſil. 10. n. 102. lib. 2. Ex affectione item parentum duci coniectura poteſt, quaſi filii necne educatio fiat. Anch. in conſ. 225. videtur prima facie. col. fi. ver. item ex dilectione. Pariſ. in d. conſ. 10. n. 60. lib. 2.

Si dixeris controuerſiam de filiatione non fieri, verum de qualitate, legitimus an non ſit.

Reſpondetur, † facilius qualitatem, quam ſubſtantiam pro- 22
bari. c. audemus. ibique Abb. in ſecundo notab. de reſtit. in inte. cum aliis apud nos conſcriptis in tract. de antiq. temp. parte 2. n. 35. & parte 5. n. 7. & 9. Vnde ſi ſatis ad ſubſtantiam filiationis edocendam coniecturæ habentur, multo magis valiturae ad qualitatem filii demonſtrandam erunt, id eſt, quod legitimus ſit. Ea ratione ſi ex modo alimentorum iudicatur an vt filius, an quaſi alienus nutritus ſit; facilius iudicio modus alendi erit, vtrum quaſi naturalis, an legitimi facta educatio ſit, aliter quippe legitimi atque illegitimi exhibentur, & agnoſcuntur. Atqui aſſerunt teſtes ſplendide & magnifice filium educatum, quæ res in filios illegitimos non competit.

Et qua ratione non niſi filios legitimos ſplendide magnificeque educari moris eſt; ita legitimus ex educatione hac cenſeri filius debet, à ſolitis argumentando. d. l. certi condictio. § ſi nummos. ff. ſi cert. pet. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua ff. de adil. edict. l. ſi prius. §. 1. ff. de aqua plu. arc. A conſuetudine igitur declaratione m educatio iſta vel ſimplex accipit, id eſt, etiamſi de legitimo facta mentio non eſſet. l. excepta. C. ho. a. c. quod dilectio de conſang. & affinit. Cuma. in conſ. 12. Anch. in conſ. 163. viſis & diligenter inſpectis. col. 3. circa fi. ver. ſupra dicta confirmat & id genus ſexcenta.

Secundo, quaſi filium legitimum ita educatum ex iure illo innuatur, † qualitatis illius contemplatione geſtum actum in- 23
telligi, quæ facientis perſonæ conuenit. l. fin. ff. de inſtitor. l. an honorarius. § fi. ff. de actio. & oblig. l. ſin autem. ff. vnde ſolut. quæ iura in ſimili ſententia hanc Sign. profert in conſ. 90. col. 8. poſt med. verſ. præterea quando aliquid. Eadem ratio facit, vt qualitatis illius cauſa facta educatio intelligatur, quæ filii educati perſonæ conuenit. Soli planè legitimi educationem huiuſmodi ſplēdidam atq; magnificam expetunt, quod argumentum apud eos mouere non dubitem, quibus raro communis ſatisfaciat, l. ſerui operiter. §. ſi ſuit. ff. de excu. tutor.

Tertio, quaſi filium legitimum educatum, ex eo non leuiter adiuuatur, quod pudori matri non fuerit nobiliſſimæ non ſuum filium eum in conſpectu non paucorum agnoſcere, pro tali palpare, & amplecti. Cæterum ſi ex complexu conceptus illicito prohibitoque fuerat, quis adducatur vt credat, id ita à matre actum? An non ſolent vel inferiores matris dignitate ex occulto huiuſmodi liberos alibi clanculum parere, vteri tumorem quacunque ratione tegentes? Conſequens his ſit † vt 24
qui naturalem reum iactitant, vera omnino diſſimilia narrent, atq; ideo fidem eorum aſſertionibus nō habendam. l. ſi ita quis in fine. ibi; quod vtique nemo ſanus probabit. ff. de iniuſto. Inde Bald. ait in l. 1. num. 9. C. de ſer. fugit. falſitatis imaginem in eo eſſe, quod ſimile vero non eſt. Sed nec fidem inſtrumentū habet, quod à veriſimili abeſt. Baldus in l. ſcriptura. circa med. C. de fide inſtr. & in. cum aliis apud nos collectis in conſil. 134. numer. 58. & in conſil. 175. numer. 5. Ibique idem in confeſſione diximus, quæ vero proxima non eſt. Adiumentum non paululum ab Anchar. coniectura hæc accipit, in d. conſil. 225. videtur prima facie dicendam, dictum ſpurium. columna fin. in princip. verſicul. accedit his teſtimonium. Filiationem ſpurii ex muliere alii nupta ſuſcepti, confeſſione matris non mediocriter iuuari, quod credibile non ſit, tantum ſcelus ab ore matris prodire, quod tantum alium ſibi aſciuerit, coniugiique fœdus violauerit, contra quam veritas habeat. Ratio eadem in matrona mouet, à maioribus minime obſcuris orianda, viroque antiquæ nobilitatis orbata, vt probrum eam manifeſtum facere tam turpiſſimum non puduerit, partum agnoſcendo, qui ex iuſtis nuptiis editus non eſſet. Eodem & illud Socin. ſpectat in l. quidam

relegatur. col. 4. in fine ſuper glo. ff. de rebus dub. præſumptum non eſſe, vt contra honorem ſuum quid quiſpiam agat.

Præſumptiones iſtæ educationis quaſi de filio iuſto ſecutæ, 25 ſicut † plurimum apud viros ratione iudicioque præditos valent, ita admitti à religione iudicantis facile debent; ſiquidem ab his præſumptio ſumitur, quæ multum poſſunt. Bald. *nota. 1. numer. 3. de contentio. inter maſcul. & fœmin.* argum. *l. domum. ff. de contrahen. empt.* not. idem Baldus *in cap. quia veriſimile. de præſumptio.* De quo dicto Calcan. meminit *in conſil. 11. colum. 3. circa medium.* Rurſus qua ratione veriſimile non eſt partum turpiter quæſitum pro ſuo à muliere notæ nullius integræque æſtimationis agnitum admiſſumve, vnde famoſa illico fieret, opinionisque ſuæ labem ſubiret, ita præſumi hoc non debet, cum fieri de his præſumptiones non ſoleant, quæ veriſimilia non ſunt. Baldus *in l. fin. in vltimo nota. C. de hered. inſtitu. in l. ſiue poſſidetis. in fine Cod. de probat. & in cap. 1. §. ſi vero. num. 1. de feudo guar.* Socin. *in l. ſi mulier. in 3. notab. ff. de rebus dub.* & apud nos *in conſil. 6. numer. 21. & in conſil. 8. numer. 6.* Enimuero præſumi id oportet, quod fere fit, ſeu quod accidere communiter ſolet: vt apud nos *in conſil. 205. num. 15.* id eſt, legitimum iuſtumque filium eſſe; quandoquidem ita palam editus, admiſſuſque à matre eo honore & æſtimatione prædita eſt.

Secundus actus, vnde tractatus filii quaſi legitimi, atque ex eo quaſi poſſeſſio memorata naſcitur, à nominatione pendet; quia pro filio legitimo nuncupatus à parentibus eſt. In qua re 26 ſciendum, caſus † nonnullos ſubeſſe, in quibus ad filiationem hanc iuſtam docendam nominatio ſola valet. Primus caſus eſt, vbicunque affirmate aut aſſertiue, non incidenter, filius quis appellatur, glo. & Doct. *in d. l. neque profeſſio. C. de teſta.* Paul. de Caſtro *in d. conſil. 151. colum. 2. in fin. verſic. ſexto poſſet obiici. lib. 1. & in l. non epiſtolis. num. 3. verſic. ſi autem verba. C. de proba.* Corn. *in conſi. 68. colum. penul. verſi. ſed diceret aliquis. lib. 3.* Alex. *in d. conſi. 88. num. 7. in fin. verſi. concurrit etiam alia coniectura. lib. 7.* Pariſ. *in d. conſ. 10. nu. 44. lib. 2.* Secundus caſus eſt, cum incidenter quidem filio præſente nominatio fit, quo caſu æque potens ſola ad probationem eſt. Felin. poſt Aret. *in d. cap. per tuas. num. 11. prima concluſio de probatio.* Gozad. *in conſi. 12. col. 1. poſt med.* Pariſ. *in d. conſ. 10. nu. 49.* latius *num. 53. lib. 2.* Idem cum blandientis more nominatio non fit, Iaſ. admittit *in l. ſi poſthumus. §. ſi quæſita. ff. de lib. & poſth.* Tertius caſus in nominatione, aut verbis enunciatiuis geminatis, ex quibus probatio plena filiationis deducitur. Paul. de Caſt. *in d. l. non epiſtolis. nu. 3. & in d. conſ. 151. col. 2. in fi. verſ. ſexto poſſet obiici. lib. 1.* Cæterum ſi teſtimonia expendimus, & quæ in facto narrantur, ad caſus hos tres ſpeciem hanc pertinere conſtat. Principaliter enim affirmateque, filio item ipſo præſente, neque id ſemel aut iterum filius legitimus ab vtroque parente vocitatus Comes Hannibal eſt.

27 Tertius actus † tractatus, & quaſi poſſeſſionis ab inſtitutione filii quaſi legitimi deſcendit, vt Alex. ſcribit *in d. conſ. 88. nu. 11. lib. 7.* Idem poſt Petrum, & Imolam Socin. *in d. l. ſi fal. a inpo. ff. de condi. & demon. & in d. conſ. 89. col. 2. lib. 1.* Idem poſt Aretinum Felin. not. *in d. c. per tuas. nu. 17. ver. vltima concluſio de proba.* Iaſ. *in conſ. 125. col. 3. poſt med. lib. 4.* Ruin. *in conſi. 109. nu. 38. lib. 3. & in conſi. 53. col. 4. in prin. lib. 5.* Pariſ. *in conſi. 13. nu. 29. lib. 2.* Idem ex Pariſio oſtenditur *in conſ. 19. nu. 95. 96. eodem lib.* à ſenſu contrario, cum inutilem coniecturam hanc putat, ſi doceri contrarium poſſit. Probatione ergitur contraria non interueniente, fructuoſam eam exiſtimat. Secundum quæ, potens tractatus iſte ex inſtitutione deſcendens, ad probationem contrariam in aduerſarium reiiciendam eſt, vt nominatim Alex. ſcribit *in d. conſ. 88. nu. 12.* Soci. *in d. l. falſa.* Aret. huc accedit *in conſi. 37. nu. 1. in fi.* aſſertioni teſtatoris de filio, aut nepote tamdiu ſtandum, quamdiu contrariũ non probatum ſit, per tex. *in l. ſi pater & in l. nec apud. C. de hered. inſt.* Ea propter cum hæres ſcriptus filius ſit quaſi legitimus, idque principaliter, & nominatim enarratum, dubitandum præterea non videtur. In qua re meminiſſe nos oportet, cum tertio loco editum teſtamentum ſit, id quod ſemper à teſtatore factitatum: ex qua repetitione aut multiplicatione roboris plurimũ probationi accedere, ex Caſtrenſi demonſtratum in ſecundo actu tractatus huius atq; in tertio caſu habemus, vt generalia alia nõ referam, quæ dici de geminatione ſolent. Rurſus obſeruandum, in confeſſione hac circa inſtitutionem ſæpius factam teſtatorem ipſum finem viuendi feciſſe. Proinde veriſimile non eſt ſarcina tam grauiſſima onuſtum eum in ſeculum aliud migrare voluiſſe, ſi aliter res habuerat *l. fin. C. ad legem Iul. repet. & ſum. num. 147.*

Quartus actus tractatus & quaſi poſſeſſionis vel legitimi eſt; qui ad regiam Cæſaris honeſtiſſime à patre ablegatus, magna famulorum & equorum pompa; quæ res ſicut legitimis ſolis competit, ita ad legitimum eum iudicandum valere debebit, argum. *l. 2. ff. de lib. & poſthum. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtru.*

Itaque † facta ipſa loquuntur, pro filio legitimo à patre reſi 28 habitum, *can. caute. 22. quæſtio. 2.* Vnde Beatus Gregorius quarto dialogorum de monacho quodam ſcribit: *Et ſi verba tacerent, facta loquebantur.* In eandem ſententiam & Diui illud Hieronymi eſt contra Iouinianum, in fi. *De noſtro grege erubeſcunt palliis, ſordidatis, & quaſi peregrini huius ſeculi, licet ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu.* Refert. Ioan. Andr. *in cap. conſtitutionem. circa med. de electio. lib. 6.* Text. huc accedit *in l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de edil. edict.* plus in facto quam verbis ineſſe. Inde rebus, non verbis imponi leges oportet. *l. 2. in fin. C. com. de legat.* Proinde in ſpecie hac plus quid non paulo in tractatu eſſe, quam in verbis, ſeu nominatione, autor Bald. *in l. non ignorat. num. 4. in fine. & ſeq. C. qui accu. non poſ.* Alex. *in d. conſ. 88. num. 7. lib. 7.* Dec. *in d. c. per tuas. 12. 4. not. in fin. de prob. & in d. conſi. 54. num. 1.* Pariſ. *in d. conſi. 10. num. 61. ver. ex quibus & num. 87. lib. 1.* Quid dicendum hic erit, vbi vtriuſque generis tractatus incurrit, iuxta à factis atque verbis?

Quintus actus tractatus † à ſororibus Comitis Vitaliani 29 patris deducitur, à quibus pro nepote legitimo ex fratre habitus reus eſt. Non minus enim aliorum tractatus & reputatio filio confert ad legitimum eum iudicandum, atq; parentum, vti ſcriptum apud Alexan. eſt *in d. conſil. 90. nu. 7. verſi. pro hoc etiam quia adhuc. lib. 7.* vbi quaſi poſſeſſionem ex reputatione, & tractatu hoc alieno contrahi, ſeu conciliari putat, illiq; vigorem, & effectum in tractatu hoc ineſſe ait, etiam qui patre ſublato ſequitur: quod minimi faciendum in ſpecie hac non videtur.

Sextus actus tractatus & quaſi poſſeſſionis, nec ipſe ſpernendus à nouerca ipſius rei deſcendens: qui ſane tractatus eo æſtimari potentior debet, quo à perſona ſuapte natura inimica magis fit: hoſtes quippe † priuignorum fere nouercæ naſcun- 30 tur *l. 4. ff. de in. off. teſtam.* Inde illud; *Tunc cornix albeſcet, vbi amica nouerca quieſcet: Pede modo ſuo parat priuigna venenum.* de quo apud Portium *in §. ſocrum. Inſtitut. de nupt.* Boeri. *q. 318. colum. 3. circa vi. ſi iun.* Eiuſdem loci & illud gloſſ. eſt *in Clemen. paſtoralis. verſi. verum quia. in ver. nouerca. de re iudi. Gaudet in afflictas ſæuire nouerca poteſtas:* qua ratione impulſus legiſlator eſt, *vt l. hac edictali.* ederet, *Cod. de ſecund. nup.* Quod cum ita ſit, credibile non eſt pro legitimo priuignũ à nouerca habitum, & exiſtimatum, niſi ita res ſe habeat. argu. *cap. literas. de præſumptio.* Et qua ratione teſtis non pellitur ratione affectionis alias iuſpectus, vbicumque contra eum teſtificatur, cui affectus dicitur. gloſſ. *in c. a. fin. in ver. in teſtem. de teſtib. lib. 6.* Dec. *in conſil. 163. num. 11. & in conſi. 542. num. 1. in fin.* Ita inimici abiici teſtimonium non oportet, quod dictum pro eo erit, qui inimicus teſti dicitur, vt eadem ſit contrariorum diſciplina: *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.* Conſequens his ſit, plurimi tractatum hunc faciendum à nouerca profectum, quæ pro legitimo minime tractaſſet, ſi res ita ſe non habuerat.

Septimus actus tractatus ſeu quaſi poſſeſſionis filiationis ex inſtitutione fratris vterini colligitur, qui Comitem Hannibalem fratrem legitimum heredem ex aſſe facit, filia naturali excluſa. Vnde † quaſi poſſeſſio fraternitatis legitimæ æque 31 naſcitur, vt in filiatione. Cy. *in d. l. non epiſtolis. Co. de proba.* Paul. de Caſtr. *in d. conſil. 151. colum. 2. in princip. libr. 1.* Idem generaliter in materia alia quauis vt ex tractatu quaſi poſſeſſio iuris illius generetur, in quo pro tali quis tractatus eſt, Oldrad. authore in *conſil. 244. ad obiectas. num. 9. & in conſil. 254. quia tota. num. 5.* quicquid viſum aliter atque incogitate ſatis Decio ſit, *in d. conſil. 511. colum. pen. ver. tertio etiam reſpondeam.* Sed enim Cyni teſtimonio fretus, *in d. l. non epiſtolis* ita ſcripſit, quem Decio ipſi obſtare ex Caſtr. oſtenditur, *in d. conſi. 151. col. 2.* vbi teſtem Cynum pro ſententia ſua Caſtr. producit. Rurſus ratione dilectionis admiſſa, qua Dec. nititur, quod fratrum vice permulti ſe diligunt, nec inter patrem & filium quaſi iſta poſſeſſio cad[er]et, ſiquidem inuicem inter ſe aliqui ſe amant parentum filiorumque exemplo. In qua inſtitutione ex aſſe facta pro filio matris legitimo fratre vterino Comitem Hannibalem habitum non poſſumus

ſ... nos non fuerit: aliter quippe pro fratre legitimo haberi non poteſt. l. ex lege quæ l. ad rem mobilem ff. de procura. l. illud. ff. de acquir. hæred. Neque hæredem eum facturu credibile eſt, ſi illegitimum crediderat, filia præcipue eiuſdem conditionis omiſſa. l. iſte quidem ſi ff. quod m. cau. l. ſcripto. ff. vnde lib. & alibi ſæpe. quæ coniectura apud me quidem non mediocriter valet.

Conſequens tractatibus his tot tantiſque & tam plurimis
32 fit, famam † quoque publicam de legitimo ſtare oſtendi. Cuius rei gratia ſciendum, famam publicam ex inſtrumentis pluribus antiquis probari, in quibus de re aliqua mentio fit; ſeu ex verbis enunciatiuis inſtrumentorum plurium ex tempore vetuſto factorum. Bald. Salic. & Caſtr. in l. cum aliquis. C. de iure delib. Alexand. in d. conſ. 90. colum. 2. lib. 6. cum aliis apud nos cumulatis in tractat. de antiq. tempor. parte 1. num. 74. vbi probationem plenam ex verbis his enunciatiuis fieri vel in tertii perniciem diximus, etiamſi præiudicium graue verſatur. Cum qua ſententia Ruin. quoque facit, in d. conſ. 141. colum. 6. in fine. libr. 5. Duo quoque inſtrumenta ex antiquo facta in quibus enunciatio fit, ſatis eſſe oſtendimus. Si ex inſtrumentis vno atque altero ex antiquo factis ob ſolam verborum enunciationem famæ probatio perficitur tertio perniciali; quid in tractatibus tot tamque multis & vehementibus dicendum erit, in quibus facta, non verba interueniunt, & verbis facta præſtare teſtatum ſuperius habemus?

Neque mouet recentes tractatus hos, non vetuſtos eſſe; quoniam pro vetuſtate, in qua inſtrumenta duo ſufficiunt, numerus hic tractatuum incurrit, ex quo numero ſuppleri conuenit, quod à vetuſtate deeſt, ad ſimilitudinem teſtium, quorum vitia à numero eorum purgantur, vt ſcriptum apud Iaco. Butr. eſt in l. 3. in princip. ff. de teſtib. Alexand. in conſil. 43. numer. 27. lib. 4. in conſ. 88. num. 7. lib. 5. & in conſ. 4. nu. 10. lib. 6. & alia innumera. Rurſus à factis ipſis ſuppletio fit: namque ſi verba enunciatiua inſtrumentorum vnius atque alterius ad famam plene probandam in antiquis valent, longe magis effectum hunc parere facta plura euidentia, quamuis non perinde inueterata, debent, vt quod in vetuſtate non datur, repletionem à re factiſque accipiat, cum roboris plus non paulo in rebus factiſve, quam in verbis ſit. Id quidem in primis, quod non ab vno eodemque fonte tractatus huiuſmodi emanant, id eſt, non à patre ſolummodo, verum à matre, amitis, fratribus vterinis, nouerca & aliis, ex his, quæ ſcripta in d. tract. habemus, parte 1. n. 74. & duob. ſeq. ad Venetam impreſſionem.

Ex teſtibus famæ huius probatio iuuatur, qui teſtimonia
33 de ea dixerunt. Et quamquam † ad eum modum probatio nõ fiat, quem Bart. aliiq. poſtulant, in d. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſt. adiumentum tamen probationibus præſumptionibuſq; aliis præſtat. Corn. in conſ. 101. col. 2. in fine. & in conſ. 198. col. 4. libr. 2. Dec. in conſ. 61. col. 2. in fin.

Secundo multum remitti de neceſſitate famæ probandæ ſolet, quoties ex iudicio, aut coniectura aliqua veriſimili origo eius exiſtit: quo caſu perſonas nominari non oportet, de quibus auditum ſit, vt ex Bart. in d. §. plurimum. Areti. oſtendit in conſ. 7. col. 3. in 3. dubio Corn. in conſ. 61. col. 7. circa med. lib. 1. Quid dicendum hic erit, vbi ex iudiciis coniecturiſque tam multis, tamq; efficacibus fama ipſa emanauit, de quibus narratum ſuperius habemus.

Tertio, neceſſitas tanta in fama probanda non vertitur, vbi cum quæ ex actu aliquo illa procedit, vt puta ſi in delicto quiſquam deprehenditur, ob quam deprehenſionem cœperit acclamari à perſonis vilibus etiam Tunc enim famæ huius admitti probatio ſolet, tametſi à perſonis honeſtis origo eius non ſit. Capella Tholoſa. q. 379. Atqui † honeſtas grauesq; eſſe perſonas oportet, à quibus fama deriuatur. Anchar. in conſ. 453. in
34 quæſtione presbyteri, col. 2. Dec. in conſ. 375. col. 2. circa med. Quid dicturi hic erimus, vbi ex actu illo exordium accipere fama potuit: quod vna ſimul cubare coniuges ipſi cœperunt? Idq; matrimonii iure fieri à miniſtris ſignificatum, vt miſſos tractatus alios faciam, vnde iure meritoq; exire fama hæc potuit.

35 Quarto ſciendum, famam † hic populi totius non deſiderari, at viciniæ & communis opinionis. d. l. filium. ver. ſi. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. d. l. ſi vicinis. C. de nupt. & d. c. tranſmiſſæ qui filii ſint legit. Alexand. in conſ. 90. num. 1. verſi. circa ſecundum lib. 2. In qua communi opinione probanda ſatis eſt oſtendere, quod apud omnes cum cognoſcentes habitus pro tali eſt. Bart. in l. 1. num. 4. verſ. item iuxta tex. C. de teſt. am. Alex. in d. conſ. 51. num. 3. lib. 1. Ruin. in d. conſ. 128. num. 10. lib. 4. & in d. conſ. 51. num. 18. verſic. probatur autem vulgi omnium. lib. 5.

Sed non omnium cognoſcentium opinio deſideratur, verum maior pars eorum ſufficit, apud quos notus eſt, vt à maiori parte pro tali habeatur. Iaſ. in d. l. 1. in q. 4. ver. C. de teſta. poſt Alexand. ibi. Ad quem modum probata ſatis opinio hæc communis videtur. Ex qua opinione aut reputatione communi, tractatu etiam alio non apparente, quaſi poſſeſſio filio acquiritur. Iaco. Butr. in l. quidam. ff. de probat. Anton. de Butr. in d. cap. tranſmiſſæ colum. 2. ante med. verſic. quandoque adeſt ſola communis opinio. qui filii ſint legit. Alexand. in d. conſi. 51. num. 2. verſic. idem ſi probetur. libr. 1. in conſ. 90. num. 1. verſic. circa ſecundum. lib. 2. & in d. conſ. 88. num. 7. circa fi. verſi. concurrit etiam alia probatio. lib. 7. Ruin. in d. conſ. 128. nu. 9. lib. 4. in d. conſ. 51. num. 18. & in d. conſi. 141. num. 15. lib. 5. Idem ex Oldr. oſtenditur in d. conſ. 244. nu. 9. & in d. conſ. 254. nu. 5.

Conſequens tractatibus his & communi opinioni ſeu reputationi fit, ſatis ſuperque quaſi poſſeſſionem filiationis legitimæ apparere, quæ onus probationis contrariæ in partem aduerſam reiiciat, vti demonſtratum modo habemus.

Cæterum non modo à quaſi poſſeſſione rei expectatio adiuuatur, verum etiam à proprietate ipſa: atque adeo completa ab eo probatio, & quantum ad petitorium, per teſtes duos videtur, qui in matrimonio ipſo contrahendo affuerant; in quibus virilis vnus, fœminei alter ſexus proponitur. Teſtibus plane † vno atque altero matrimonium probari, iuris incerti non 36
eſt cap. conſultationi. ibique Abb. in 2. nota. de ſponſal. Beneuenta in conſ. poſt Card. reſponſa. colum. 3. num. 1. neque fœminæ conditio mutat. Non minus enim fœminæ atque maſculi teſtimonium in matrimonio probando admittitur. cap. ſuper eo. 2. ibique Abb. in 3. nota. de teſtibus. can. videtur. 35. quæſtion. 6. Henri. Boic. in cap. quoniam. de teſtib. Dec. in conſ. 163. in princ. Boeri. in conſ. 40. num. 17. plenius num. 58. Socin. iun. in conſ. 29. num. 8. & in conſ. 31. num. 13. lib. 2. Idque locum in primis hic habet, vbi matrimonii alterius diſſoluendi præiudicium non vertitur, quamuis ius idem tunc ſeruandum nonnullis placeat: quæ res ſicut ad ſpeciem propoſitam non attinet; ita diſceptandam in præſentiarum non duxi.

Hicque obſeruandum, ſemel † atque iterum mulierem 37
hanc teſtimonium ſuum in iudicio conſtanter affirmaſſe, atq; ideo fidei plus non paulo in teſtimonio eius ineſſe, l. 1. & 2. ff. de appella. recip. l. ſi mulier. 2. C. ad Vellei.

Atque in ſpecie magis ex confeſſione geminata parte abſente facta id oſtenditur, quæ poteſtatem iudicialis confeſſionis habet. Bart. in l. cum ſermus. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Iaſ. in l. 1. nu. 19. C. de pact. & apud Doct. canonum poſteriores in c. ſi cautio. de fide inſtru. Si confeſſioni extraiudiciali repetitæ vis tanta eſt, quid in iudiciali ipſa iterata probandum?

Non ſolum autem in iudicio teſtis hæc mulier affirmauit; ſed & extra iudicium apud Io. Syrum, Petrum Paulum de Cella, & magnificum D. Ludouicum Bottum: ex quibus teſtimoniis extra iudicium latis, roboris etiam non paululum teſtimoniis ipſis iudicialibus additur.

Namque † ſi teſtimonii huius ſine iudice facti ratio habe- 38
tur, vt ſuſpectum teſtimonium contrarium reddat, quod poſtea in iudicio dicitur d. cap. per tuas. de probat. Ang. in conſ. 243. num. 3. verſ. ſatis enim detrahitur. Alex. in conſ. 23. num. 5. verſic. diminuitur etiam fides. lib. 6. Corn. in conſ. 170. colum. pen. circa med. ver. & licet hoc modum lib. 3. longe magis vires teſtimonio duplici iudiciali teſtimonia hæc extraiudicialia cumulatura erunt; cum facilior lex non paulo ſit ad actum confirmandum, quam infirmandum. l. quoties. ff. de rebus dub. l. quoties ff. de verbor. oblig. Vnde benigna interpretatio dicitur, per quam veliis ſeit validus actus fiet cum in teſtamento adimitta gl. ibique Socin in 2. not. ff. de rebus dub. Et alia huius generis complura.

Secundo, probatio hæc matrimonii quantum ad proprietatem, teſtimonio memorati domini Ludouici Botti Patritii eiuſque Mediolanenſis, probatur, qui de confeſſione vtriuſque coniugis viciſſim facta teſtificatus eſt apud iudicem ſpiritualem Caſalenſem, & quam fato vrgente ratam habuit, ad eã ſe referendo, etiam ſi verbis plurib. præ morbi grauitate perficere teſtimonium non licuit. Sed enim pro eo rem haberi conuenit, atque ſi ad integrum peractum teſtimonium haberet. Principio, quoniam tertio loco ita teſtificans legitur. Primum In ciuitate Caſalis ſub iudicio, quod inter patrem & filium de filiatione legitima tractabatur. Secundo, ſponte ſua re-

lig.onis

Digitized by Google

ligionis formidine tactus, ſub ipſum corporis Chriſti ſacratiſſimi accipiendi tempus: ante enim ne id admitteret paſſus non eſt, quam proditum id haberet, legitimum filium ſuum eſſe, in quo celando onuſtam eſſe animam ſentiebat. Qua re indicata, Euchariſtiæ ſacramentum inde admiſit. Equidem ſi viri tam nobiliſſimi grauiſſimique ingenium atque integritatem hic obſeruamus, ad quem res hæc præter animæ diſcrimen, ſi celatam diutius haberet, omnino non attinebat; quis non adducatur, vt credat ex fide cum religioneque maxima ita locutum, cum in labris ferme anima eſſet, & paulo poſt expirauerit?

39 Confeſſionis † huius, quæ in hora extrema fit, rationem Doct. non mediocrem habent, vt fidei plus non paulo eidem habeatur, atque ſi inter viuos fieret, vt habetur *in l. ſi quis in graui. § ſi quis moriens. ff. ad Sillanian.* & apud Pariſ. *in conſil. 1. num. 138. lib. 2.* Vberius *in conſ. 10. colum. fin. nu. 134. lib. 1.* & apud nos *in conſ. 6. n. 91.* vbi tortura cuiuſdam ſpiritualis vice infirmitatem eſſe ſcripſimus. cumulatius *in tract. de antiq. temp. parte 2. nu. 223. ad V centum excuſ. onem.*

Tertio, ſicut ſemel, iterum atque tertium confeſſio facta à teſte hæc eſt, ita haberi pro iudiciali debet, etiam ſi facta omnino ſine iudice eſſet, ex his, quæ dicta paulo ante de confeſſione extraiudiciali geminataq; ſunt.

40 Quarto, † ſemel tantum atque inter alios omnino teſtes aliquos in facto etiam nouo aut recenti examinatos fac, quos denuo producere per mortem eorum non licet; ſemiprobationem tamen ab eis fieri Bart. ſcribit *in l. admonendi. num. 45. ff. de iureiur.* Aug. *in l. 2. C. de eden.* Anto. de Butr. & Abb. *in c. ap. fin. de iureiurand.* Idem Anto. *in c. quamuis. de re iudic.* Alex *in conſ. 156. circa fi. lib. 2. & in l. ope. col. 20. verſi. fortius dicit. ff. de re iudic.* Dec. *in conſ. 42. col. fin. verſi. præterea dato. & in conſ. in 9. col. 2. verſ. accedit etiam.* Iaſ. *in d. l. admonendi. nu. 75. & in d. l. 2. colum. fin. in 5. limitatione. C. de edendo diſtiſio.* Diapo. *396. col. 2.* Ruin. *in conſi. 91. col. 7. circa med. lib. 4. & in conſi. 9. col. 3. in fin. lib. 5.* Vnde cum in cauſa hac etiam teſtimonium vt potuit, moriens dixerit, nihil eſſe putem, quamobrem pro legitimo examinato haberi non debeat.

41 Quinto, † rarum teſtimonium habetur, in quo ad teſtimonium prius dictum teſtis ſe refert: perinde enim res habetur ac ſi ex integro redditum ita teſtimonium ſit. Alex. *in conſi. 131. col. 3. poſt med. verſ. præterea ipſemet teſtis. lib. 1. & in conſil. 56. colum. 2. libr. 2.* Iaſ. *in l. legata inutiliter. in 6. nota. ff. de leg. 1.* ſcite magis Soc. *in conſ. 98. nu. 14. lib. 1.* vbi opinionem hanc admittit, cum apud iudicem facta teſtificatio eſt, ad quem relatio fit; quam opin. libenter hic admitterem, vbi vlterius interrogare morientem nõ licuit. Quæ cum ita ſint, extra dubitationem poſitus teſtimonii huius vigor videtur: de qua coniugum confeſſione teſtes & alii mentionem faciunt. Sed enim de teſtimonio d. Ludouici Botti expreſſius ideo dixi, quod exceptione elidi vlla non poſſit, ceu thorax impenetrabilis.

42 Hicque obſeruandum, † etſi teſtimonii huius ſolius adminiculum intercederet, ſemiprobationem tamen ex eo fieri, quatenus confeſſionem vtriuſque coniugis tempore eodem ſimulque factam, affirmat Paul. de Caſtr. *in conſ. 109. viſa petitione col. 2. circa med. & in conſ. 43. viſo proceſſu, & atteſtationibus. colum. 2. poſt med. verſ. quando hic deſunt vehementiſſimæ coniecturæ. libr. 2.* Alex. *in conſ. 76. in 2. dubio lib. 6.* Idem ex Imol. Corn. probat *in conſil. 288. colum. 5. verſic. & propterea Ioan. de Imola. lib. 3.* Ripa *in d. l. admonendi. num. 206.* quo magis admirer hæſitationis quicquam de re hac apud Socinum iuniorem *in l. Gallus § . ille caſus in extremis verbis. ff. de lib. & poſthum.* qui tamen in prin. colum. fin. ab opinio. hac non diſcedit.

43 Quia autem teſtes † de confeſſione hac parte abſente dicũt, ſemiprobationem ſine dubio præſtant. *l. capite quinto ff. de adul.* Bart. *in l. fin. ff. de quæſtio.* Aretin. *in conſ. 63. in ſecundo dubio.* Inde Aret. infert cum fama confeſſionem huiuſmodi ad probationem integram coniungi. A fortiori confeſſio coniugi præſente parte per teſtem vnum probata cum ea debebit, quæ abſente parte facta aſſeritur. Hoc amplius, fides plena fieri ex cõfeſſione hac debet parte abſente facta, in materia hac matrimonii clandeſtini, quod difficilis probationis eſt: ita in confeſſione huius generis Caldet. not. *in conſ. 25. de teſtib.* Ruin. *in conſi. 70. col. 3. ante med. verſ. in caſu noſtro ſpecialis ratione lib. 4.* vbi in his Ruin. loquitur, quæ in domo fiunt, de quo genere matrimonium eſt, de quo controuertitur.

Sed dubium aliquis erit, cum denique probationibus leuioribus locum in his eſſe, quæ ex occulto fiunt, vel in quibus difficultas probandi verſatur, ſi ex actus ipſius natura difficultas hæc exiſtit, culpa omni eius remota, qui probationes huiuſmodi præſtat: rationem aliam eius eſſe, quod ſponte ſua aut ſuapte natura difficilis probationis non eſt, verum à culpa potius difficultas hæc deſcendit, qui teſtes plures aut idoneos magis non adhibuit: quale matrimonium clandeſtinum eſt, in quo ſi teſtes plures, aut idonei magis non interueniunt, vitio id contrahentium accidit, vt gl. in Doct. que not. *in c. tertio loco. de probat.* Atq; in ſpecie matrimonii clandeſtini Alex. ita ſcribit *in conſ. 152. num. 11. lib. 5.* cui dicto ſimpliciter Dec. ſubſcribit *in d. can. tertio loco. in fine ſecundo notab.* expreſſius *in conſ. 133. num. 6. verſic. vltimo non obſtat, ſi dicatur. in conſil. 310. col. 2. ante med. verſ. & in iſto caſu non eſt dicendum* Pariſ. *in conſi. 58. num. 50. & in conſ. ſeq. num. 31. libr. 4.* Reſpondetur ad ipſos contrahentes argumentum hoc pertinere, quibus aſſignari culpa poſſet, quod teſtibus pluribus vſi aut melioribus non ſunt: ad filium porro, legitimum ſe contendentem, obiectio omnino non ſpectat, cui culpæ imputari quicquam non poteſt. Quæ res etiam in cauſa fuit, quamobrem probationibus leuioribus in matrimonio probando ad legitimationem filiorum demonſtrandam contentum ius fuerit, vt inferius ſubiiciemus. Id enim non modo liberorum fauore, ſed & ratione ipſa naturali ſpectata, ſancitum eſt, ne parentum culpa, à quibus clanculum nuptiæ fiunt, perniciales liberis fiat, ad eorumq; calamitatem trahatur *l. generalit. in fi. ff. de ritu nupt. l. ſi quis in ſuo § lege C. de inoffic. teſtam* & illud Exod. *c. 18.* Quin etiam difficultatem probandi in matrimonio occulto contrahentium ipſorum fauore Boeri. admittit *in conſi. 4. n. num. 97. & pluribus ſeq.* cum quo tamen ſimpliciter ſentire, conſilii noſtri nunc non eſt.

In hac etiam confeſſione parte ſeu coniuge altero abſente facta ſpectandum; ſiquidem † à teſte vno de confeſſione vna mentio fit, deinde confeſſionis eiuſdem coniugis, tempore tamen alio factæ teſtimonium alius dicit; atque adeo de confeſſione duplici abſente parte à duobus tantum teſtimonium fertur, coniunctionem confeſſionum illarum ad ſemiprobationem inducendam admitti, vt ex Imola Cor. probat *in d. conſ. 288. col. 5. verſi. & propterea Io. de Imola. libr. 3.* Curt. poſterior *in conſil. 168. nu. 21. in fi. verſ. & ſi dictæ confeſſiones.* Ruin *in conſ. 40. in fin. libr. 4.* Et quamuis dictum hoc vltimum affirmare non cogitem, vtpote quod vacuum à controuerſia non ſit; in hoc tamen additum eſt, vt aliis concurrentibus, palam fiat, nihil eſſe, quod tantopere aduocatio partis laboret in probationibus & præſumptionibus euertendis, quaſi coniunctionem non patiantur ob teſtium ſingularitatem, & quaſi ſingula probationum genera ad amuſſim probata non videantur. In probationibus debellandis ipſi exſudant; contra Doct. in eas ſuſtentandas humanius benigniuſq; ſtudent. Quam iuris ſententiam ſi ad facti ſeriem adiungimus, mirum ni ad integrum vel inter contrahentes ipſos eorumq; cauſa patefactum matrimonium deprehendimus.

Illud item prætereundum in † confeſſione hac non duxi 45
parte abſente facta, facilius ex ea probationem in matrimonii fieri, quod ſpirituale eſt, quam in cauſa alia profana: ſiquidem de iure canonico in terriſque eccleſiæ probationem plenam confeſſio hæc præſtat parte abſente facta. gloſſ. Abb. & alii in *c. ſuper eo. de eo qui cognouit conſang. vx. ſuæ.* Gemi. *in conſi. 103. in ſecundo dubio* Præpoſi. *in c. ex litteris. col. 4. de diuort.* Quam opin. receptam Felin. *in c. ſi cautio. colum. 7. in 2. fallen. de fide inſtr.* Corn. *in conſi. 113. circa prin. lib. 1. deciſ. Neapolit. 164. ante fi.* Dec. *in conſ. 163. nu. 1. in fin. & num. 2.* vbi generalius hoc in cauſis omnibus ſpiritualibus & eccleſiaſticis in terris etiam admittit, quæ eccleſiæ non ſunt. In cauſa enim matrimonii loquitur, quæ Mantuæ tractabatur, quod Decii conſi. Curt. iunior ſequitur *in conſi. 168. num. 11.* Idem in matrimonio Ripa admittit *reſponſ. 1. de ſponſal. matri. & filiatio. nu. 11.* Eadem opinione & Soc. iun. vtitur, vbicunque in foro Eccleſiaſtico, ſimiliter vt hæc, cauſa exercetur, *in conſi. 32. nu. 18. li. 2.* Atqui vbi controuerſiam pati ſententia hæc poſſit, inficias certe ire non licet, quin facilius ius hoc recipi in cauſa matrimonii ob ſpirituale oporteat, quam in profana alia. Apparet ex fundamentis his duobus confirmatam matrimonii probationem, vel quantum ad proprietatem, non modo teſtibus, qui in matrimonio ipſo interfuerunt, ſed & aliis, qui coniugum confeſſionem teſtati ſunt, tam vtroque præſente, quam altero abſente.

Tertio,

Tertio, principaliter roboris non paululum probatio hæc matrimonii atque adeo filiationis legitimæ à ſententia ordinarii eccleſiaſtici in ciuitate Caſalis accipit, à quo declaratio facta eſt de matrimonio ipſo contracto, atque ideo de iure
46 Comitis ipſius Hannibalis, quaſi legitimi. Quæ ſententia † ſicut ad iis perſonas reſpicit, ita ad omnes trahitur, etiam qui vocati ad eam litem non ſunt. Et in ſententia de filiatione dicta ex text. hoc oſtenditur *in l. 1. §. plane. cum l. ſeq. ibi que Bartol. ff. de lib. agnoſ.* glo. & Docto. *in l. quamuis. de re iudic.* Quod ſi de ſubſtantia ipſa ſententia lata, id eſt, de filiatione aliis nocet; longe magis eam de qualitate, id eſt, quaſi filii legitimi; ſiquidem faciliorē qualitatis atque ſubſtantiæ probationem eſſe teſtarum inſtituitionibus habemus, atque in qualitate ex tex. hoc declaratur *in l. ingenuum. ff. de ſtatu homi.* ubi de ingenuitate ſententia dicta ad alios etiam porrigitur.

Id quidem præcipue, quod cum legitimo contradictore acta lis eſt. Primo, cum patre, cuius in primis de re hac intererat,
47 ne eo inuito hæres ſuus exiſteret. *§. ſed ſi quis. Inſt. de adoptio.* Inde dicimus † legitimum filium patre inuito non fieri. Ang. *in conſ. 87. pro deciſione.* Socin. *in rubr. ff. de lib. & poſthum. colum. 3. verſi. conſiderā tamen in hac difficultate.* Ruin. *in conſi. 70. colum. 3. in princip. & in conſi. ſeq. colum. 1. in fin. lib. 3.* Et licet à controuerſia vacua res non ſit, quantum ad perniciem ſubſtituti alterius, qui iure æque principali nititur, *l. 1. ubique Alb. ff. de excep. rei iud.* Alex. *in d. l. ſæpe. colum. 7. ff. de re iudic.* Ruin. *in conſi. 181. in fi. lib. 1.* Præſumptio tamen ex ſententia hac inter alios lata oritur, quæ poteſtatem eam obtinet, ut in parte probationum cauſa ſecundum eum ſententia dicatur, cui præſumptio hæc fauet, ut Ripa docet *in d. l. admonendi. num. 103. & in l. 2. num. 36. C. de edendo.* Atqui fortiores non paulo probationibus actoris probationes reus impleuit, ut ex ſuperioribus liquet, & perſpicuum magis inferiora facient cum aduerſariis profligabimus.

Cui declarationi conſequens fit, ad rem Hoſti. & Inno. dictum non attinere *in c. cauſam quæ. qui filii ſint legit.* quod in filiatione dicitur ſententiam de ea latam ad incommodum aliorum pertinere, locum in legitimitate non habere; ſub dubio forte tamen, quod liberum uſquam id non inuenitur, quæ ſententia Iaſoni quoq; placet *in d. conſ. 106. col. 1. poſt med. lib. 1.* namque etſi maxime verum id ſit, præſumptio tamen ex ſententia id genus oritur, ſimiliter ut ex alia quauis, quam certum ſit perniciale m aliis non eſſe.

Secundo, dubitatione apud me dictum hoc Hoſt. & Innoc. non vacat, in quo caſus demum diuerſos filiationis, & legitimationis faciunt, ratione diuerſitatis ulla non expreſſa, contra Gloſſ. *in l. ſed & ſi lege. §. ſi. in ſi rem diſtraxerit. in verſicu. habeant. ff. de petit. hered.* Bartol. *in l. 4. §. Cato. in 9. oppo. ff. de verb. oblig.* non enim ſpeciale intueri dictum debemus, verum rationem eius verum ad caſus alios pertineat *l. pater filium. §. ſi. uidum. ubique Bart. in fin. ff. de leg. 3.* Quin etiam ratio maior in legitimatione videtur, atqui in filiatione, cum promptior qualitatis ſit, quam ſubſtantiæ probatio.

48 Quarto principaliter † monendi ſumus, in probatione hac matrimonii permagni referre, utrum coniugum aut contrahentium ipſorum, an prolis cauſa probatio fiat, ut legitima proles doceatur. In coniugibus ipſis probatio plenior exquiritur: quæ ipſa leuis ſatis in prole eſt. ſatis enim proles habet, ſi cohabitationem parentum docet, ad matrimonium præſumendum, ut iuſta proles æſtimetur. Alb. *in d. c. lator. qui filii ſint legit.* Fel. *in d. cap. per tuas. ante ſi. de probat.* Dec. *in l. nuptias. col. 1. ff. de reg. iur. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ num. 39. de conſtitu. & in conſ. 153. n. 2.* Pariſ. *in d. conſ. 13. n. 21. 22. lib. 2.* Alcia. *in tractat. præſump. 10. reg. 2. præſump. 5.* Idque ſingulare Cur. poſterior putat *in conſ. 12. colum. 1. poſt med. verſic. hinc videmus.* Gemin. huc accedit *in conſil. 27. num. 7. in fin.* probationem quamlibet ad matrimonium demonſtrandum in hoc ſufficere, ut legitima proles appareat, per text. *in d. c. cauſam quæ. qui filii ſint legit.* leuem etiā matrimonii probationem ad filiationem probandam Bald. admittit *in l. filium. num. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Sed & colorata poſſeſſio opinioque matrimonii ſufficit, ut iuſta proles cenſeatur, autor Anton. de Butr. *in cap. 2. in 5. nota. & in cap. quod nobis in 2. nota. per illos text. qui filii ſint legi.* ſequitur Dec. *in d. conſi. 153. num. 2.* Idem ultra Decium ex Geminia. oſtenditur *in conſi. 66. colum. 3. ante medium* ubi ſatis eſſe prolii ait, ut legitima iudicetur, ſi coloris approbati ad legitimationem quicquam in ea repetitur. Sic colorata matrimonii poſſeſſio receptain ſpecie propoſita eſt. Colorata plane poſſeſſio vel titulus coloratus matrimonii hoc ipſo dicitur, quod tractatus aliquis matrimonii inter eos interuenit. quibus poteſtas eius contrahendi eſt, ſimiliter ut coloratus titulus beneficii dicitur. qui ab eo dicitur, cui conferendi facultas datur, ut habetur *in c. ſi literas & in cap. cum vobis. de conceſ. præben.* Geminia. *in conſi. 35. colum. 3. cir. a medium in conſi. 117. colum. 3. ante med. & in conſil. 147. colum. 2. circa med.* Bellame. *deciſ. 50.* Gomeſ. *in reg. de triennali q. 27. colum. 3. verſic. tertius caſus.* Caſſadorus *de reſtit. ſpoliat. deciſ. 8. num. 5.* Atqui probationes à reo matrimonii præſtitæ non colore, ſed ſubſtantia tenus ſunt, ſicuti demonſtratum in ſuperioribus habemus.

Quis enim coloratam probationem ſolummodo dixerit, quam teſtes perficiunt, qui & facti ipſius, & de confeſſione contrahentium, eorumve, qui in contractu interfuerunt, ac de cohabitatione ipſa teſtimonia dixerunt, ultra tractatus tot alios?
Hoc † amplius, copula ſola ad matrimonium iure ciuili præſumendum contentus Bald. eſt *in conſil. 299. ſuper primo puncto lib. 3.* 49

Quinto principaliter matrimonii huius probatio à nominatione colligitur, quod mutuam coniuges ſeſe nuncupauerunt: quæ nominatio ſola ad prolem iuſtam habendam valere dicitur. Innoc. *in c. ex parte. num. 4. circa fin. verſic. non autem ſufficit probare. de reſti. ſpoliat.* Veroneoſ. *in conſ. 5. num. 18. in fi.* Dec. *in d. conſ. 153. num 3.* Ripa *d. cap. 1. de ſponſal. matri. & filia. cap. 11.* Schurf. *in conſil. 11. nummer. 3. poſt conſi. Cardinal.* Innocen. etiam *in dict. capi. ex parte.* Bal. ſequitur *in conſil. 195. in hac cauſa, de qua quæritur. colum. 1. in fin. libr. 3.*

Conſequens his ſit, ut matrimonii probatione impleta, probata filiatio iuſta quoq; & quantum ad proprietatem ſit. Is enim filius vere iudicatur, qui ex coniugibus naſcitur. *d. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.*

Neque ad rem attinet, quod una ſimul in eiſdem ædibus coniuges nō habitarent. Id enim nō aliam ob cauſam exigitur, niſi quo palam ſiat in facultate viri eſſe muliere pro arbitrio uti, ita ut ex eo partus concipi veriſimiliter potuerit. Cæterum arbitrio hoc ad mulierem adeundi, eum eaque cubandi admiſſo, ratio eadem facit, ut idem ſeruari ius debeat, atque ſi apud maritum editus partus ſit. Ita Bald. declarat *in conſil. 180. in m. ſuo filio. nummer. 3. ibi, vel aliquis alia veriſimilia. lib. 3.* conuerſatione m etiam Socin. iun. expedit *in conſi. 86. num. 40. verſic. & licet fortaſſe lib. 2.*

Aliter porro interpretantibus conſequens fieret, ut ſi ante uxor pariat, apud parentes ſuos pura, vel apud ſe, quam deducta ad maritum ſit (quod non raro contingit) probata filiatio à proprietate non dicatur.

Hoc amplius † Barba. ſcribit *in conſi. 58. lib. 2.* filium mariti quem præſumi, etſi cum adultero mulier commoretur, ſi ad mulierem pro arbitrio accedendi facultas marito eſt. Et quamuis in caſu iſto periculoſa ſatis opin. Barba. ſit, ex his quæ Deci. ſcribit *in conſi. 657. circa fin.* attamen habitatione cum adultero remota, pro exploratiſſimo id Dec. præſupponit, ut ſatis ſit licentiam marito eſſe ad mulierem cum velit accedendi, etiam ſi una ſimul non commorentur. Idque expreſſius & in caſu fortiori Dec. ait *in d. cap. per tuas. poſt princip. verſic. in muliere vero extra domum deprobat.* ubi idem putat, etiam ſi cum alio commixtam mulierem conſtet, quam extra domum quis habet, ab Alberi. in hoc diſcedendo. Quid hic dicendum, ubi rem nullum cum domina Catharina habuiſſe ne quidem narratur? 50

Secundo reſpondetur, coloris pluſculum in argumento hoc verſari, ſi domi maritus egiſſet, ad quem deducta mulier non eſſet. Enimuero alienus, ſoloque patrio in exilio carens, urbem Caſalis ad tempus colebat; cui pro familiæ ſplendore res ampla non erat, unde honeſte apud ſe uxorem haberet; & quæ mortua ante eſt, quam Mediolanum ad ſuos remigraret, ut mirum propterea fieri non debeat, ſi clam matrimonium id eſſe cupiebat.

Unde † verecundiæ eius tam iuſtiſſime haberi rationem oportet: excuſationem enim verecundia tribuit iuxta faciendo atque omittendo, non minus atque ſi neceſſitas ita faciendi vel omittendi interuenerit *l. pecuniæ in rer. neceſſitas. ff. de alim. & cibar. leg.* Iaſon *in l. nuriſgentum § ſi cum nulla. nummer. 13. ff de poſtlim. in l. non ſolum. §. morte. nummer. 36. ff. de oper. noui nunciat. & in l. ſi* 51

paren. in,

ſenatum. num. 4. in fin. ff. de verbor. obligationib. Vnde alibi dicitur compellendum quemquam non eſſe, vt verecundiam ſuam prodat. *l. ſin. C. de alim. pup. præſtand. l. 2. C. quando & quibus quar. pars lib. 10.* Et pro cuſtodia honeſtatis verecundia habetur. *glo. in l. qui ſtipendia in verſic. & verecundia. C. de procurat.* Hoc amplius, poteſtas marito defuiſſe dicitur ad ſe vxorem deducẽdi, quam pecuniæ pro dignitate indigens deducere, verecundia ſalua, non poterat. Anch. *in conſil. 181. in prædicto dub. circa med.* Inde ex arte aliquum non poſſe dicimus, quam pudore incolumi exercere non poteſt. Doct. *in c. cum haberet. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adul.* Calca. *in conſ. 59. col. fin.* Neque deduci vxor debuit, quæ deduci ſine rubore & verecundia, pompa ſolenni prætermiſſa non poterat. Oldra *in conſ. 95. magiſter ordinis. col. 2. circa med.* per tex. *in l. 3. ff. de vſur. in l. pen. ff. de furtis.*

52 Probationi huic matrimonii † qualitas dominæ Catharinæ accedit, matronæ lectiſſimæ atque pudicæ, quam credibile omnino non eſt, virum alterum pro amatore ex arbitrioque eius admiſſuram fuiſſe: quæ perſonæ conditio minimi etiam fieri non debet ad leuiorem matrimonii fidem faciendam. *l. 3. abſque ſtupro ff. de concubin.*

53 Sexto, principaliter † adminiculum non leue probationi huic matrimonii à veſtium lugubrium aſſumptione accedit, quibus ab vxoris interitu indutus maritus cum familia cuncta narratur. Luctus iſto vti ſicut maritorum conſuetudo ſolummodo patitur, ita maritum eum non obſcure indicat, à conſuetudine generali argumentando. *d. l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. d. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædil. edict. d. ſi prim. §. 1. ff. de aqua plu. arc.* Appoſitiſſime huc Diui illud Hieronymi quadrat in ſuperioribus relatum in quarto actu, vnde tractatus filiationis ſequitur: *Licet ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu.* Rurſus cum habitum mariti apprehenderit vxore viduati, non poteſt maritus non præſumi. Talis quippe quiſque præſumitur, qualem habitus indicat. *l. ſi ignorans. ff. locati. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniur. l. ſi qua per calumniã. in fi. ibique gl. C. de epi. & cler.* Equidem ſi colorata poſſeſſio in matrimonio admitti ſolet, prolis legitimæ iudicandæ cauſa: an nõ actus iſte poſſeſſionis matrimonii plusquam coloratus eſt?

Indigna porro reſponſio apparet, quę ex diuerſo ad argumẽtum hoc affertur, præ amore id fieri. Ego quidem ab amatore id factum nunquam audiui, tantum abeſt, vt viderim: id quidem præcipue inter perſonas tam conſpicuas. Ad iniuriam enim defunctæ perſonæ liberorumque & familiæ eius vniuerſæ pertineret, luctum de morte eius ab amatore tam flagitioſiſſime factum. Diſpiciat iudicantis religio, quod interpretationis genus aduocatio partis exhibeat, cum perſpicuam matrimonii fidem eſſe appareat: ambiguam tamen faceſſe, in re dubia interpretationem pars eligit, quæ ad delictum, id eſt, defuncti iniuriam probrumve matronæ reſpiciat, quod luctus de ea quaſi amica factus, non vti de vxore ſit. Dii boni interpretatio hæc an non legibus, probatiſſimisque Doct. ſententiis reclamat? in eam † partem interpretationem admittendam,

54 vnde mala omnis ſuſpicio tollitur. *l. merito ff. pro ſocio. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. l. cum quidam. 2. in princ. ibi. in gloſſ. in ver. offenderit. ff. de leg. 2. l. dolum. C. de dolo. c. fin. de præſumptio.* Quod verum vſq; adeo eſt, vt offenſio potius verborum permittatur, quam prohibiti quicquam interpretando inducamus, glo. *in c. ne quis arbitretur. in glo. 1. prope fi. 22. q. 2.* Marſil. *in conſil. 2. colum. 2.* Soci. Iun. *in conſil. 85. numer. 3. in fin. lib. 2.* itaque cum ad modum licitum interpretari luctus iſte poſſit, accipi ſecundum eum oportet. *l. ſemper in dubiis benigniora. ff. de reg. iur. c. eſtote miſericordes. extra. eod. tit. glo. in c. abſit 11. quæſt. 3.* Innoc. *c. dudum. 2. de electio. & alia complura.*

Hoc amplius, ſi teſtes hinc inde producti de luctu hoc eſſent, ex quibus tanquam de amica aliqui, alii de vxore factum eum dicerent, potiores teſtes haberentur, qui de cauſa licita loquerentur. Innoc. & alii *in cap. audito de præſcrip.* cum aliis apud nos relatis *in conſil. 73. num. 21.* Quid hic dicendum, vbi probatio vlla de luctu hoc quaſi ob amicam facto non reperitur? Quo magis admiror non dubitaſſe partem ad interpretationem hanc adire.

Neque dixeris, pro vxore D. Catharinam eadem ratione nõ habendam, quæ viduæ veſtitu ornatur: quoniam præſumptioni huic & probationes & præſumptiones aliæ fortiores reſiſtunt, de quibus ante dictum, & inferius dicetur; quod ſe-

55 cus in coniectura hac luctus eſt. Imo † fortior præſumptio hęc luctus hoc ipſo ſolum dicitur, quod vltima eſt, à qua præcedẽtes perimuntur, ſi quæ ſunt, autore Signorol. *in conſ. 67. col. 2. ante med. & in conſ. 210. col. 1. in prin.*

Apparet ex his, pro vxore dominam Catharinam habitam & tractatam tam in vita, quam in morte: qui tractatus in matrimonio quoque inter coniuges ipſos recipitur, ea eoq; quaſi poſſeſſio matrimonii naſcitur non minus atque in filiatione. Bart. *in d. l. ſi vxor. §. ſed ſi ea. ff. de adult.* Quod ſi coniugibus ipſis tractatus prodeſt, longe magis liberis, quorum cauſa probationes quaſcunque & coloratam leuemq; matrimonii probationem recipi, abunde teſtatum ſuperius habemus.

Probatione matrimonii argumentis tam multis, tamque validis ita confirmata, conſequens fit, iuſtum filium Comitem Hannibalem eſſe, idque tam proprietatis, quam poſſeſſionis ratione probari, vtpote qui natus ex vxore eſt, quæ cum marito cohabitaſſe hoc ipſo dicitur, quod conſuetudine eius pro arbitrio ceu coniugis, vteretur, ſicuti demonſtratum ſuperius habemus.

Fundamentis igitur ita iactis, quibus rei ipſius cauſa ſolidiſſime nititur, reliqui ſupereſſe aliud non video, niſi vt argumenta ex diuerſo facta perſtringamus; quibus collatis, ſi le [illegible] magis rei ipſius veritas fiat. Itaque argumentum primum non obſtat, prolem legitimam non aliter fieri, niſi matrimonium interueniat. *dict. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.* Matrimonii porro factam fidem non eſſe. Locus namque hoc argumento eſſet, † ſi à proprietate filiationis quaſi legitimæ probatio po-

56 ſtularetur; ibi enim fidem fieri matrimonii oportet: ratio alia, cum ratione quaſi poſſeſſionis tantum filiatio proponitur: tum enim tractatus docere ſufficit, ex quibus quaſi iſta poſſeſſio deſcendit. ex Bartol. reſponſio & declaratio hæc probatur *in d. ſi vxor. §. ſed ſi ea. ff. de adult.* vbi in quaſi poſſeſſione matrimonii docenda de tractatu tantummodo mentionem facit, quod vt vxor aliqua tractatur & habetur, neque probationem matrimonii exigit: quo probato, proprietatis ipſius impleta probatio dicitur. Et in quaſi poſſeſſione filiationis non idem Bar. *in l. 1. §. 1. ff. de quæſt. in l. 1. §. idem per contrarium. ff. de lib. agno. & in l. non nudis. Cod. de probat.* Quibus in locis expreſſim Bart. diſtinguit probationem filiationis à proprietate & à quaſi poſſeſſione, & tractatum ſolum in quaſi poſſeſſione exigit, matrimonii verbo prorſus non facto. Tractatum ſimplicem etiam ſine matrimonio Caſtren. exquirit *in d. conſil. 158. colum. 2. ante med. lib. 1.* Alex. *in d. conſil. 51. colum. 1. lib. 1.* Ruin. *in d. conſil. 141. numer. 14. verſi. ex his igitur omnibus. lib. 5.* Dec. *in d. conſil. 54. col. 2. & in ſi. conſil.* Soc. *in d. l. falſa. in princip. colum. 2. ff. de cond. & demon.* Cæterum ſi matrimonii etiam probationem exigimus, quaſi poſſeſſionis effectum poteſtatemve protinus infitiamur; filiationisque probationem eam demum admittimus, quę ad veritatem ſeu proprietatem ipſam ſpectat. Vere † quippe atque proprie filius le- 57

gitimus dicitur, qui ex nuptiis iuſtis naſcitur. *d. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. d. l. ſi vicinis. C. de nup.* Iaco. Butr. & Fulgo. *in l. quidam. ff. de probat.*

Secundo reſpondetur, matrimonii fac probationem neceſſariam; præſtitam eam eſſe demonſtratum abunde ſatis in ſuperioribus habemus. Neque mutat, exceptione omni maiores teſtes non videri; quoniam ad eum caſum argumentum pertinet, quo matrimonii alterius diſſolutio verſatur. Secus eſt, vbi inter coniuges ipſos ſolummodo controuerſia eſt. Ibi enim teſtes recipi & minus idonei ſolent, propinqui pura, diſparitate coniugum non interueniente. *cap. ſuper eo. 2. de teſti. c. videtur. qui matri. accu. poſſ.* glo. *in cap. 1. 24. q. 2.* teſtes item domeſticos Veronenſ. non abiicit *in conſil. 3. colu. 3.* Declarationem hanc Alex. ducet *in conſil. 143. num. 6. in fin. lib. 1.* Dec. *in d. conſil. 163. col. 3. poſt med. verſic. ſecundo reſpondetur.* Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis. §. cogentur. colum. 2 ff. de eden.* Ruin. *in conſil. 130. numer. 7. libr. 4. & in conſil. 249. colum. 8. poſt med. lib. 5.* Socin. iun. *in conſil. 29. num. 17. lib. 2.* Paris. *in conſil. 59. num. 1. & n. 4. lib. 4.* Bocii. *in conſ. 40. n. 62. & ſeq.*

Hoc amplius, † ius idem ſeruandum cum matrimonii alterius 58

præiudicium incurrit, Socino iuniori placet ſibi ipſi contrario *in conſ. 86. nu. 6 & in conſ. 88 nu. 8. lib. 2.* cum quo mihi conuenire non licet, adminiculis aliis non accedentibus. Matrimonii plane alterius ſicut incommodum hic non vertitur; ita probationes leuiores non repudiantur per teſtes iuxta fœminini ſexus atque maſculini, atq; ex coniecturis & probationibus, ita vti teſtatum in ſuperioribus habemus.

Tertio reſpondetur, locum obiectioni ſine dubio non eſſe,

quod

Digitized by Google

quod ad prolem legitimam æſtimandam attinet. Ibi enim probationibus quibuſcunq; leuibus vel coloratis contentum ius eſſe, ſatis ſuperque confirmatum ſupra eſt: ſecundum quæ probationes integræ per teſtes integros exquiri non aliter ſolent, niſi ſi matrimonium alterius præiudicium incurrit, vel cum de matrimonii inter ipſos contrahentes diſceptatur; quamuis & hic probationes ſatis eſſe ordinarias putem; imo nimis quam ordinarias, parentum propinquorumque teſtimoniis interdum receptis. Cæterum cum de legitimatione demum filiorũ quæritur, probationes quaſcunq; non ſperni, locupletiſſimis grauiſſimiſq; Doct. teſtimoniis declaratum ſatis ante eſt. Inde profligata reliqua apparent in argumento ipſo relata, ex deductione ad maritum, ex cohabitatione mutuave coniugum nominatione matrimonium nõ probari. Ad liberos enim iuſtos æſtimandos hęc non pertinere, dilucide demonſtratum in ſuperioribus eſt.

Non obſtat alterum argumentum, ex tractatibus contrariis ſub eo expreſſis probationes rei elidi, vbi conſtare de eis poſſit. Vnica enim ad omnes tractatus contrarios reſponſio
59 ſatisfacere poteſt. Cum † probatam filiationem quaſi legitimam, quantum ad proprietatem, demonſtratum ſit, fruſtra quaſi poſſeſſionem contrariam ob tractatus aſſertos contrarios obiici: ſiquidem proprietati poſſeſſio cedit. *c. cum dilectus. de cau. poſ. & propriet.* Cy. *in l. incerti. q. 2. C. de interdict.* Io. And. & alii *in c. paſtoralis. de cau. poſ. & propriet.* Alex. *in conſ. 54. num. 3. lib. 5.* Atque in ſpecie fruſtra tractatibus contrariis certari, cum de proprietate filiationis probatio ſit, Alex. tradit *in d. conſ. 88. num. 10. in fin. lib. 7.* Barba. *in conſil. 17. colum. 3. lib. 1.* Pariſ. *in conſ. 10. num. 8. 9. & in conſ. ſeq. nu. 27. lib. 1.* Secundo reſpondeo, probationibus etiam de petitorio omiſſis, tractatibuſque ſolis confligendo, tales tractatus diuerſos è regione prolatos non eſſe, qui filii tractatibus obſteot. Quod enim apud filios anterioris viri viduæ veſtitu habituque mulier manſit, matrimonii id celandi cauſa factum, quaſi pudori vir duceret ea tam illuſtri Vicecomitum familia oriundus; manifeſtas ante nuptias facere, quam eas pro familiæ dignitate tueri poſſet. quam cauſam matrimonii occultandi iuſtiſſimam fuiſſe ex his oſtenditur, quæ de verecundia colenda ſcripta ſupra verbis pluribus habemus, & apud nos etiam *in conſ. 6. nu. 82.*

Tertio reſpondetur, coniecturam hanc tractatus contrarii ab omiſſione colligi, quod deducta ad maritum vxor non eſt, quod vna ſimul in domo eius non fuit. Tractatus porro à re o prolati ex faciendo conſiſtunt, quod per actus quam pluri-mos ante enarratos tractatus pro filio legitimo eſt. Dubitari
60 plane † non oportet fortiores non paulo tractatus eſſe, qui in facto, quam qui in omiſſione ſunt. *l. argentarium. §. cum autem ibiq.* Bald. *ff. de eden.* gl. *in l. ſi mora. ff. ſol. mat.* Roma. *ſing. 401. interiſſe.* text. huc pertinet *in c. quanto. de conſuet.* inde fit, vt tacendo ratum habere quis non dicatur. Innoc. *in c. cum olim. 3. per illum tex. de reſti. ſpol.* Soc. *in conſil. 104. colum. ſi. poſt med. lib. 4.* Dec. *in conſil. 98. in fin.* quod contra in facto eſt. *l. Paulus reſpond. non tantum verbis. ff. rem rat. hab.* Rurſus in tractatibus filii vltra facta, verba quoque interuenerunt, id eſt, confeſſiones, nominationeſque parentum. In quibus item verbis momenti plus non paulo, quam in omiſſione eſt; ſiquidem expreſſo tacitum ſuccumbit. *l. cum ex filio. § fin. ff. de vulga. l. 2. § ſi duo. ff. de bon. poſ. contra tab.* tex. huc ſpectat *in l. expreſſa. ff. de reg. iuris.*

Quarto reſpondetur, ſi qui actus affirmatiui ex diuerſo afferuntur, à remotis eos deduci, quod viduæ veſtitus retentus ſit, quod in geſtu tutelæ perſeuerauit: à cauſa enim matrimonii procul hæc abſunt. Actus plane, ex quibus tractatum matrimonii filius deducit, rem ipſam propius contingunt, quod educatus pro filio legitimo eſt, pro tali appellatus, quaſi talis in diſciplinam traditus præceptoribus eſt, vel tali equi miniſtriq; adhibiti, pro Comite nuncupatus (qui titulus in naturales nõ quadrat) tanquam Comes filiuſq; legitimus ſummo cum honore in Cæſaris regiam ablegatus, iure filii legitimi ex aſſe hæres ſcriptus. Quorum actuum quo magis in mentem venit, eo magis atq; magis adducor, vt credam vere legitimũ filium Comitẽ eũ extitiſſe atq; apparere. Actus igitur atq; tractatus hos quo propiores ad filiationem legitimam ſunt, eo potiores æſtimãdos nemo omnium dubitauerit: fortiorẽ quippe cauſa † re-
61 motã immediatam eſſe certum eſt. *l. peu. ff. de cond. ob turpem cau. l. ſocium qui in eo. ff. pro ſocio. l. ſi mulier. cum gloſ. ff. rerum amot. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. l. oi de hac. ff. de exc. p rei iudic. & ibi gentes ſcribunt.*

Non obſtat, pro vidua dominam Catharinam habitam; eſto enim ita ſit, quamuis teſtimonia non videntur; inutile tamen ad rem id apparet, vtpote ex cauſa remota iſto originem ducente, quæ colliſa ante eſt, id eſt, quia habitum viduæ non mutauit, à tutelaque non abſtinuit: quam coniecturam ex ſuperiorib. ſublatam eſſe apparet. Hac igitur coniectura ſiue æq; ſeu rumoris cauſa diſſoluta, non poteſt famæ effectus non reſolui, quæ fundamento defecto ruit. *l. lex vectigali. ff. de pig. l. ſi fundum ſub conditione §. qui fundum ff. de leg. 1. c. principatus. & c. vulnera-*
to. 1. q. 1. c. miramur 61. diſt. Oriri enim † ex cauſis probabilib. 62
atque veriſimilibus deſcendere famæ oportet. Bald. *in l. properandum. C. de prob.* not. *in c. veniens 2. de teſtib.* Aretin. *in conſ. 65. colum. 4. in fin. verſ. nec fama.* Atqui non modo veriſimilis cauſa hæc non eſt, verum falſitatem eius probationes ante relatæ liquidiſſimam faciunt. Alienum ab his Bald. dictum non eſt *in conſ. 77. ad euidentiam præmitto, fama populi. colum. 1. lib. 5.* ex cauſa minus probabili famam oriri, quæ à minis originem ducit; quia *Sæpe minus faciunt homines, quæ magna minantur.* de quo genere rumor iſte videtur, non raro enim ſub viduarum habitu matrimonia occultantur.

Secundo reſpondetur, † nihili famam faciendam, cui veri- 63
tas matrimonii obſtat: veritati enim fama ſuccumbit. Barto. *in conſ. 111. quæritur & in dubium reuocatur. col. 2. in fin.* Sed enim fidem matrimonii factam teſtatum ſatis ante eſt.

Tertio reſpondetur, in verbis famam conſtare. Contra reus tractatus & à verbis & à factis multiplices dedit, in quibus poteſtas vtriuſque maior non paulo atque in verbis eſt, *d. l. ſi ramum. §. ex quo ff. de edil. edict. c. dilecta. 2. ibique Doct. in 2. not. de app.* & vberius dictum in ſuperioribus habemus. ob id tractatibus his fortioribus, non poteſt fama non cedere. *l. non de ind. certo. ibique Bart. ff. de prob. l. ex ſi q. mineur. ff. ad Sillan. l. quia autem §. non ſemper inter. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. qui duos. §. Lucius. ibi, quæ Socin. in 4. not. ff. de reb. dub. ca. in noſtra. de teſtib. & c. etiam. de ſponſal.* Id quidem maxime, quod facilis profligatu famæ probatio eſt, vtpote iure quodam priuilegiario adiuta. Curtiu. *in conſ. 77. colum. 2. verſic. ad quartum.* Curt. poſterior *in conſil. 17. imprin.* Secundum quæ, ſiue petitorii, ſiue poſſeſſorii probationes in filiatione hac legitima obſeruamus, potentiores eas partibus infirmis probatione hac leui coniunctimus, quæ de fama colligitur, vbi apparere de ea poſſit.

Non obſtat, quod rem prohibitam agere quiſquam non præſumitur: ob id credibile nõ eſſe in tutela gerenda matrem perſeueraſſe, ſi nupta denuo erat. Namque ſciendum eſt prohibitionem hanc à iure ipſo naturali non eſſe, verum à iure ciuili. Ex ratione † iuris iſte error in muliere toleratur ne damnũ 64
ſubeat. Alexand. *in l. ſciendum. nu. 29. ff. de verb. oblig* Soc. iun. *in conſil. 72. num. 15. lib. 2.*

Secundo reſpondetur, à remotis coniecturam hanc accipi, atque ideo ab aliis elidi, quæ propius negocium ipſum matrimonii legitimationiſq; liberorum contingunt, cauſæ imminentiæ remota ſeruiente; ſicuti demonſtratum ante habemus.

Tertio reſpondetur, coniecturis tractatibuſque tot, imo & probationibus interuenientibus, quæ matrimonio prolique fauent, fruſtra ad coniecturam hanc tutelæ non depoſitæ adiri, cum fortiora omiſſione ſint facta. Rurſus validiores præſumptiones non paulo ſunt, quæ rei cauſam iuuant, vtpote negotio propiores & numero plures, vti ex prænarratis liquet.

Quarto reſpondetur, coniecturam hanc receptam iure non eſſe. Namque prohibitio duplex hic verſatur, vna ne tutelam mater poſtea gerat, quam vitricum induxit. Altera, ne ſtuprum vidua admittat. Prohibitionem hanc de ſtupro grauiorem priori eſſe nemo ambigit, vtpote iure ipſo diuino naturalique introductam, cuius ignorantiam mulieri allegare non conceditur, ſimiliter vt iuris illius humani, quo nuptiis aliis inſtauratis, continuare tutelam non licet. Card. *in clem. 3. queſt. 6. de conſanguin. & affi.* Roma. *in conſ. 306. colum. 1.* Bald. Nouel. *de dote, parte 5. colum. 11. verſi. aduertendum tamen eſt.* quibus in locis nec minori ignorantiam hanc iuris diuini naturaliſve prodeſſe expreſſum eſt. Quod cũ ita ſit, interpretationẽ quæſo animaduertamus, qua aduocatio diuerſa vtitur, ne contra prohibitionem feciſſe mulier dicatur, quæ à iure ciuili introducta ſolummodo eſt. & in qua offendenda diuini humaniue iuris læſio non cadit, ſtuprum potius à muliere, quam contractum matrimonium contendit. Elegans ſane præſumptio mali vnius leuiuſculi cauendi cauſa flagitium longe fœdiſſimum diuinare, contra quam prohibitum, vel ſenſu ipſo communi nedum ciuili iure eſt.

Digitized by Google

65 Iure enim vulgatiſſimo hoc vtimur, † vt prohibitione duplici interueniente, cum offenſam in alteram neceſſe eſt præſumere, in eam peccatum in dubio intelligatur, quæ leuior eſt. *l. hæc eum. ff. de ſuſpect. tutor. l. prǣc. ff. de pœnu.* Bal. *in l. fi. C. de edil. act.* Aret. *in conſ. 31. col. pen. verſ. ad ſecundum & in conſ. 80. col. 2. in fi. verſ. & licet prædicta ſatis oſtendamus.* Ruin. *in conſ. 1. col. 2. in fi. lib. 5.* Feder his accedit *in conſ. 44.* ea hora commiſſum delictum intelligi, vnde mitior condemnatio ſequatur. Itaq; commiſſum à muliere in iuris ciuilis prohibitionem dicendum potius erit, quam in ſtupris eam nefariis verſatam.

Non obſtat ſecunda coniectura, apud heredes prioris mariti mulierem defunctam, impenſiſque eorum funus factum; quod enim ad mortem attinet, quam paſſa in domo filiorum eſt, reſponſum ſatis ſuperius habemus, apud heredes eam permanſiſſe, quod occultum in tempus aliquod matrimonium eſſe verecundiæ in primis cauſa propoſuerant, vſq; dum fortuna melior marito aſpiraret. De ſumptu funeris, † alienū à iure
66 non eſt, ſumptum ab eo fieri, qui ipſi faciendo tenetur. heredes quippe ſumptus onus ſequitur, ad quos hereditas pertinet. *l. Cùm & plurib. ſe. i ff. de relig.* ſi dixeris heredem & Comitem Hannibalem in partem eſſe: reſpondetur ex parte maiori ad liberos prioris coniugis hereditatem ſpectare, vtpote plores, vnde familiæ erciſcundæ iudicio res hæc dirimenda. Neq; commercii quicquam ſumptus iſte funeris cum matrimonii negotio habet; verum à remotis coniectura hæc colligitur. Rurſus ex probationib. præſumptionibuſq; rei longe efficaciſſimis matrimonii, iuſtum proxime magis contingentibus leuis hæc coniectura proteritur, ex his quæ narrata ante ſunt. Alia quoq; coniectura non mouet, quæ ex legitimatione aſſerta deducitur, patris rogatu permiſſa: quoniam de ea non conſtat, neque aliquam legi. Idcirco pro eo res habenda, atque ſi facta omnino non ſit. *l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum in fi. ff. de rei vend. l. in lege. ff. de contrah. emp. l. duo ſunt Titii. ff. de teſt. tut. l. quidam tabularum. ff. de furtis c. 1. de presbyt. nondum bapti. non.*

Secundò reſpondetur, efficacem coniecturam hanc non eſſe, vt Pariſ. tradit *in d. conſ. 10. nu. 105. & in d. conſ. 13. num. 139. lib. 2.* ex Barba. *in conſ. 27. col. 4. lib. 1.* vbi, quod errari in hoc poteſt. In eandem ſententiam Signo. aſſertur *in conſ. 219. num. 6.* Veronenſ. *in conſ. 5. col. pen. ante med.*

Tertiò reſpondetur, cum probata filiatio legitima ad integrum, vel à proprietate ſit, nihil eſt, quod ad coniecturas adeamus, quas omnes probatio veritatis contrariæ expugnat *l. ſi. in prin. ff. quod metus cau. l. ſcriptura. in fin. ff. de vsu. dot. l. filio quem pater. ff. de lib. & poſth. l. continuus § cum ita. ff. de verbo oblig. l. vxori. § 1 ff. de falſis. c. in quo fidem de ſponſal. c. veritate manifeſta. 8. diſt.*

Quartò reſpondetur, probationem ſi à veritatis abeſſe, præſumptionibuſq; certandum; fortiores dubio procul præſumptiones conſtant, quas in rei fauorem cumulate ſuperius enarrauimus, quæ in factis pluribus verbiſq; nominando, & contendo cōſiſtunt. Ea de re potiores coniecturæ hac iudicari ſine dubio eas oportet.

Quintò reſpondetur, vbi apparere legitimatio aſſerta poſſit, ad cautelam eam impetratam. Conſtat enim matre non ita diu poſt ſublata, quam contractum cum ea matrimonium eſt, de matrimonio ipſo probando à patre dubitatum. Eam ob cauſam expreſſum ab eo ſub tabulis teſtamenti eſt, vbi in controuerſiam vocari iuſtitia natiuitatis filii poſſet, vt authoritate principali, vel alterius, cui de ea re poteſtas eſſet, legitimus filius haberet.

Vnde ſi qua impetrata legitimatio deprehenditur, ex cauſa
67 in teſtamentis relata factum id intelligitur, † vt à primordio tituli poſterior formetur eueniens, *l. vnica. circa fi. C. de impo. lucrat. deſcript. lib. 10.* Atque ex cauſa præcedenti ſubſecutum actum credi textu declaratur *in l. quædam mulier ff. de rei vend. l. 2. C. de acq. poſſ.* Sic ex conuentione præcedenti actum geſtum præſumi, ſcriptum Corn. reliquit *in conſ. 149. col. 1. lib. 4.* Sed in ſpecie magis atque expreſſius ita Bald. reſponſio hæc iuuatur *in conſ. 401. proteſtatio. in 2. lib. 5.* eo modo actum quid intelligi, qui ex proteſtatione declaratur, ob id cum iuſtum legitimumque filium pater teſtamento ſemper declarauit, proteſtatuſque ſit, atque vbi eueniret probandæ difficultas incurreret, legitimum eum fieri cautelæ nomine iuſſit, ſecundum proteſtationem declaratum nemoque ipſam antecedentem intelligi legitimationem ipſam oportet. Hoc amplius, proteſtatione declaratione que remota, ſi re obſcura cautelæ nomine legitimationem poſtulatam, vbicunque legitimi filii aliunde conditiones exſtant, Veronenſ. probat *in d. conſil. 5. column. pen. ante med.* Quid in re clariſſima hic dicendum, declaratione patris nec ſemel expreſſim facta?

Sextò reſpondetur, legitimationem hanc filii cauſa factam reque conceſſam; idcirco rationis non eſt, ſi legitimus aliunde filius apparet, in eorum filio legitimationem fieri. Indeq; diminutionem naſci, quod augendi ampliandique cauſa conceditur. *l. ea tamen adiectio ff. de leg. 2. l. ſi mancip. ff. de fundo inſtru. l. 1. 6. nu. de quærentur ff. de publi. l. Titia. § ſi. ff. de manu. teſt. quoties ff. de alim. & ob. l. quod fauore. C. de legib.*

Septimo reſpondetur, quæſitum filio quaſi legitimo ius eſſe ex tractatibus affatim ante commemoratis, imo etiam & ex veritate proprietateque filiationis, ſeu legitimæ. Quocirca tolli † à patre ius hoc non potuit, filio ipſo nolente: ſat is quippe filio eſt in quaſi poſſeſſione iuris huius legitime eſſe, cui nocere contraria parentum aſſertio ſeu contrarius tractatus non poteſt. Cyn. Bart. & alii *in d. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.* Bald *in conſ. 134. in primo teſtamento column. 1. lib. 1. & in conſil. 437. Titius habebat. column. 1. poſt med. libr. 5.* quibus in locis verecundiæ Rex quidam damnatur, qui regno ceſſit matris aſſertione ductus, quæ ſub tempus mortis filium eum iuſtum non eſſe affirmauit. per text. *in l. filium ſi. ff. de prob.* Idem ex tex. probatur *in l. ſi inſtituta. § 1. ff. de inoff. teſtam. in l. qui falſum § 1. ff. de falſis. & in d. c. transmiſſæ. ubique Ant. & alii, qui filios ſuos legiti. not.* Iaſ. *in d. l. ſi poſthumus. § ſi quis ita col. 1. ff. de lib. & poſth.* Guilhel. a Ludo. *ſing 33.*

Neque mutat, quod in coniectura tertia dicitur, coniecturæ huic de legitimatione impetrata, & famam accedere, quod pro illegitimo haberetur, quaſi aſſertioni credi patris debeat, ſi illegitimum eum in precibus narrauit, fama accedente. Reſponſum enim abunde verbiſque pluribus ad famam hanc ſuperius eſt, ex cauſis falſis nec probabilibus eam exortam, rurſus & probationibus & præſumptionibus aliis ipſiſq; validiorib. famæ præſumptionem elidi, perfacilemq; famæ huius diſſolutionem eſſe, ſicut iure præcipuo priuilegiatoque fundatur.

Secundò obſeruandum, ſi quidem in Vrbe Mediolani fama excitata hæc eſt, rationem habendam eius non eſſe, quaſi partus diuerſæ ſermonibus ſatæ; & quia prior ibi Comitis Vitaliani vxor viſa, non vxor dici quaſi momentanea aliqua poteſt, vltra biennium matrimonio illo non tranſeunte. Qua ratione in matrimonio, ex occulto alibi contracto, quodque compendiariū fuit, adduci facile vulgus potuit, vt illegitimum filium crederet, qui legitimus vere ſit. Vnde † famam ſpectari oportet, quæ per ciuitatem Caſalis mereb... vbi res ipſa geſta, vbi & dictus partus eſt, vti ſcriptum apud Bald. legitur *in c. 1. § ſi autem. ſi quis ſen dare poſſ.* per tex. *in l. 1. § 1. ff. de ſ... & in l. 1. C. ... de natur.* Firmanus in ſuo *Promptuario, in verb. fama verſ. 59.* Aut etiam *deciſ. Toloſa. q. 579 in fin.* tamen nec Caſalis fama moueret, ſi contraria filiationi legitimæ eſſet, ex his, quæ ſatis ante dicta contra famam ſunt. Sed enim deſiderio filii amica magis fama fertur, quæ ex tractatibus tam multis, tamque efficacibus deſcendit. 69

Tertio † ti ſtes præterire oportet, qui de fama Caſalis dicunt, vtpote quæ ex cauſis certis originem trahit, id eſt, ex matrimonio ipſo vt ſupra demonſtrato, atque ex tractatibus non paucis ſuperius etiam declaratis: fama plane Mediolani ex cauſis incertis vaniſſimiſque exiit. Ita in fama duplici contraria Bald. præcipue *in d. c. 1. § ſi autem. ſi quis ſen dare poſſ.* Inn. hic alioſque; dictum quadrat *in c. auditis de præſcrip.* probationem, quæ in ſpecie fit, meliorem ea eſſe, quæ ſub genere præſtatur, ſpecialiter plane fama eſt, quæ à cauſa certiori ſpecialiorique venit. 70

Quarto † cum fama duplex, ſecumque pugnans incurrit, potiorem iudicari famam oportet, quæ partui iuſto arrideat: cum natura enim atque iure fama conſentit, quæ ad bonum ſpectat, ex nuptiis; potiſſimis natum quempiam teſtatur Bal. *in conſ. l. 166. proponitur, quod ex quodam inſtrumento. in fin lib. 2. & d. conſilio 77. ad euidentiam præmitto, fama populi. numer. 6. libr. 5.* ſtatt magis *in conſil. 402. quæritur, an per ſolam diffam. ... column. 2. poſt med. lib. 5.* Cardin. Zabarel. *in c. cum in tua. ... de ſponſal.* Anchar. *in conſil. ... 3. in q. ... Corn. in conſil. 176 circa fin. & in conſ. l 16. column 6 lib 4.* A ... *cum oporteat. ... Dec. in conſ. l. 161 col. 8 circa med. verſ. & ex prædictis reſpondere poteſt & ... ſequen. in fin. verſic. præterea per quam plures teſtes & in conſil.* 71

conſil. 4 18. *colum.* 2. *poſt med.* Sed nominatim magis, atque expreſſius ex Ruino id oſtenditur *in conſil.* 51. *colum.* 11. *poſt prin. verſic. & ex premiſ.* 2. *lib.* 5. vbi qui legitimum filium eſſe teſtes aiunt, his anteferendos eſſe cenſet, qui illegitimum eſſe aſſerunt. quod probate & Alex. videtur *in conſ.* 74. *num.* 3. *lib.* 2. vbi in materia hac filiationis admittendam interpretationem eſſe ſcribit, vnde delictum euitatur. Atqui delictum in parentibus probamus, ſi illegitimum filium facimus. Eadem ratio facit, vt potiora teſtimonia habeantur, quæ pro matrimonio ſtant. Bald. *in l. cum magiſtratus. num.* 6. *C quan. prouo. non eſt neceſ. & in c.* 1. §. *ad hac. numer.* 4. *in ſin. hic finitur lex damus. Froderi. vnde c. ſi. de re iud.* Pro qua ſententia tex. videtur *in ca. licet ex quadam. in fin. de teſtib.* quem text. ad hoc Soc. iun. refert *in conſil.* 29. *num.* 28. *circa fi. lib.* 2. not. Boer. *in conſ.* 40. *num.* 62. *& ſeq.* Apparet ex his reſponſionibus non leuibus, profligata quæ ſub tertio quartove argumento partis obiecta ſunt.

Æque argumentum quintum non obſtat; petitum à patre, liquidationem eorum fieri, quanto meliora bona fideicommiſſa impenſis eius facta eſſent. Principio enim reſpondetur,
72 ex † ſenſu tacito aut ſubaudito per argumentationeſque correctionem confeſſionis nominationiſque expreſſa non ſequi. gl. & Doct. *in c. cupientes. §. quod ſi per viginti. de elect. lib.* 6. Fulg. *in l. vt liberis. num.* 5. *per gl. ibi C de collatio.* Aret. *in conſil.* 27. *nu.* 4. Soc. *in l. Marcellus. §. 1. colum.* 1. *in fi. ff. ad Treb. & in conſil.* 35. *colum.* 2. *lib.* 4. Curt. ſen. *in conſ.* 68. *dominus Ioannes. nu.* 4. *verſ. merito per tacitam* fortius n. tacito expreſſum eſt. *l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. l. expreſſa. ff. de reg. iur.* Vnde cum matrimonium filiuque legitimum confeſſus expreſſim pater ſit, eumque tenuisſe in appellauerit, habuerit & reputauerit, declarationi huic cum verbis, tum factis, rebuſque peractæ derogatum dici per tacitam argumentationem ſubauditionemque non debet.

Secundo, declaratione hac expreſſa etiam ceſſante, vtilis nihilo magis coniectura hæc videtur, aliam quippe ob cauſam fieri potuit, quam quod à iure filii legitimi pater timeret. ac enim iure hoc admiſſo; quoniam fieri poterat, vt ad vtilitatem aduerſarii fideicommiſſi conditio eueniret, vel filio præcepto, vel eo ſine maſculis ſublato, certo ſci q pater cupiebat, quibuſnam de bonis arbitrium diſponendi haberet. Sic concludens coniectura hæc non eſt. *l. neq. natales. C. de prob. l. non hoc. C. vnde legit.*

Tertio ex his argumentum hoc tollitur, quæ ſcripta ante circa argumentum quartum refellendum in legitimatione habemus. Qua enim ratione cautelæ nomine poſtulari legitimatio potuit, vbi probationū difficultate liquere legitimatus nō poſſet, vti verbis pluribus demonſtratum ante eſt; ita cautelæ cauſa declaratio ſeu liquidatio deſiderari hæc potuit. Proinde ad argumētum hoc reſponſiones omnes prodeunt, quæcunque redditæ ad quartum argumentum ſunt. & quas inculcandas propterea non duxi. Illo non prætermiſſo, fruſtra coniecturis circa animum patris declarandum agi, pro quo ſi filium habuerit, quatenus manifeſtus patris animus, tam à verbis, quam rebus & factis apparet, qui legitimum filium eſſe, nec tamen verbis minime obſcuris factiſq; euidentiſſimis indicauit. *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ff. de leg.* 3. vſq; adeo, vt patris declaratio, ſi qua contraria poſtea acceſſiſſet, operoſa nuxiaq; fieri filio non potuerit, vt luculenter teſtatum in ſuperioribus eſt.

Ad rem etiam argumentum ſextum non attinet, dotem cō-
73 ſtitutam vllam non eſſe. Principio nam expedito eſt, † dote exſtante matrimonium poſſe, ſineque ea conſiſtere. *l. fin. §. 1. Cod. de dona. ante nup.* Neq; mouet moribus receptum non eſſe, vt dote omiſſa nuptiæ fiant. locū enim id in matrimoniis occultis non habet, quæ dote nulla expreſſa fere iunguntur.

Secundo reſpondetur, neceſſariam in vidua dotis conſtitu-
74 tionem non fuiſſe. † Repetita quippe in nuptiis poſterioribus dos creditur, quæ viro conſtituta priori eſt *l. dotem. & l. dum. ff. de iur. dot. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pactis dot. l. pen. §. vxor ff. ſol. ma.* Cyn. *in aut. ſed quamuis q. 2. C. de rei vxo. actio* Bar. *in diſſ. l. mulier habens amplum patrimonium. in prin. ſolutionis.* Idq; locum in vidua etiam minore habet. Cyn. & Bald. *in l. fi. C. de legit. tut.* Alex. *in l. ſi conſtante. nu.* 29. *vbique Iaſ. nu.* 186 *ff. ſol. mat.* Ruin. *in conſil.* 6. *col.* 2. *in fin. lib.* 3. vbi ampliationes alias taceam.

Tertio reſpondetur, nihil eſſe, quod coniecturis pars certet, matrimonii veritate nedum quaſi poſſeſſione eius liquide ſatis per ſuperiora teſtata, vti expreſſum nec raro habemus.

Non obſtat Comitem Hannibalem matri cū fratribus heredem non extitiſſe namq; leue plus ſatis argumentum id eſt: quoniā ſi venire ad hæreditatem non curauit, voluntate largitateq; ſua factum id eſt, non iuris vllius impedimento; quatenus † & frater ipſe naturalis ad hæreditatem matris vna ſimul 75
cum fratrib. legitimis inuitatur. *l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſician.* Soc. *in l. cum auus. col.* 30. *circa med. verſ. videmus in ſimili. quod quando ſtatutū duis ff. de condi. & dem.* vbi idem in matre illuſtri ait, quæ pro concubina habetur. Idque receptum & in filiis vulgo quæſitis eſt. *l. matronæ. ff. de bonis liber.* Caſſiador. *deciſ. vnica. num.* 3 *de ſucceſſ. ab inteſta. char.* 119. Itaque ſi petita hæreditas matris à Comite Hannibale ex rata ſua portione non eſt, vitio id natalium non accidit, at ſuo in fratres beneficio, cum portione illa carere facile poſſet.

Argumentum item ſeptimū non obſtat, ſatis Comiti Hannibali non eſſe, filium ſe teſtibus & probationibus aliis oſtendiſſe, niſi & qualitatem legitimam doceat, id eſt, legitimum filium ſe eſſe: neque ad rem attinere facti probationem implere, niſi & facti ipſius qualitas demonſtretur. Grauiter enim in argumento hoc aduerſarius offendit. Hoc ipſo enim, quod filiū 76
quis ſe probat, qualitas legitimi à iure ſubauditur, ne illicitum præſumatur. *l. merito. ff. pro ſocio l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. ca. cum de aduentu. de præſcrip.* Idq; ex Bart. declaratur *in d. l. filium ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* & in Iucis aliis ante enarratis, in quibus docet, ſatis eſſe quaſi poſſeſſionem filiationis ex tractatu & reputatione; ibi enim de filiatione tantum loquitur, neque de qualitate legitimi verbum facit. Atqui de legitimo neceſſario intelligitur: ſiquidē in filio legitimo ita docet, cum articulos duos in filiatione probanda fieri ſcribit. Vnū q ad proprietatem ſpectat, in quo matrimonium proponitur: alterum, qui in quaſi poſſeſſione verſatur, & quam ſolam doceri ſatis eſſe putat, matrimonii, atque adeo proprietatis fide non facta. Sic de filiatione eadem in quaſi poſſeſſione, atque in ipſa proprietate, id eſt, de legitima loquitur: quandoquidem in ea, quæ legitima non eſt, fruſtra de matrimonio commemoratio fit. Idem ex Alexand. oſtenditur *in l. conſil.* 51. *numer.* 2. *lib.* 1. Ibi enim de filiatione legitima expreſſim loquitur. Atqui in quaſi poſſeſſione eius probanda ſatis eſſe, ait, ſi pro filio quempiam habitum & tractatum doceamus. Idem ex Doct. omnibus demonſtratur, quibus viſum eſt, ſatis quaſi poſſeſſionem eſſe ad filiationem probandam, id eſt, pro filio eum habitum & tractatum, neque de qualitate hac legitimi verbum ab eis fit. Atqui enim in filio legitimo loquuntur, qui hæreditatem, aut bona alia vendicat: in quibus nihil legitimis ius non competit. Atqui nominatim & in ſpecie ad filium legitimum verba pertinere, quibus eſt teſtium de filio ſimpliciter eſt, vel in teſtibus ipſis, à quibus filius quis eſſe perhibetur, ex Zocho & aliis Doc. probat *in d. conſil.* 54. *colum.* 2. *circa medium. & numer.* 3. *in fin.* Idem Sardo placet *in tract. de natural. lib.* 5. *de filiationis probatione. in fin.* vbi ad præſumptionem iuris naturalis adeundum ait, quæ legitimum eſſe filium teſtatur. *§. licet. in Authen. quibus mod. nat. effi. legit. & § natura in Authen quibus mo. nat. effi. ſui.* Idem Galuaul. probat *in rubr. ff. de verb. oblig. numer.* 75. Sapia *in l. ſi emancipati. Cod. de collatio.* Ruin *in conſil.* 109. *numer.* 38. *verſic. preterea appellatione filii. lib.* 3. Iaſ. *in l. in quit parat. numer.* 26. *ff. de acq. hæredit.* Gratus *in conſil.* 6. *numer* 9. *lib.* 2 vbi tamen ex teſtimoniis his tam multis nec vnum profert. Sed præter teſtimonium hoc, Baldum etiam cumulamus, *in conſil.* 437. *Titium habebat. numer.* 4. *lib.* 5. vbi ſcite id explicat. Et quod ſcriptum habemus *in conſil.* 166. naturalem, non ſpurium in dubio filium exiſtimandum. ex Alex. etiam id oſtenditur *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. numer.* 15. *verſi. vnum tamen adde ff. ad Trebel.* Crot. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col.* 53. *verſi ſexto ſic arguitur ff. d. lib. & poſt.* filiū cum proprie dici, qui naturalis, & legitimus eſt. Verba plane proprie accipienda palam eſt. *l.* 1. *§. ſi is qui nauem. ff. de exer. l. non aliter. ff. de lega.* 3. Idque & in teſtium dictis ſeruandum. Bart. *in l. fructus ff. ſolut. matrim.* Soc. *in l. ſed & in illo §. ſed & circa. ff. de rebus dub.* Quo magis admiror, tam leuiſſime iſte hac Alciatum verſatum, qui contra ſcribere non dubitauit *in tract. de præſumptio. regula* 2. *præſumpt.* 2. *numer.* 7 *fol.* 109. vbi Decium taxat *in d. conſil.* 54. cum cenſura dignus Alciatus ipſe ſit: qui ſi tempeſtiam diligentius paulo expertam habuerat, vulgatiſſimiq; Doct. opinioni, quæ rationem æquitatemque ſummam habet, contradicere ſe cognouiſſet. Satis igitur Comiti Hannibali erit, qualitatem hanc legitimi iuris præſumptione docuiſſe.

Idque locum † & in pœna habet, veluti cum pœna in eum 77

ſtatuto irrogatur, qui per dolum inſtrumento falſo vtitur; ſi doli mentio in accuſatione non ſit, non ob id reum abſolui, ſed dum periurum modo ſit, ad formam eum ſtatuti condemnari, ad quem modum præſumptam ſaltem qualitas illa deducitur. Rom. *in conſi.* 105 *column.* 1. *verſic. caterum ſecundo*. not. Iaſ. *in* § *ex male-ficiis num.* 72. *Inſtit. de act.* Si præſumpta qualitatis probatio recipi in pœna ſolet; quanto magis ius idem probandum in materia fauorabili erit, qualis controuerſa eſt. Ex his etiam ad doct. Anton. de Butr. & Abb. reſponſio apparet *in c. peruenit. qui filii ſint legi.* legitimum filium non præſumi, cum matrimonium negatur. Secus, ſi id quidem admittitur, verum non legitimum aſſeritur. Quoniam ad eũ id caſum pertinet, quo probatio vlla de legitimitate à reo ſeu filio non præſtatur. At enim coniecturæ plurimæ hic docentur, quibus matrimonium ipſum præſumptum ſaltem declaratur. Neque aliud apud Ante. & Abb. ſubiiciunt, hoc eſt, ex præſumptionibus, & coniecturis fidem fieri matrimonii non poſſe. Itaque ad eum caſum Ant. & Abb. opin. reſtringi neceſſario debet, quo matrimonii negatione facta, probatio eius vlla omnino non præſtatur, nec expreſſa, nec tacita, nec vera, nec præſumpta. Diuerſum eſt, vbi præſumptionibus matrimonii probatio non deficit: quo caſu legitimum in re dubia filium præſumendum, omnino arbitror. Quod idem & Inno. ſentit *in c. lator. in fin. qui filii ſint legit.* Quoque locum ſine dubio in ſpecie controuerſa habet, in qua rei vicem Comes ſuſtinet, & in quaſi poſſeſſione filii legitimi eſt, vt Archidia. obſeruat *in c. presbyter.* 78 *diſtin. in ca. uer.* 30. *quæſt.* 5. Sed & Anton. de Butr. & Abb. contrarius Inno. videntur *in d. c. lator in fin.* qui ab eo probandam illegitimitatem ſcribit, à quo obiicitur. Ita legitimum in dubio non obſcure filium præſumit.

78 Non obſtat octauum argumentum, † quaſi hanc poſſeſſionem ex tractatibus memoratis deſcẽdentem parentibus ipſis ſolummodo, à quibus facti tractatus ſunt, non etiam ſubſtitutis nocere, ex Iaſ. *in d. conſil.* 8. *&* 106. *lib.* 1. multifariam enim reſpondetur. Principio in nominatione Iaſ. loquit; hic plane factorum in tractatus interueniunt quæ potiora ſunt verbis, *d. l. ſi tamen.* § *in quo. ff. de adil. edict. c. dilectis.* 2. *ibique Dom. in* 2. *nota. de appellat.* Atque in ſpecie hac fortiorem nominatione tractatum eſſe, qui in facto conſiſtit, Bald. docet *in l. non ignorat num.* 4. *in fin. & ſequen. C. qui accu. non poſſ.* Alexand *in d. conſil.* 88 *num.* 7 *lib.* 7. Dec. *in d. cap. per tuas in* 4 *nota. in fin. de probat. & in d. conſi.* 54 *num.* 2. Pariſ. *in d. conſi.* 10. *num.* 61. *verſic. ex quibus. & num.* 87. *lib.* 1. Ea propter non recte à ſimplici nominatione, quæ debilior eſt, ad tractatus alios potentiores argumentum deducitur. *l. fin. ff. de calumnia. l. Papinianus exuls. ff. de minor. l. naturaliter.* § *nihil commune. ff. de acquir. poſſ.*

Secundo reſpondetur, locum Iaſ. argumento opinioni ve in materia eſſe, quæ à poteſtate nominantis non pendet: ibi enim confeſſioni eius de re prohibita non creditur, ne indirecto permittatur, quod conceſſum directe non eſt. *d. l. ſi forte ff. de caſtr. pecu. d. l. ſi donatione. ibique Doct. C. de collat.* Cauſa alia eſt, vbicunque à poteſtate confitentis res pendet. Eius enim confeſſioni credendum dubitatio non eſt, cum princeps probationum confeſſio dicatur, vti declaratum in ſuperioribus habemus. Quare ſi ſimpliciter filium quiſpiam nominaret, neque cauſa alia interueniret, vnde iuuari nominatio hæc poſſet, onerosa teſtio nominatio non eſſet, cuius ius lædere nominanti non conceditur.

Enimuero nominatio confeſſiove de re hic interuenit, quæ in manu vtriuſque confitentis ac nominantis erat: quoniam minus coniugum præſentium confeſſio interuenit, per D. Ludouicum Bottum virum Patricium teſtemque inuulnerabilem præ cæteris comprobata, vnde ſemiprobationem conciliare ſatis ſuperque teſtatum in ſuperioribus habemus. Ex qua confeſſione Bottiq; teſtificatione vires omnia probationum aliarum expurgantur, vti inferius oſtendemus. Quis igitur ratione liberum patri Comitis Hannibalis fuit, matrimonium celebrare, & prolem ex ea ſuſcipiendo ſubſtitutos vlteriores excludere: ita & contractum matrimonium confiteri, coniugemque nominare, confitendoque & nominando ſubſtitutis vlterioribus obſtare potuit.

Reſtat ius facilius explicandæ cauſa, Comitem Vitalianum facti confeſſione illa matrimonii tractatibuſque aliis diſceſſiſſe, eamque ob rem in ius enim apud eccleſiaſticum de matrimonio vocatum, confeſſionemque huiuſmodi cum adminiculis & præſumptionibus aliis ante enarratis à domina Catharina patefactam: an non † in vxorem eam habere per iudicem 79 cogeretur, iuramento ſaltem ſuppletorio mulieri dato; à qua probatio impleta pluſquam ſemiplena eſt, vt Bald. præcipue *in conſil.* 123. *cauſa matrimonialis. lib.* 2. Iaſ. poſt Alexand *in l.* 3. *in fin. princ. ff. de iureiuran. & in repet. l. admonendi. num.* 258 *eodem tit.* Boer. *in conſ.* 40. *num.* 69. Et obſeruandum, à Baldo iuramentum hoc admitti *in d. conſ.* 123. vel ſi probatum pluſquam ſemiplene non ſit; ſiquidem ex cauſis aliis moueri iudex poteſt, vt contractum matrimonium credat: inter quas cauſas pulchritudinem, iuuentam, paritatemque enumerat. Species hic iuuentæq; mulieris in controuerſiam non vocantur, æque nobilitas mulieris non negatur: tantum nobilior vir narratur. At enim qui in eodem conſtituti gradu ſunt, inferiores domina Catharina, quod ad natales attinet, non raro ducunt. Dedecori enim viro non eſt inferiorem ſe in matrimonio habere, dum ignobilis modo non ſit. Idque compertum magis vſu ipſo habemus, quam vt probationis indigeat. Quid hic dicendum, vbi coniecturæ probationeſque aliæ quam plurimæ interueniunt, à quibus iuuari probatio ipſa matrimonii poſſit. Sic matrimonii probatione à muliere per cõfeſſionem memoratam perfecta, ſi eam in matrimonio habere neceſſe vir habeat, an non qui ex muliere huiuſmodi naſcuntur, ad quam viro acceſſus pro arbitrio erat, & qua ceu vxore ſua vtebatur, legitimos æſtimari omnino oportet, vel à proprietate ipſa, nedum à quaſi poſſeſſione, ſicuti demonſtratum in ſuperioribus verbis pluribus eſt. Quæ cum ita ſint, materiam hic verſari non recte dixerimus, quæ à poteſtate patris confitentis nominantiſq; non pendet, & qua ratione matrimonium cum domina Catharina prolemque ex ea iuſtam habere patri licebat; ita & contractum prolemque ex ea ſuſceptam admittere, agnoſcere & confiteri prohibitus non erat, vt ad omnia permiſſio trahatur, quæ ex actu ipſo permiſſo conſequuntur. *l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. l. imperialis.* § *ſi miles. C. de nup.* Abb. *in* 6. *quæſt. Gandulphus. column.* 5. *in fin.* Idem in † confeſſione, quæ ad omnia porrigitur, quæcunque ex ea 80 procedunt. Abb. *in c. cum venerabilis. nu.* 25. *de except.*

Secundo reſpondetur, materiam hac prohibitam verſari, & quæ à poteſtate patris non pendeat; fidem nihilominus confeſſioni nominationique eius haberi conuenit, vbicunque veriſimilis eſt. verbi gratia, vxori donare maritus non permittitur; ſi ex pecunia vxoris emptam rem aſſerit, creditoribus mariti confeſſio perniciales hæc erit, ſi veriſimilis ſit; quia bona aliunde vxori eſſent. Sal. *in l. ſi maritus C. de contrah. emp.* Alex. *in conſ.* 18. *lib.* 3. Dec. *in conſ.* 96. *col.* 2. *verſ. nec ob talis confeſſio.* Ruin. *in conſ.* 96. *col.* 2. *lib.* 5. & apud nos *in conſ.* 40. *nu.* 5.

Enimuero pluſquam veriſimilis confeſſio & nominatio hæc filii legitimi ex eo apparet, quod facta initio ipſo eſt, & cum aliud contrahere matrimonium liceret, ſi controuerſum non ſuberat cum d. Catharina factum. & legitimus filius non erat ex ea ſublatus: ſiquidem integra tum virentique ætate Comes Vitalianus eſſet.

Tertio reſpondetur, ſpeciem hac prohibitam ſuſpectamque eſſe, in qua credi confeſſioni non ſolet: locum tamen id non habet, vbicunque adminiculis aut coniecturis quibuſdam confeſſio ipſa iuuatur. Bald. *in conſil.* 66. *inter virum. lib.* 1. vbi ſimulatam venditionem non putat inter virum, & vxorem, in qua pretii numeratio per ſolam coniugum confeſſionem apparet, quoties adminiculis nonnullis confeſſio hæc adiuuatur. Ex Bart. & Bald. ius hoc confirmatur *in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacro. eccl.* Eccle. confeſſioni prælati extraiudicialem voluntateque credi, in Eccleſiæ rem pecuniam verſam, ſi coniecturis confeſſio confirmatur. Idem Rom. placet *in l. cuſtas ff. ſi cer. petat.* Rui. *in conſ.* 142. *column.* 2. *lib.* 1.

Coniecturæ plane quam plurimæ interueniunt ſuperiuſque enarratæ, à quibus roboris confeſſio nominatioque hæc non parum accipit. Ex Bald. reſponſio hæc tertia vires accipit *in c.* 1. §. *iniuria. num.* 18. *de pace iura. firman.* cum ſtupri conuicti, aut in eo deprehenſi matrimonium ab ipſis ante contractum allegant, fidem confeſſioni haberi, ſi adminiculo coniecturæ aliquæ adſunt. Ita glo. interpretanda *in l. pen. C. de fideiuſ.* quæ ratam haberi confeſſionem huiuſmodi ſimpliciter ſcribit: qua Baldi declaratione Alex. vtitur *in conſil.* 14. *n.* 20 *lib.* 1. ſed & ſimpliciter cum glo. memorata Alex. ſentit *in conſ.* 1. *num* 22. *verſic. & pro hoc. quod ſtari debeat. lib.* 3. ſi per coniecturas in materia prohibita ſuſpecta confeſſio conualeſcit; quid dicendum hic erit,

vbi-

vbi in poteſtate patris eum fuiſſe non obſcure molliterquè demonſtratum ſuperius eſt?

Quartò etſi maxime ſtrenuæ validæque reſponſiones memoratæ apparent, iuris rationibus Doct. quæ teſtimoniis ſubnixæ, attamen, quia commiſerarum petuentum hodie eſt, vt non tam rationibus, quam autoritatibus plerique moueantur (quamuis iuris mihi ratione nunquam potiores non ſint) in ſpecie ex Anchar. dirimi quæſtio hæc videtur *in d. conſ. 225. videtur prima fa. et discendum, dictum ſuperius, num. 13. circa fin. ſuper alio dedu.* Ibi enim contra ſubſtitutum conſilium datum eſt, atq; probationib. vtitur, quæ admitti regulariter ſolent ad filiationem probandam, perinde vt ſi ſubſtituti præiudicium non interueniat. Idem Alex. probat *in d. conſil. 88. lib. 7.* Ibi enim materia proſubita verſabatur tam ratione ſubſtituti, ſi ſine filiis legitimis grauerius decederet, quam ratione ipſius filii ſpurii, cui nefas relinquere eſt. Atqui in octauo dubio & filiatione ſpurii oſtendenda, qui legitimus factus poſtea eſt ad ſubſtituti perniciem, non pliniquam ordinarias probationes in materia alia exigit, in qua prohibitio vlla non vertitur. In fideicommiſſo etiam ſubſtitutique incommodo nominatim Dec. loquitur *in d. conſil. 153.* Atqui in nominatione coniugum ſola ad filiationem oſtendendam *num. 3.* acquieſcit. Tertii item præiudicium in ſpecie hac parus Dec. facit *in d. c. per tuas. num. 7. ver. ſed replicari poteſt. de probat.* Probatione item vſitata ad modos prænarratos contentus & Ruin. eſt *in conſil. 51. numer. 18. lib. 5.* Etenim tertii ibi præiudicium vertitur, qui ex contractu ius meritur, & quod auferri niſi proſle legitime edita non poterat, vt in eodem conſil. ſignificatur, *num. 8. ver. ſed ceſſantibus omnibus.* Ad ſubſtituti etiam diſpendium ſatis probationes has leuiores ad fidem matrimonii faciendam ſolemnemque iuſtam declarandam eſſe, Pariſ. putat *in conſil. 13. nu. 23. lib. 2.* cumulatius *in conſil. 57. numer. 40. & in pluribus ſeq. lib. 4.* vbi argumenta diluit, quæ opponi è regione ſolent. Et obſeruandum Præpo. teſtimonio *in c. per tuas. q. 7. de probat.* Pariſium vti *in d. conſil. 13.* ad ſubſtituti damnum legitimationem pertinere, de qua *in auth. item ſi quis. C. de natu. lib.* Quod dictum ſi verum ſit, extra controuerſiam poſita res videtur: namque ſi legitimus ex nominatione is ſit ad ſubſtitutionem, quem naturalem eſſe non ambigitur; quanto magis ad legitimum filium probandum valitura nominatio erit? cum facilius quid probetur, quam nouum inducatur. Bald. *in l. ſi ab hoſtium. §. qui tot a multa. ff. de excu. tut. & in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. in quarto nota ff. de eden.* Iaſ. *in rep. l. admonendi. num. 216. circa fin. verſ. vel tertio & adhuc notabilius reſp. ff. de iureiur.*

Neque Curtii poſterioris ſententia diuerſe mutat *in conſ. 64.* vbi Decii opin. expreſſim ornat *in d. conſil. 153.* in qua re ingenii Deciani excellentiam viribus ſuis defectam ſubiicit.

Namque confutata Curtii argumenta ex his non obſcure apparent, quæ ante prolixius ſcripta à nobis ſunt. In ſpecie etiam hæc Curtii argumenta Socinus Iun. refellit *in conſil. 39. num. 33. & pluribus ſeq. lib. 3.* quæ transferende huc non duxi. Ibique ingenio ſuo potius defeciſſe Curtium ſubiungit, neque ab eo maximopere rogatum, ſententiam probare eiuſdem voluiſſe.

Et quod ex diuerſo reſpondetur, Soc. Iunioris rationes ad rem hanc minime attinere; quoniam titulus ibi matrimonii interuenit; temere ſi putatiuus; quod contra hic eſt, vbi matrimonium nullum oſtendi contenditur in patrem ipſam retorquetur. Namque vt miſſum id faciam, quod repetitum non ſemel eſt, fidem matrimonii huius vel ad proprietatem & inter ipſos coniuges factam, ſicubi vinoſum inunleque eſſe matrimonium apparet, proli fauor nihilominus præſtatur, quæ nata ante eſt, quam manifeſtum vitium matrimonii fieret: quid hic dicendum vbi in manifeſto non eſt, contractum matrimonium non eſſe; imo etiam perſpicue potius id emicat. Itaque ſi quod inutile matrimonium fuiſſe dilucide apparet, proli tamen vel in ſubſtituti perniciem auxilio eſt, vt legitima æſtimetur.

Longe magis ius idem ſeruandum in matrimonio, cuius fides, ſi partis argumentis auſcultamus, ſolummodo titubaret: facilius quippe probatio matrimonii adiuuatur, quam nouum inducatur. Cyn. & alii *in l. fin. C. de eden.* Bald. *in conſ. 362. credit. lib. 3.*

Secundo aduerſus Curtium minorem argumentum vnum ex eis reiicitur, quo niti imprimis videtur, & in quo profligando laboratum à iuniore Soci. eſt. Alexan. enim ſententia Curti poſterior opi. ſuam confirmat *in conſil. 5. lib. 7.* † appellatione legitime nati ad eum non pertinere: qui natus legitime non eſt, quamuis legitimus poſtea ex matrimonio ſequenti fiat. Qua ſententia admiſſa, controuerſiæ huiuſce ſpeciē propoſitam habere, probationes huiuſmodi leuiores, & coloratæ ſatis ad matrimonium probandum in perniciem ſubſtituti non eſſe, cui verius lædere vſque adeo in manu grauatu non eſt, vt nec matrimonium poſtea vere palamq; cōtrahendo, legitimum eum faciat in ſubſtituti perniciem, qui natus initio non iuſte eſt: longe minus in manu eſſe grauato potentes nominationibus, confeſſionibus, tractatibuſque his legitimum filium efficere, vbicumq; matrimonii veritas in manifeſto non eſt, ne plurimum quicquam in probatione tacite atque coniecturali ſit. *l. leg. qui ad certum. ff. locati. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* 82

Argumentum hoc Curt. ipſe iun. ponit, eodemque refertur. namque, etſi maxime ambiguum Alex. dictum *in d. conſil. 5. lib. 7.* Soc. iun. aſſerat *in d. conſil 39. numer. 63. lib. 3.* maiori Doct. parti diſplicere oſtendo, quibus viſum eſt, in omnibus & per omnia pro legitime nato hunc habendum, vt ex Butr. & Abb. Cort. maior confirmat *in conſil. 13. numer. 9. & numer. 18. verſic. & hoc innuere videntur gloſſ. in conſil. 35. numer. 16. & circa fin. conſil. & in conſil. 73. ſuper memorata. numer. 18. in fin. numer. 20. verſic. quarto me mouet. & colum. 24. circa medium. verſic. ſine dubitat.* ibi Dec. *in cap. cum in cunctis colum. 2. de electio. in conſil. 155. colum. fin. & in conſil. 624. colum. 2. in fin.* Rip. *in rubr. ff. ſi certum peta. column. 2. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. colum. 12. ff. ad Treb. & in l. ſi vnquam. queſt. 34. C. de reuo. donatio.* Ruin. *in conſil. 78. colum. fin. circa med. lib. 3.* Pariſ. *in d. conſil. 13. numer. 39. & ſeq. lib. 2.* Schurf. *in conſil. 1. colum. 8. & ſeq.* quod in clauibus conſiliorum Card. ſedet. Ibiq; verum hoc Schurf. arbitratur, vel cum fato inſtante matrimonium id perficitur. Eidem opinioni Boer. adſtipulatur *q. 159. colum. 2.* Et obſeruandam eo caſu Doct. loqui, quo alterius etiam præiudicium vertitur, in ſtatuto puta quo à filiis filiæ excluduntur, vel in ſubſtitutione ex conditione, *ſi ſine filiis legitime natis decesserit*; vel in feudo, quod non niſi legitime natis defertur. Atque in feudo Alex. etiam loquitur *in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 2. numer. 18.* ibique pro legitime nato habendum hunc omnino putat, vt ſui diſſimilis Alex. videatur, cuius teſtimonio *in d. §. ſi quis rogatus.* in materie ſubſtitutionis Ruin. vtitur *in d. conſil. 78. colum. fin. lib. 3.* in feudo etiam Crot. loquitur *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. 55. verſic. ſecundus caſus eſt.* Idem in feudo etiam quod legitime natis tantum per inueſtituram debetur, ex Butr. Abb. & Imo. Iaſ. probat *in conſil. 168. num. 6. lib. 4.* Annon in feudo præiudicium agnatorum verſatur, quibus ex contractu ius quæritur; Hoc amplius, non ſolum iuri quærendo ita legitimatue obſtat, & pro legitime nato habetur, ſed & quæſitum iure aufert; in donatione puta reuocanda in ſpecie *d. l. ſi vnquam*, vt apud Ripam *ibi q. 31.* & Boer. *d. q. 159.* Appaset ex his in ambiguo rem non eſſe vtre crebrior opin. ſit, vt mirum ſatis faceta non queam oculis ita conniuentib. Alex. ſententiam *in d. conſ. 5. lib. 7.* à Curt. ipſo minore admiſſam *in d. conſ. 64. col. 7. poſt prin. verſ. accedunt ad confirmationem.*

Sententia hac ita affirmata, legitime nati appellationem ad eum trahi, qui legitimus ex matrimonio ſequenti ſit, in Curtium ipſum minorem pertemque diuerſam argumentum hoc retorquetur, à fortiori argumentando; ſi in caſu claro, id eſt, in quo dubitatio non eſt, non legitime quem natum, poteſtas patri eius datur legitimum eum in ſubſtituti agnatorumque necem faciendi, matrimonium cum ipſa concubina vel amica contrahendo, in ipſoque ipſo contractum matrimonium fingitur, contra quam veritas habet; longe magis in caſu dubio, id eſt, in quo non conſtat illegitime filium natum, in poteſtate patris erit legitimum eum declarare, probare, cū facilius quid probetur, quam nouum inducatur, ſicuti demonſtratum antea ex Bald. & Iaſ. habemus.

Rurſus facilius quid præſumitur, quam fingatur; ſiquidem locos præſumptioni nunquam non eſt in re dubia declaranda. fictio plane niſi ex cauſa non inducitur *l. denique. & l. nec violen. ff. ex quibus cauſ. maior.* Iaſ. *in l. 4. §. Cato nu. 7. in fin. ff. de verb. oblig.* vnde ſi retro certus legitimus filius fingitur, qui ex matrimonio ſequenti legitimus fit. quanto magis legitimus præſumendus in re dubia erit, quamuis dubiam rem non hic exiſtimem.

Tertio principaliter contra Curtium iun. Schurfij dictum expendendum *in d. conſil. 1. colum. penult. in fin.* cum legitime nati

appellationem locum in eo habere ſcribit, qui ex matrimonio ſequenti legitimus fit, etiam ſi morte vrgente matrimonium ipſum iungitur, quo caſu ſpes prolis vlla non eſt. atqui ratio maior legitimati à ſubſtituto excludendi ſubeſt, quaſi in fraudem eius matrimonium celebretur. Quid dicendum hic habemus, vbi fraudis præſumptio in confeſſionibus, nominationibus, & tractatibus memoratis omnino ſilet, vtpote eo tempore tractatibus his factis, cum idoneus maxime ad nuptias ineundas prolemq; tollendam pater eſſet, ſi vxor D. Catharina non fuerat.

Summa hæc eſt, in argumento hoc octauo, quo tantopere pars fidit & nititur, nihil eſſe, quod de probationibus leuioribus in filio legitimo demonſtrando diuerſa pars queratur, quaſi ius deterius eo modo fiat. Audiatur enim de lege etiā: Iniuriam tibi amice non facio; meus eſt probandi modus, nihil quicquam à te aufero: meum quippe, non tuum tibi auxilium denego. *gl. in l. 1. C. ſi aduer. vendit. in l. aſsiduis. in gloſſ. mag. a. C. qui potior. in pig. hab. & in §. fuerat. in ver. iredu verib in ſi. Inſt. de act̃io. Bart. in l.*
82 *fi. ſolam in 6. oppo. ff. de ver. oblig.* & ſicut † à iure poſitiuo diſtinctio hæc liberorum eſt, vt alii legitimi, alii naturales dicantur, cum tamen naturali eadem omnium conditio eſſet. *l. manumiſsiones ff. de iuſt. & iur. §. ſit ergo. ibi; nihil à legitimis differentes in Auth. quib. mod. nat. eff. legi. §. natura ſiquidem ab initio & §. ſi quis ergo filios legitimos non habens in auth. quibus mod. natu. eff. ſui.* ita de modo legitimos probandi conſtituere ius potuit. *l. iure mandata. C. mandat.*

Non obſtat, domino ſubſtituto ſententiam non eſſe contra ſubſtitutum dictam, longe minus damno confeſſionem futuram, quæ ſponte iudiceque non cogente fit. Alienum enim à re propoſita argumentum eſt: ſiquidem in manu grauato non eſt, vt deteriorem fideicommiſſarii cauſam litigando efficiat. *d. an prætor ibiq; Bar. ff. de iure delib. l. ex caſtr. miſi. ff. de caſtr. pec.* Ratio alia matrimonii contrahendi liberoſq; ſuſcipiendi eſt, facultate ſubſtitutum vlteriorem ad eum modū excludendi grauato ipſi à teſtatore data. Qua ratione igitur matrimonii contrahendi poteſtas grauato fuit in ſubſtituti incommodum: ita & contractum prolemq; ex eo ſuſceptam confitendi, & pro legitima tractandi; cum ad conſequentia omnia conceſſio permiſſioue antecedentis trahatur, vti ſcriptum in ſuperioribus habemus.

Eadem reſponſio ad argumentum valet, quod in dote confeſſa ponitur, quæ ad priuilegium non trahitur. de quo in *auth. vt quæ. C. com. de legat.* In manu quippe grauato non eſt ſubſtitutum lædere, niſi vere numerata dos eſt. Vnde ſi cōfeſſioni ſimplici grauati creditur, in arbitrio eius erit, ſubſtitutum illudere; quod contra in confeſſione matrimonii eſt, quod à poteſtate grauati omnino pendet, vt confiteri id liceat; per quam confeſſionem manifeſtum non omnus fit, quantum ad iuris effectum, atque ſi contractum palam dicatur, ex eaq; confeſſione neceſſe in eo perſeuerare coniuges habeant, ſicuti declaratum in ſuperioribus habemus.

Secundo reſpondetur. ex diuerſis & ſeparatis argumentum deduci: confeſſioni coniugum de dote non creditur in creditorum perniciem; ergo nec confeſſioni fides habenda de matrimonio contracto, de filio inde ſublato in fauorem filii etiam In dote enim idcirco fides habenda confeſſioni non videtur; quoniam ſi vere numerata dos eſt, in culpa vxor deprehenditur, quæ numerationis ipſius probationem non parauit. Quod contra in filio eſt, qui fidem ſibi comparare de matrimonio nō potuit. Eam ob rem probationibus facilioribus in prole iuſta æſtimanda atq; oſtendenda contentum ius fuit.

Eiſdem modis deciſiones aliæ diluuntur, quibus fidem cōfeſſioni non haberi expreſſum eſt. In materia enim prohibita ſuſpectare, & quæ in arbitrio confitentium non eſt, locum omnes habent: quod ſecus in ſpecie controuerſa eſt, in qua liberum grauato fuit nuptias facere, ex eiſque Deorum munere, prolem conſequi ad ſubſtitutum ſubmouendum. Ruſus veriſimiles confeſſiones nominationesque huiuſmodi contectuſis atq; adminiculis adiuuari oſtendimus; quibus caſibus fidem etiam eis habendam verbis pluribus oſtendimus.

Apparet ex his, & argumentum illud ſublatum, quod in confeſſione prælati voluntaria ponitur, fidem ei non haberi: ad ea enim pertinet, quæ in poteſtate prælati non ſunt. Cæterum quibus caſibus de poteſtate prælati res pendet, fidē confeſſio eius vel ſola facit, vt ex Anto. de Butr. percipitur *in c. grauem. ante fin. de depoſi. Anchar. in conſil. vicem ſolem 10. verſic. circa autem ſeptimam dubitationem. ibi; nec enim hoc caſu, &c.* Ratio enim ceſſat quamobrem fidem prælati confeſſio non habet, id eſt, quia deteriorem eccleſiæ facere conditionem donare vel prohibetur, vt Cald. docet *in conſil. 5. de confeſſio.* A ſenſu igitur contrario. ſi in poteſtate prælati res eſt, neque eccleſiæ ab eo ius lęditur, fidem confeſſio eius accipiet. Qua ratione aliter dein reſpondi in cauſa quadam Regienſi, vt ex *conſil.* noſtro apparet *767. num. 6. & ſequ.* confeſſioni prælati de inueſtitura facta ſtandum; quoniam licentia erat ei in emphyteuſim rem concedendi, quam ita concedi moſerat. Secundum quæ, argumenta hæc de confeſſione in partem ipſam diuerſam retorqueri. namque ſicut liberum Comiti Vitaliano fuit, matrimonium contrahere, indeq; Dijs iuuantibus prolem ſuſcipere; ita & confeſſione teſtari id potuit.

Illud prætereundum non duxi, † in quantum diſcrimen à 83
Ruino adhibetur *in d. c. 92. num. 7. lib. 4.* vtrum ante natiuitatem filio confeſſio matrimonii fiat, an poſt; ad verba, non rem, differentiam hanc ſpectare. Etenim cum in arbitrio confitentis ſit tempore quouis matrimonium copulare in ſubſtituti perniciem, cur non & tempore omni idem hoc confitendi facultas erit; Quod ſi fraudis vitandæ cauſa diſcrimine hoc vtendum Ruin. cenſuit; an non & ante matrimonium fraude fieri confeſſio hæc poteſt, cum prolis ſuſcipiendæ ſpes certiſſima pro ætate viribuſque coniugis vtriuſque ſit; Ruſus diſcrimine hoc tam leuiſſimo etiam admiſſo, ante Comitem Hannibalem editum confeſſio interuenit, ſi fides quicquam Ludouicus Bottus, vir Illuſtris patriciuſq; habet; qui lecto ipſi premēto in ipſoq; Chriſti conſpectu, corpus cuius ſacratiſſimum accepturus mox erat, vltro confeſſus ita eſt.

Nonum item argumentum non obſtat, quod tertium principale ex ordine eſt, teſtibus † ſingularibus confeſſionem, no- 84
minationem, tractatuſq; memoratos non probari. Namq; impedimento ſingularitas non eſt, quominus probatio tractatus teſtibus huiuſmodi fiat, vt nominatim Caſtr. docet *in d. conſ. 151. vtſo opinio in facto Franciſci col. 1. poſt med. verſic. 2. videtur dictas expoſitiones lib. 1.* Quod idē in ſumma Alex. quoq; probat *in d. conſ. 51. n. 7. lib. 1. Ruin. in d. conſ. 118. n. 11. lib. 4. & in conſ. 1. col. 2. circa med. lib. 5.* Curtius iun. *in d. conſ. 64. n. 7.* & apud nos *in conſ. 73. n. 35.*

Secundo reſpondetur, in manifeſto eſſe, Comitem Vitalianum conſuetudine D. Catharinæ pro arbitrio vſum idq; & pars ipſa diuerſa admittit. Quocirca de eo ſolummodo in iudicio, hoc controuertitur, quo animo, quove iure actum id ſit; atq; adeo declaratio demum voluntatis in lite eſt. Sed enim cōſtat inter omnes, declarationem voluntatis teſtibus ſingularibus probari, autore Caſt. *in conſ. 395. in cauſa quæ vertitur in ciuitate Domini locum tenentis col. 1. lib. 1.* quo dicto vſi & nos ſumus *in d. conſ. 73. nu. 35.* Ruſus cum ex teſtibus pluribus hominis voluntas declaretur. *l. de quibus ibique Iaſ. in 4. not. ff. de legib. d. l. ſi tamen. §. ex quib. ff. de adil. edict. l. fi. ff. de donat. l. Paulus reſpondit non tantum verbis. ff. rem rat. hab. d. c. dilecti. 2. ibique Doct. in 2. not. de appel.* verbiſq; etiam voluntas hæc oſtendatur *l. Labeo §. idem Tubero ff. de ſupellect. leg. l. prospexit. ff. qui & à quibus.* ſtatim coepugnat teſtib. ſingularibus voluntatem hanc declarari, quo animo ſecum complexus fuerint, an quaſi coniugum, an amantium; ſimiliter vt in aditione hæreditatis probanda dicitur, quæ ſicut ex verbis factiſq; conſiſtit, ita teſtibus ſingularib. demonſtratur. Pan. de Caſt. *in conſ. 1. 14. contra ſuperius con vlta col. 3. lib. 2. Soc. in conſil. 195 col. 3. verſ. poſtremo. & ſi omnia prædicta lib. 2.* de quo vberius apud nos *in d. conſ. 73.* Ea propter moueri tantopere ſingularitate hac teſtium in ſpecie propoſita quempiam non oportet. Ang. huc ſpectat *in conſ. 235. periclum eſt, quadam D. Margarita col. 2.* in ſtigatinoem teſtibus ſingularib. demonſtrari ad quia modis diuerſis fieri ſæpiuſq; ſolet: cui dicto ſubſcripturus Soc. iunior eſt *in conſ. 99. n. 11. lib. 2.*

Tertio reſpondetur, inficias ire non licere ſemiprobationem ex teſtimonio D. Ludouici Bott perfici, qui de mutua coniugum præſentium confeſſione locutus eſt. Ruſus negare non poſſumus, quin tractatus, qui ex facto pendent, teſtib. concordibus fortiter confirmētur, quod more filii legitimi educatus, veſtitus ad regiamque Cæſaris ablegatus filius ſit. Quo ad plenam probationem plenā fieri confitendū omnino habemus, ſaltem, quod ad quaſi poſſeſſionē attinet, cum perfecta in genere aut ſpecie ſua probatio vtraq; ſit, id eſt, cōfeſſio parte præſente facta, ac per teſtem vnum demonſtrata, & ipſum exceptione omni maiorē, ex qua confeſſione probationē ſemiplenam conciliari abunde ſatis teſtatum in ſuperioribus habemus. Æquè

tracta-

tractatus ille filio niſi legitimo non congruens, teſtibus non paucis eodem ſpectantibus declaratur, ex quo tractatu vel vnico quaſi poſſeſſionem induci ſatis item demonſtratum ſuperius eſt. Quæ cum ita ſint, longe pars fallitur, quæ probationem vllam perfectam in ſpecie ſua non eſſe, non verecunde ſatis contendit. Itaque perfectione probationis in ſpecie quacunque interueniente; quia ſemiplene vtraq; per ſe probatur, dubitatio non eſt; quin coniunctionem earum fieri ad probationem plenam oporteat. Glo. *in c. ad dum. 2. in ver. veritate. de electione: num 4 § 5.* Glo. & Calder. *in c. veniens 1. & per alu. de teſt.* Geminia *in conſ. 57. col. 2. in prin.* Inde Aret. ſcribit *in conſ. 65. in ſecunda dubi.* confeſſionem abſente parte cum famæ probatione coniungi; quia ſemiprobationem vtraq; parit. Hoc amplius, ſemiprobationem ex aliquo extenuatam, à probatione alia ſemiplena ſuppleri, Curt. ſcribit *in conſ. 62. col 8. verſ. & ſi qua detractio lib. 1.* Quid hic dicendum, vbi ſemiprobatio perſpicua ex teſtimonio teſtis illius integerrimi, D. Ludouici Botti, probationi alii pleniſſime de tractatu factæ concurrit? quod vnicum fundamentum ad victoriam abunde ſatis valere credam.

85 Quarto reſpondetur, † ſingularitatis teſtium vitia ex præſumptionibus aliis purgari, vti ſcriptum apud nos eſt *in conſil. 35. num 6. in conſ. 78. nu. 5. & in conſ. 178. nu. 8.* Præſumptiones plane & coniecturas non paucas ſuperius enarrauimus, quæ cum fidem matrimonii filiiq; legitimi faciunt. Dii boni! quis adduci poſſit, vt credat commiſſuram matronam ex loco tam nobiliſſimo honeſtiſſimoq; editam, vt palam ad eam vir alienus adiret, cum eaq; oblectaretur, matrimonii iure non ſuffragante? Quid mulierem dico? quis paſſuros propinquos, affines rem tam turpiſſimam exiſtimet, vnde dedecus familiæ vniuerſæ deſcendat?

Quinto, teſtibus facto non niſi ſingularibus cauſam iuuari, extra controuerſiam tamen res ponit ex Soc. videtur *in conſ. 54. col. 2 lib. 2.* indicium ad quæſtionem ex teſtibus ſingularib. fieri de præſumptionib. diuerſis loquentibus. de quo apud nos *in d. conſ. 73. nu. 37.* Quod ſi verum ſit, quid in probatione dicendum hac erit, quam vel leuem coloratamve prolis fauore ius recipit?

Sexto, ex his argu. hoc ſingularitatis proteritur, quæ ſcripta apud nos ſunt *in conſ. 267. num 5. & in tract. de anti. temp. part. 4. num. 157. verſ. vota difficultas fol. 292. ad Venetam impreſſionem.* probationi confeſſionis ſingularitatem non obſtare; quia iterabilis eſt, & adminiculum ſingularitas præſtat; quod Alexan. admittit *in conſ. 5. colum. 2. circa med. verſ. ergo etiam præſuppoſita lib. 1.* Socin. iun. *in conſ. 90. n. 9. & plurib. ſeq. vſque ad nu. 16. & in conſ. 99. nu. 15 lib. 2.* Hoc amplius, in confeſſione abſente parte teſtib. pluribus ſingularibus patefacta, ad probationem ſemiplenam valere Curt. iunior ſcribit *in conſ. 168. col. 7.* cum qua ſententia vltra Curtium Fulgo. quoq; facit *in conſ. 171. verſ. circa prin.* Quo admiſſo ſemiprobationes plures quam duo deprehendimus, quæ coniunctionem adoptant, & ex quibus probatio perfici vel pleniſſima poſſit.

86 Septimo, † ex Caſtrenſi reſponſio etiam ad arg. colligitur *in l. Lucius ff. de inſ. rub. & in d. l. admonendi col. 7.* adducit iudicem poſſe, vt fidem teſtium ſingularium vel ad probationem plenam ſequatur: de quo dicto memoria habita à nobis eſt *in conſ. 35. num. 15. & in conſ. 78. nu. 7.* Equidem ſi cauſa fidei huius plenæ habendæ, teſtimonii poteſt, eam hic verſari non dubitem, ex coniecturis & præſumptionib. locupletius ante commemoratis.

Octauo, quoſcunq; teſtium ſingularitatem obiicere, ſi non confeſſiu nominatioq; patris inſtrumentis publicis tabuliſq; eius ſupremis luculentiſſime emicant, vt controuerſiæ fieri quicquam non poſſit? Neq; ad rem attinet, eo tempore factas, quo prolis alterius tollendæ deſperatos pater eſſet: coloris n. pluſculum arg. haberet, ſi tractatus vllus ante de filio quaſi legitimo, ſi confeſſio, ſi nominatio vlla non interueniſſent. Tractatibus plane, confeſſionibuſq; & nominationib. interuenientibus, tractatibus, inquam, ex factis manifeſtiſſimis, in quibus teſtium veriti ſingularitas non poteſt, ſuſpicio omnis, ſi qua eſſet, in confeſſionib. per inſtrumenta publica factis, purgata non obſcure apparet, veriſimileſq; confeſſiones ipſæ fiunt. Quo caſu in materia ſuſpecta etiam & prohibita confeſſioni ſtandum, ſatis ante docuimus, cum argumentum octauum ſecundo loco euerteremus. Hisq; obſeruandum,

87 † etſi maxime ſingulares teſtes oēs eſſent, caſuſq; huiuſmodi inciderēt, in quib. admitti teſtes ſingulares non ſolent, illud certe negari non poteſt, quin adiumentum afferant, vt Alex. ſcribit *in conſ. 190. n. 23. ver. alia in-*

ſuper extant argumenta. lib. 6. vbi præſumptionem ex eis fieri ſcribit. Idq; latius explicatum à nobis eſt *in d. conſ. 35. n. 15. & in d. conſ. 73. nu. 15 & in d. conſ. 78. nu. 7.* Ex præſumptione plane confeſſionis ſuſpicionem purgari, ſcriptū ſupra habemus in ſecunda reſpōſione ad 8. arg. Sed & extra dubitationē ponitur videtur ex teſtimoniis Bellanæ & Margaritæ, in quib. ſingularitas non eſt, & quos idoneos eſſe ſoiemus defendemus; conſequens, & teſtium ipſorū ſingularium vitium ex confeſſionib. abigi ſub teſtamentis aſcriptis, viceq; verſa, confeſſionū ſuſpicionem, ſi qua eſſet, à præſumptione tolli, quæ à teſtimoniis ſingularib. oritur. Hoc amplius, † eo facto ſuo ad ſuiq; veritatem confeſſioni creditur, quæ præſumptionib. aliis adiuuatur: vnde fidem mercatoris ſcriptura facit cum qua præſumptiones faciūt, vti verbis plurib. ſcriptum apud nos eſt *de antiq. temp. par. 1. nu. 273. & 3. limitatur.* Longe magis tantundem probandum in gratiam liberorum erit, quorum cauſa probationes leuiores admitti expreſſum verbis pluribus eſt? 88

Nono, ad ſingularitatē teſtium reſpōdetur, † impedimento non eſſe, quominus probatio ſemiplena ex eis fiat, vt ex Bald. & Corn probatum à nobis eſt *in d. conſ. 73. nu. 35. verſ. quin etiam eodem Corn & in d. tract. de antiq. temp. part. 4. nu. 157 inf.* Quibus Fulg. accedit *in conſ. 161. in cauſa Iacobi col. 1 circa med. & in conſ. 172. verſ. circa prin.* Guido Papæ *in conſ. 66 in fi.* ite teſtimoniis Bellanæ & Margaritæ concordib. omiſſis, confeſſionum patris, quæ expreſſæ tabulis eius ſupremis ſunt, ratione non habita, confirmata nihilominus legitimi qualitas ex teſtib. aliis apparet, id eſt, D. Ludouici Botti, vnde ſemiprobatio perficitur, & teſtib. aliis etiā ſingularibus, qui & ipſi ad ſemiprobationem valent. Quid dicendum habemus, confeſſionibus aliis accedentibus, quæ perſpicuæ inſtrumentis publicis ſunt? Rurſus, quid adiumenti allatura Bellanæ Margaritæve teſtimonia coeuntia erunt? 89

Simili modo arg. decimum non obſtat, ſatis tractatum educationis & inſtitutionis ad quaſi poſſeſſionem filiationis non eſſe, vtpote qui ad extraneos ēt competit. Ea hic n. ſatis ſuperq; argumentum ſublatum hoc eſt, quæ dicta ſuperius in fundamentis pro reo iaciendis initio ipſo ſunt, *nu. 2. ver. hic ita de eſſe. In tractatus huius pronarratu, &c.* vſq; ad *nu. 18.* quæ iterum hic ſcribenda non cenſui. Ibi n. prolixius coniecturam execuuti hāc ſumus, quæ in educatione ponitur. De tractatu etiam, qui ex inſtitutione accipitur, abunde dictum in loco eodem eſt, *verſ. 3. actus tra. latin. n. 27.* Quocirca ea videnda, quæ dicta de re hac in locis memoratis vberius ſunt; ibiq; tractatum etiam fratrum vterinorum adnotauimus, *n. 30. verſ 7 alius tractatus, & quaſi, &c.*

Non obſtat, probationem famæ impletam legitime non videri, quia vti Bott. Doct. quæ præceptiones docent, reſponſum eiā nam verbis pluribus in ſuperioribus apparet. *verſ. conſequens tractatibus his tot tantiſque & tam plurimis ſit, &c.*

Argumentorum etiam vndecimum non obſtat, quaſi poſſeſſionem filiationis legitimæ, quæ ex tractatib. memoratis deducitur, ad effectum probationis contrariæ in aduerſarium reiiciendæ non valere: quoniam eius tractatus à reo enarrati à tractatibus contrariis videntur, quos actore docuit. Diſſolutū enim argumentō hoc ex his dilucide ſermoneq, longiore apparet, q ſcripta ante in argumento ſecundo euertendo ſunt, *verſ. non obſtat alterum argumentum, ex tractatib. contrariis, &c.* vbi tractatus oēs è regione oppoſitos contrarios ſingulatim habemus, eoſq; vel ineptos, vel à remotis deductos oſtendimus.

Non obſtat tractatus pro Comite Hannibale expreſſos nō ante fieri cœptos, quam prolis alterius deſperans pater ſint. Id enim magna animi vi pernegatur: ſiquidem matrimonium ipſum confeſſi coniux vterq; apud D. Ludouicum Bottam ante ſunt, quam natus Comes Hannibal eſſet. Rurſus educatus initio ipſo, & deinceps tempore procedenti filius eſt quaſi legitimus in cunabulis, in diſciplinis, & in grandiore deinde ætate, equorum famulorumq; pompa non omiſſa, neque à patre ſolum pro tali habitus & acceptus, verum & à nouerca, fratribuſque vterinis, & ab extraneis aliis, Comitis etiam nomine interpoſito.

De fama contraria, quod pro filio habitus illegitimo eſt, nihil eſt, quod plura dicamus. Satis quippe reſponſum ſuperius eſt, *verſic. non obſtat pro vidua Dominam Catharinam habitam, &c.*

Argumentum etiam duodecimum non mouet, quod ſextum in numero refertur, ita † ex tractatu legitimam prolem indicari, ſi cohabitatio parentum interuenit, ex Socino iun. *in conſil. 80. n. 40 lib. 2.* Reſponſio enim ex ſuperioribus colligitur, 90

ad probationem filiationis in proprietate argumentum ſpectare. Cæterum, quod ad quaſi poſſeſſionem attinet, ſatis eſſe pro filio legitimo à patre eum habitum, & tractatum, ſatis ſuperq; monſtratum in his habemus, quæ ſcripta in ſuperioribus ſunt, cum argumentum primum profligaremus.

Secundo reſpondetur, probationem filiationis legitimæ, quantum ad proprietatem verſari, faciq; neceſſariam tamen cohabitationem non eſſe perſpicue oſtendimus, ſi ad mulierem pro arbitrio adeundi facultas viro eſt, vti liquido demonſtratum ante eſt, *verſ. neq; ad rem attinet, quod vna ſimul in eiſdem ædib. &c.*

91 Non obſtat, arg. decimum tertium, quaſi † poſſeſſionem filiationis ex tractatu tum deniq; induci, ſi vicinis ſcientibus ſecutus is eſt, ex Rui. *in d. conſ. 92. nu. 12. lib. 3.* quoniam in probatione matrimonii loquitur, atq; ideo in eo caſu, quo matrimonii probatio vertitur, quam neceſſariam non aliter ſuperius diximus in argumento primo ſubuertendo, niſi ſi proprietatis ratione filiatio oſtenditur. Cauſam aliam quaſi poſſeſſionis probandæ eſſe demonſtrauimus, ad quam ſimplicem tractatum ſufficere ex Bar. & Doct. paſſim oſtendimus. Veramq; reſponſionem hanc eſſe, manifeſtiſſimum ex his fit, quæ ſcripta initio habemus, cum in iure rei obſirmanda fundaméta poſui, id eſt, ex tractatu ſolo atq; vnico quaſi poſſeſſionem filiationis induci: tractatum porro ex actibus pluribus diuerſiſq; cóciliari, qui diſiuncti ſinguliq; valent: inter quos nominationem inſtitutionemq; enumerauimus, cum quaſi filius legitim⁹ quiſpiam appellatur hereſve ſcribitur. Atqui nominari quis filius ſemel atq; iterum principaliter in domo poteſt, vicinia non conuocata. Rurſus hæres filios inſtitui ex teſtamento in ſcriptis poteſt, quod vicinis ignotum erit. Iam abſona res fieret, filiationis huius probandæ facultatem eripi, matrimonio clanculum contracto, ſi vicinorum ſciétiam exquirimus. Iam Ruino contrarius Iaſ. eſt *in d. conſ. 114. colum. 5. ver. non quoque obſtat, in quantum moetuando lib. 1.*

Quæ ſcripta in decimoquarto argumento ſunt, neceſſariã
92 matrimonii † probationem eſſe in filiatione legitima, vel ad quaſi poſſeſſionem dumtaxat, demonſtranda, omnimodo pernegamus, contraq; ius eſſe, palam factum ſuperius eſt in argumento primo diſſoluendo, *verſ. fundamentum igitur statuibis.* vbi nó aliter neceſſariam matrimonii probationem docuimus, niſi ſi proprietatis ratione probatio hæc filiationis legitimi præſtatur. Neque Iaſ. teſtimonium mouet *in d. conſ. 106. col. 2. verſ. 4. principaliter lib. 1.* quoniam Bart. authoritate nititur *in d. l. filium. & in d. l. Titia ff. ſol. mat.* qui contrarius Iaſoni eſt: de matrimonio enim probando, niſi ratione proprietatis Bart. non loquitur; Bartolumq; nos & in locis aliis in ſententiam hanc relatũ habemus. Æque Alex. teſtimonio *in d. conſ. 51. nu. 2. lib. 1.* Iaſ. vtitur, quem & ipſum Iaſoni obſtare in loco memorato docuimus: ſiquidem diſcrimen Alex. poſt Bart. & alios conſtituit, vtrum ratione proprietatis, an quaſi poſſeſſionis ſolummodo filiationis probatio fiat. In proprietate de matrimonio probando mentio fit; in quaſi poſſeſſione id reticetur. Quod in quaſi poſſeſſione opus matrimonii probationem eſſe contendimus, iam differentiæ quicquam non erit, à proprietate, an à quaſi poſſeſſione probatio hæc filiationis impleatur.

Secundo principaliter euidentiſſimeq; Iaſ. opinio proſternitur. Demonſtratum ante habemus, filii mentionem ad legitimum in dubio in teſtiũ etiam dictis referendam, ea vulgatiſſima Doct. ſententia, quicquid viſum aliter Alciato ſit iure ſuo ſolummodo vtenti: idque ratione duplici, prima, ne delictum ſubaudiremus, ſi ad filium iniuſtum teſtium verba porrigimus. *l. merito ff. pro ſocio.* altera, quod filius proprie non alius eſt, niſi q̃ ex nuptiis iuſtis deſcendit, ex Alex. & Croto in locis ſuperius relatis: quod idem ſcriptum & Alex. reliquit *in conſ. 2. nu. 9. verſ. 6. quia in conſ. 25. nu. 5. verſ. ad prædictam concluſionem & in conſ. 67. nu. 7. verſ. ad prædictam concluſionem lib. 1.* In teſtib. plane ſimiliter, vt in ſpecie alia quauis propriæ verba exaudienda ex Bart. & Soc. ſignificauimus. Enimuero otioſum ineptumque dictum hoc Doct. probatiſſimorum, imo & falſum fieret, ſi fidem fieri matrimonii oporteat. Quis enim dubitet de legitimo intelligendũ matrimonio patefacto? Rurſus falſum erit, de legitimo accipiendum fide matrimonii non facta. Denique nihili hic Iaſ. autoritas facienda, vtpote cui mutata ſententia ſit *in conſ. 114. col. 5. ver. non quoque obſtat, in quantum moetuando lib. 1.*

Æque Decii autoritas non mouet *in d. l. ſi emancipati num. 3. C. de collat.* quoniam in caſo diuerſo loquitur, in quo ratio diuerſa ineſt, id eſt, † in patria poteſtate filium non præſumi: ſiquidem nihil prohibet legitimum filium eſſe & ſui iuris, emancipatione, vel patris morte. 93

Secundo, Decii autoritas non mouet, vtpote vulgatæ Doct. ſententiæ contraria, quibus viſum eſt ſub poteſtate patris eſſe filium præſumi, per text. *in d. l. ſi emancipati.* Ibiq; Iaſ. *in ſecunda not.* Et idem Iaſ. *in l. ſi prius num. 44. verſ. ſecunda regula. ff. de oper. noui nunciat. in l. qui ſe patris. nu. 34. verſ. & ſi tu ſubtilius diceres C. vnde liberi* Rui. *in conſ. 109. in fin. lib. 2.* Aufreri. *in deciſ. Tholoſa. quæſtio. 191.* Quo admiſſo, ex opin. hac argumentum diluitur: namque ſi poteſtatem patriam ius præſumit, non poteſt & legitimus filius non præſumi; ſiquidem ad naturales patria poteſtas non pertinet. *Inſtit. de patria pote. in princ.* Tertio, ad ſpeciem hanc trahi Decii dictum non poteſt, vbi in quaſi poſſeſſione legitimi filius eſt, quæ probandi onus in aduerſarium reiicit, vti confirmatum ſuperius apparet. Neq; mutat, quod in quaſi poſſeſſione ſui iuris contra Iaſ. ſcribit, *in d. l. ſi prius. & in d. l. ſi emancipati.* Idcirco enim quaſi poſſeſſio ſui iuris probandi onus in aduerſarium non tranſmittit; quoniam iuris ei præſumptio refragatur ob primum naturæ ſtatum contrarium, vti Iaſ. in locis memoratis docet: quod ſecus in ſpecie qualitatis legitimi eſt, cui iuris præſumptio fauet, quatenus primæuo naturæ iure liberi omnes iuſtique naſcebantur, ſicuti demonſtratum ante habemus, cum Curtii iunioris ſententiam expugnarem *in d. conſil. 64.*

Tertio principaliter ad argumentum reſpondetur, matrimonii ſæ probationem exigi; impleram eam vel ad eum modum oſtendimus, qui inter coniuges ipſos ſufficiat, nedum ad prolem legitimam æſtimandam, quorum fauore leuis colorataque matrimonii probatio admittitur etiam cum de proprietate probanda filiationis legitimæ concertatur.

Non obſtat, fieri non poſſe † vt impleta matrimonii probatio dicatur, quatenus longe inter coniuges cohabitatio non interuenerit, id eſt, annorum minus 10. iuxta Feli. præceptionem *in c. illud col. fi. de præſum.* quoniam inter coniuges ipſos tempus hoc diuturnum exquiritur. Cauſa alia liberorũ eſt; ſatis enim videtur ſi vna ſimul fuerunt aut verſati ſunt, quamdiu per vitam licuit. Ita ex Abb. colligitur *in c. Lator. nu. 6. in fi. verſi. dicit etiam Hoſti. qui filii ſint legi.* Alex. *in conſ. 151. col. 3. poſt princ. verſ. plus dicit Hoſt. dic. 5.* Iuuatur reſponſio hæc, ſi diuturnam cohabitationem in prole etiam legitima diiudicanda deſideramus, falſum erit, quod vulgo Doct. placere ſuperius docuimus, coloratam matrimonii probationem prolis fauore admitti; quandoquidem ad vtilitatem coniugum etiam ipſorum cohabitatio hæc longa confert. 94

Secundo reſpondetur, locum argumento eſſe parentibus ſuperſtitibus; quorum odio ius hoc durius ſtatutum eſt, clandeſtinitatis matrimonium compeſcendæ cauſa. Ius aliud rationque alia mouet, cum de viuis ſubtracti parentes ſunt. Ibi enim cohabitationem longam à liberis ius non exigit, ne probandi inopia, culpa eorum omni remota, iniuriam patiantur. Quid enim ſi viuere teſtes deſierunt, qui teſtimonium dicere de matrimonio clandeſtino poterant? an non iniquiſſimum fieret, illegitimam prolem ob id haberi, quod longa coniugũ cohabitatio eſſe per mortem vtriuslibet non licuit? Ita Hoſti. & Io. Andr. docent *in d. c. lator. circa fin.* cum quibus Doct. & alii ſentiunt, ibique expreſſius Anto. de But. *nu. 14.* vbi cum matrimonii contractus non conſtat & recens habitatio eſt, ſatis habetur ſi tractatus aliquis docetur ad coniuges accommodatus. Sequitur Veronen. *in d. conſ. 5. nu. 6.*

Argumentum quoque decimumquintum non obſtat, de quo *num. 13. in verſi. neque dicatur, legitimum filium, &c.* quoniam legitimatione noua reus non nititur, de qua *in d. auth. ſi quis liberos. C. de natu. lib.* quæ ad eos pertinet, quos extra nuptias natos ambiguum non eſt.

Imo enim iuſtum ſe legitimumque filium ab ipſa natiuitate aſſerit, atque ideo egentem ſe remedii aut beneficii ciuilis non eſſe, de quo text. ille meminit *in authen. ſi quis liberos.* teſtamentis illis hactenus nititur, vt confeſſionibus patris vtatur in eis aſcriptis.

Decimumſextum nihilomagis atque alia mouet, filii legitimi probatione luculenter perfecta, non modo à quaſi poſſeſſione, verum etiam à proprietate; vt ambiguitatis quicquam cauſa hæc Comitis Hannibalis non recipiat, ſicuti locupletiſſime & ſane quam perſpicue demonſtratum in ſuperioribus eſt.

Secunda

Secundo reſpondetur, huiuſmodi probationes à Comite Hannibale præſtitas, vt aduerſario etiam bona occupante, ſecundum Comitem ipſum dici ſententiam oporteat, ex his, quæ enucleate explicatimque ſcripta in ſuperioribus ſunt. Longe minus à Comite ipſo poſſidente auferenda bona cẽſent: facilior quippe atque gratioſior non paulo † retinendi cauſa, quã

95 petendi æſtimatur, *l. ſi mareas in fin. & l. ex quibus ff. de condiction. indebi. §. 1. in prin. ff. quibus modis pignus vel hypo. ſolu. & l. Paulus ff. de excep. doli. l. per retentionem. C. de vſur. l. vnica. C. etiam ob chirographar. pecu.* Regula hæc pertinet, promptius exceptionem quã actionem dari. *l. minor. §. cui damus. ff. de reg. iur.*

96 Tertio reſpondetur, in obſcuro poſitam rem fac; in re † ambigua iudicium ſemper pro matrimonio oportere *c. fi. de re iudi.* vſq; adeo, vt potior doctoris vnius cum matrimonio facientis contraria & crebriore Doct. aliorum ſententia iudicetur. author Hoſt. & alii *in cap. 1. de cogna. ſpiri.* Boeti. *in conſil.* 40. *numer.* 88. Id quidem in primis, quod rationibus cauſa hæc Comitis Hannibalis nititur, quas validiſſimas eſſe prolixius declaratum ſuperius eſt. Et qua ratione matrimonio in ſententia ferenda fauorem ius præſtat; ita antecellere probationes conuenit, quæ matrimonio fauent. Bald. *in l. cum magiſtratus. num. 6. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & in cap. 1. §. ad hæc. nu. 4. in fin. hic finitur lex domi. Fred.* Idque præter Bald. ex text. probatur *in c. licet ex quadam. 2a. ſi. de teſti.* & apud Boet. *in d. conſ.* 40. *a.* 62. *&* 63.

97 Circa argumentum decimum textum † in deciſoriis ſeu hereditate obtinenda imbecillam quaſi poſſeſſionem eſſe, nihil eſt, quod multa fundamus, frequentiore Doct. turba argumẽto huic reclamante; in quibus Bald. eſt ſui non ſimilis *in d. l. non nudis. in fin. C. de probat.* Anto. de But. *in d. c. tran miſſe qui filii ſint legiti.* Paul. de Caſt. *in d. conſil. 151. vi'o puncto in facto Franciſci. lib. 1. & in conſil. 391. in cauſa que vertitur, in ciuitate Maſſe. colum. fin. lib. 2.* Corn. *in conſil. 1. colum. 10. in fin. verſic. nec ob. quod Ray. lib. 3.* Dec. ſecum pugnans *in d. conſil. 54. & in d. conſil. 153.* Mutatus etiam in ſpecie hac & Iaſ. eſt *in d. conſil. 114 colum. 6. verſ. vel aliter & tertio. lib. 1.* Ibi enim caſtrum Rtaoli petebatur, vt ea ſpecie propoſita liquet. atque ſatis quaſi poſſeſſionem eſſe ſcribit, quæ à tractato oritur. Eiuſdem opinionis Pariſ. eſt ſibi etiam contrarios *in conſ. 10. numer. 69.* expreſſius *nu. 109. & ſeq. lib. 2.* Rubens Alex. *in conſ. 16 numer. 16. & ſeq.* in qua enim ſpecie Rubeus conſuluit, hæreditatem agnati vendicabant. Plane fidem agnationis fieri ea quaſi poſſeſſione ait: vnde probandi onus in aduerſarium tranſit. Cum eadem opinione Calcan. facit *in conſil. 8 col. 1. & in conſ. ſeq. col. 1. in fi.* Et obſeruandum, pronunciatam ſententiam ſecundum reſponſa illa Calcan. fuiſſe, eiſdemq; à doctoribus Italicis ſubſcriptum, ita vt in parte extrema *d. conſ.* 8. ſignificatum eſt. Eandem opi. amplecti & Alex. videtur *in d. conſil. 51. num. 4. in fin. lib. 1.* cum in poſſeſſorio probationem ſtatue ex tractatu facilius ſeu magis admittit; idem igitur & in petitorio ſentit, nam ita comparatim animaduerſa, quæ poſteriorum ſuum continet *l. vbi autem non apparet §. 1. ff. de verb. obli. c. cum dilecti. de ele. & c. ca. ſolita ver. præterea. de maior. & obe. c. inſi. de renunciat.* Gemma *in conſil. 6.* Deci. *in conſil. 184. num. 6.* Atque in vniuerſum ſententia hac paſſim Doct. vtuntur, quibus placet, eum effectum eamq; poteſtatem quaſi huic poſſeſſioni eſſe, vt probandi onus in aduerſarium transferat: in petitorio quippe ſeu deciſoriis Doct. loquuntur; ſiquidem eos intueri graue non ſit.

Decimum ſeptimum argumentum, à proprietate matrimonium non probari per Bellaum & Margaritam humilioris vitæ homines. & qui in cruce ita dixit cum ob ſordes, tum ob variationes eorum in cauſa tam grauiſſima ſunt, in qua probationes requiruntur, quales iudicium criminale deſiderat, facile & leui negotio ſubuertitur. Et principio, quod ad probationes tam exactiſſimas attinet, reſponſum ſatis in ſuperioribus eſt, id eſt, in reſponſione ad primum argumentum accommodata, *verſic. 2. reſpondetur, matrimonii fac probationem neceſſariam, præſtitam eam eſſe, &c.* locum id ita habere, ſi matrimonii alterius diſpendium verſatur. Quod ad variationes Margaritæ attinet, poſterioribus teſtificationibus ſtandum, quas ratas inter tortores funi applicata habuit.

98 Reſpondetur locum argumento non videri, † vbicunque periurium teſtis cruciatus ſubit, ſimiliter vt hic, vbi iurata teſtis iſta teſtimonia priora reuocauit. Ita Dec. reſpondet *in conſ. 189. colum. 6. verſic. nec obſtat, quod infamia* cur ſubſcriptum à nobis eſt *in conſ. 6. num. 16. & num. 48.* Idem Rum. probat *in conſil. 146. colum. 1. poſt med. lib. 5.* Eandem ſententiam amplecti & Doct. plures Tridentinos legi in reſponſis pro D. Oderico Coſteda Iuriſconſulto editis.

Secundo reſpondetur, priori teſtimonio credendum extra tormenta lato; ſiquidem veriſimilius id eſt: author Socin. *in conſil. 253. colum. 1. poſt med. lib. 2.* Dec. *in conſil. 175 colum. pen. verſic. 3. reſpondetur præſ. & in d. conſil. 189. col. 5. in fi. verſic. non obſtat ſecundum dictum.* & apud nos *in d. conſil. 6. num. 49.* Cum qua ſententia Veron. quoque facit *in conſil. 60. colum. pen. poſt med. verſ. alio modo. & in fin. col. verſic. & ſi iudici videbitur.* vbi potentius teſtimonium extra torturam putat, ſi vitium iudicii ita ſit, ex cauſa aliqua rationali, vt verius illud aptiuſque negotio exiſtimet; quia naturæ rei veritatique magis conueniat. Cæterum veriſimilius prius teſtimonium mulieris huius ex multis oſtenditur. Principio ex natura rei & perſonæ D. Catharinæ, matronæ integri nominis, à maioribus nobiliſſimis oriundæ, quam credibile non eſt probri tam turpiſſimi ſecuram fuiſſe, vt domeſticis omnibus conſciis hominem admitteret vigenti ætate. Rurſus credibile non eſt, propinquos, agnatos & cognatos turpitudinem tantã neglectui habituros, arg. *l. iſti quidem. in fin. ff. quod metus cauſa. l. vxſta, cum gl. 1. ff. de manu. vindict.* Inde † crudelis æſtimatur famæ ſuæ ne- 99
gligens. *c. nolo. 12. q. 1.* Oldra. *in conſil. 93. col. 2. circa med.* Et illud poetæ; *celari vult ſua furta Venus.* alienus ab his text. non eſt *in l. ſed & ſi vnum. §. filiofamilias. ff. de vſur.* veriſimile non eſſe iniuriam inultam à quoquam relinqui. Vnde ſicut veriſimile non eſt, ſine matrimonii titulo rem ita actam; ita falſi ſuſpicione teſtimonium hoc poſterius vacare Margaritæ non poteſt, quod à re veriſimili abhorret. Abb. *in cap. quia veriſimile. in fin. per illum text. de præſumptio.* Imola *in conſil. 134. in fin.* Alex *in conſil. 99. in fin. lib. 3.* Dec. *in cap. licet cauſam. colum. 7. in vndecimo nota. de probat.* & in locis aliis pluribus Doct. Ange. huc dictum quadrat *in l. 3. & in l. milites. C. de queſt.* ex teſtibus duobus, contra quos opponendi ius non eſt, Iudicium tamen ad quæſtionem non fieri, ſi veri diſſimilia teſtimonia eorum ſunt. quod dictum Ioan. Iaſon. à Leonardis probat inter Socin. iunioris reſponſa, *in conſil. 39. numer. 57. lib. 2.* Rurſus, quis credat, paſſuros domeſticos, ab alia quoque qui domum frequentarent vna ſimul cubantes, aut cubitum euntes, matrimonio remoto, videri? Mihi equidem, ſi ſenſu communi non capior, eius rei fidem nemo vnquam fecerit, cum illæſa mulierem exiſtimatione, non fronte fuiſſe meretricia dicant.

Secundo, † ſicut moris non eſt, vt matrona claris natalibus, 100
opinionis intactæ, virum iuuenem ita palam recipiat, cum eo cubet, corporis ſui copiam, matrimonio non interueniente, faciat; ita veriſimile teſtimonium poſterius mulieris illius non creditur *l. fideicommiſſa §. ſi ſeruo. ibique Bald. ff. de legat. 3.* Alex. *in conſil. 27. circa fin. lib. 2. & in conſil. 75. colum. pen. lib. 5.* Ego quidem mulierem bene audientem nunquam accepi, quæ matrimonio detracto, huiuſmodi vitam duceret. Id quidem in primis, quod noua conſuetudo ſeu conuerſatio hæc eſſet. Quo etiam vbi interdum accidere exempli huius vita poſſet; nihilo magis veriſimile creditur, neque ad id trahi præſumptionem oportet, quod raro fit, Bald. *in l. mater. numer. 11. verſic. in dubio vero præſumo. C. de rei vendic.* arg. glo. *in l. neque natales. Cod. de probatio.*

Tertio † veriſimilius in teſte dicitur, quod iuri communi 102
conuenit. Inno & alii in *c. auditis. de præſcrip.* Aret. *in conſil. 44. in fi. verſic. ſing. 358 ſtatur magis teſtibus.* Dec. *in d. c. licet cauſam colum. 7. poſt med. verſic. ſecundo qualitas dictorum attenditur. de probat.* Atqui iuri communi aptiora ſunt teſtimonia priora, quod matrimonium præſumit potius, quam ſtuprum. *d. l. in libera. ff. de ritu nup.* & fuſius ſcriptum in ſuperioribus eſt. Cum qua ſententia text. facit *in d. l. merito. ff. pro ſocio.* Bald. huc accedit *in l. qui accuſare. in fin. C. de eden.* probationem potiorem eius haberi, cuius intentio iuri magis cõſentanea eſt. Sequitur Veronenſ. *in d. conſ. 60. col. 3.* Curt. min. *in conſ. 150. colum. 5. in fi.* Deum immortalem! an non amica rationi magis D. Catharinæ intentio eſt, vt pro viro legitimo, non pro ſtupratore hominem admitteret?

Quarto, veriſimilius Margaritæ teſtimonium ſine tortura dictum ex his etiam redditur, quæ ſcripta ante de eo habemus, cum probatum matrimonium a proprietate etiam oſtendimus, *verſ. cæterum, non modo à quaſi poſſeſſione rei expectatio adiuuatur, &c.* quæ reſtricanda hic non cenſui; onuſtum quippe mole ſua ſatis reſponſum iam eſt.

Quinto, argumentatione indigere ſpecies hæc non videtur, veriſimiliora Margaritæ teſtimonia eſſe extra corporis ſupplicium

plicium dicta, vtpote quæ coniugum confeſſionibus conſentiunt, de quibus commemoratio facta ſatis in ſuperioribus eſt; vtq. adeo, vt ſi teſtimonium dictum à Margarita, niſi vnicum, non eſſet, confeſſionibus aliis contrarium, fidem huiuſmodi teſtimonium non haberet; argument. eius, quod diximus,
102 ad † concordiam teſtes nunquam redigi, vbicunque à confeſſione ſeu dicto producentis diſcrepant. Inno. *in cap. cum contingat num. 1 de offic. deleg.* Alexand. *in conſil. 99. num. 9. lib. 5.* Socin. *in conſil. 94. colum. fin. lib. 1. & in conſil. 44. colum. pen. poſt medium lib. 4.* Deci. *in l. a § creditorum num. 8. vbique laſ. colum. 2. in fin. ff. ſi certum petat.* Non modo autem confeſſiones coniugum teſtimonio repugnant inter tormenta dicto, ſed & tractatus tam multi vberius ante enarrati, vt reclamare omnia teſtimonio huic videantur.

Fidem etiam teſtimonii huius Bellanæ dictum deterit, quod variatum per fidiculas & corporis dolores non eſt: cuius fides eo maior, quo ſexus virilis fœmineo præſtat. Bald. *in l. fin. ff. de fide inſtrum.* Abb. *in c. forus. in pen. not. de verb. ſignif.* Cocler. *ſing. 336. duo teſtes maſculi.*

103 Sexto, † audaciæ vertendum non credam, ſi declaratione aut limitatione noua non ſine ratione vtar, id eſt, locum argumento non eſſe, vt potius teſtimonium habeatur, quod latum in tormentis ſit, quotiens teſtimonium prius nullo cruciante dictum, cauſæ fauorabili gratioſius eſt. Idque ex eo iuuatur, quod in ſpecie ipſa matrimonii & cauſæ alterius fauorabilis dicitur, in re dubia teſtibus probationibuſq; actoris ſtandum, qui pro cauſa fauorabili certat, vt Dec. tradit *in c. ex literis, colum. 9. verſ. præ lecta concluſio. de probatio. in l. fauorabiliores num. 2. in fin. ff. de reg. iuris.* & in matrimonio dictum etiam ante eſt. Ius idē ſeruandum in filiatione legitima oſtendenda, vt teſtes actoris præferantur, qui legitimum eſſe filium aſſerunt, Alex. *in d. conſil. 74. num. 5. lib. 2.* Ruin. *in d. conſil. 51. colum. 1. poſt prin. verſic. & ex præm. ſin. lib. 5.*

Qua ratione igitur probatio actoris potior rei probatione in dubio habetur, ob fauorem cauſæ matrimonii aut alterius, ita potius habendum teſtimonium erit, quod dictum extra tormenta in gratiam matrimonii eſt. *l. ſi ad. ff. ad leg. Aquil.* Validior inſpectio hæc ſit, cum fortiores in dubio rei probationes habeantur, & abſoluatur, etiam ſi meliores aliquanto actoris probationes appareant, vt poſt Abb. Deci ſcribit *in d. c. ex literis, num. 5. in d. l. fauorabiliores, in princ. in conſil. 9. ante fin. verſic. vltimo non obſtat: illud.* & in locis aliis pluribus. Quid dicendum hic erit, vbi fauor duplex incurrit, & rei, vt abſoluatur, & cauſæ, id eſt, matrimonii, quod fauorabile in re dubio iudicari demonſtratum ſuperius habemus.

Septimo reſpondetur, locum argumento non videri, vbicunque cum parte diuerſa locutus teſtis poſtea eſt, quam teſtimonium prius tulit: tum enim ſubornatio in teſtimonio poſteriore præſumitur ſub cruciatum dato, ſi fidei quicquam Ang. habendum *in l. de tormentis. Cod. de quæſt.* Et quamquam dictum hoc Veronenſis vellicat *in conſil. 60 in ſ. crimin.* ex Guidone etiam Papæ iuuatur *q. 546. & q. 595.* poſt teſtimonia patefacta & cognita teſtimonium ferri primum contrarium, ſubornationem in poſteriore præſumi. Quid dicendum habemus, vbi vltra publicationem & notitiam teſtimoniorum, cum parte etiam diuerſa confabulatio interuenit? Quid item dicendum, cum aliæ & ipſæ vehementes de ſubornatione coniecturæ accedunt, quas ex proceſſu, & actis, aliiſque in facto propoſitis licet colligere?

Octauo, extra controuerſiam poſita res videtur, teſtimonio inter tormenta parte non citata reddito. Abb. *in conſi. 16. num. 4. & ſeq. lib. 2.* Ruin *in conſil. 15. nu. 21. lib. 5.* & quæ Dec. ſcribit *in d. c. licet cauſam, nu. 4. de probatio.*

104 Non obſtat, † ſordidos, humiles egenoſque teſtes hos eſſe, nam quod ad pauperiem attinet, teſtimonium ex ea non euerti in cauſa matrimoniali Alex. ſcribit *in conſil. 149. num. 7. 6 libr. 5.* Aretin. *in conſi. 12. n. 6 verſ. præterea & hoc expedit.* Dec. *in conſ. 164. col. 4.* Iaſ. *in l. ſi fideiuſſ. col. 1. ff. qui ſat. cog. & in auth. præterea col. 12. poſt med. C. vnde vir & vxor.* Socin. iun. *in conſil. 189. num. 3. in fin. lib. 2.* Circa vtilitatem referre puto, verum ex vita illaudata moribuſque corruptis deſcendit, an ex paupertate, cui coniuncta non eſſe vtilitas non poteſt, iuxta illud, *Sordeſcimus ob paupertatem l. quiſquis. Col. ad legem Iul. maieſtat.* Quod locum & in eccleſia habet, quæ ob paupertatem etiam vileſcit. *Clemen. in plerique. de electio.* paupertate enim deprimimur, *c. ſi quis teſtium. de teſtib.* Permittitur-

que à paupertate honeſtas. *l. priuatu. C. de ſi ſpect. inter §. hoc quoque, Inſtit. per quas perſon. nob. acq. §. ſancimus. in auth. de teſtib.* Vnde ſi vilitatem ex artificio illiberali aut vili manere, quod exercere pauper cogitur, nunquam pauperis teſtimonium non excluderetur: ſin ex vita turpi flagitioſaque ſordes, & vilitatem colligimus, fidem vilitatis huius factam non audio.

Secundo reſpondetur, teſtes hos non idoneos eſſe, ſic; fidē tamen habendam putem; cum veriſimilia teſtimonia eorum eſſe cumulate demonſtratum in ſuperioribus ſit. Poteſtas plane † veriſimilitudini ea eſt, vt idoneum teſtem faciat alioquin ineptum. Ang. *in conſi. 367 col. fi. verſ. & ſecundum ea, quæ vidi* & apud nos *in conſil. 75 num. 24.* 105

Tertio, ſpernitte teſtes huiuſmodi in his non ſolent, quæ difficilis probationis ſunt. Bart. & alii *in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide cath.* vbi infames de facto admitti ſcribitur, not. Alex. *in conſ. 64 lib. 2.* Dec. *in conſi. 342. nu. 8.* Soc. iun. *in conſ. 61. n. 17. lib. 2.* Atq; in matrimonio clandeſtino ita Bero. ſcribit *in d. conſ. 40. nu. 97 & pluribus ſeq.* Idq; confirmatum in ſuperioribus habemus; ibiq; oſtendimus in prole legitima iudicanda locum ini huic omni ionfore; ſiquidem culpæ quicquam aſſignari ei non poteſt, quæ memoreni clanculum factæ nuptiæ ſunt.

Quarto reſpondetur, teſtium horum vitia, ſi quæ ſunt, ex præſumptionib. purgari, quæ cum matrimonio plurimæ faciunt, ſimiliter vt in teſtib. ſingularibus demonſtratum in ſuperioribus habemus, ex præſumptionibus aliis ſingularitatis vitium emendari. Idq; in expedito eſſe puto, ex teſtimonio D. Ludouici Botti, quod vnicum ad ſemiprobationē valere docuimus. Et ſicut † exceptione maior omni eſt; ita teſtium aliorum vitia omnia penitus abolet, vt ſcriptum apud nos eſt *in d. conſ. 6. nu. 125. & in conſ. 99. nu. 10.* Alberi. huc dictum quadrat *in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib.* quod ex paupertate inimicitiaq; teſtis vitium exiſtit, à famæ adminiculo tolli. cui dicto Calcane. ſubſcribit *in conſ. 11. col. 2. circa med.* Atqui grauius non paulo inimicitiæ vitium in teſte eſt atq; vilitatis: ſiquidem nec in criminib. exceptis inimici teſtimonium admitti debet. *ca. accuſatus. §. licet. de hæret. lib. 6. no. in c. licet Heli & in c. per tuas de ſimonia.* Dec. *in conſ. 179. col. 2. in fin. verſ. & quia videmus, quod licet.* Rurſus ſi à fama vitium hoc inimicitiæ luitur; quātō magis à teſte vno integerrimo purgatio hæc fiet? Debilior quippe † probatio eſt, quam fama parit, atq; illa, quæ à teſte vno producitur. Vincen. & Abb. *in c. 2. de clande. deſponſat.* Soc. *in conſ. 170 col. 2. lib. 2.* Rui. *in conſ. 68. col. 5. in fin. libr. 2.* 106 107

Non denique obſtat, † quod de variationibus Bellanæ dicitur: namq; ſicut ad negociū principale non pertinent; ita magni eas fieri non oportet. Gl. *in l. ob carmen. § ſi teſtes ff. de teſtib.* Bar. *in l. eos. nu. 5. ff. de falſis.* Bal. *in l. pen. in fi. C. de tranſact. in l. teſtium nu. 11. C. de teſtib.* Dec. *in d. c. licet cauſam nu. 12. de probat. & in conſ. 341 nu. 6.* Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam col. 4. ff. ſi certū petatur.* Soc. iun. *in conſ. 31. n. 31. li. 2.* 108

Neq; mutat † variatum à Bellana circa ætatem, quæ ad vires teſtimonii ſui pertineret, quam ad memoriam perpetuam examinare, niſi per ætatem pleniorem non licebat. Namq; vt responſiones alias non repetam, quas erudite accommodatas à cauſæ patrono legi, ea Cuma. nominatim obiectio hæc diluitur *in conſ. 92. col. 2. in fi. verſ. cæterum, & ſi teſtis.* vbi ſi maioris ætatis in teſtimonio poſteriori ſe eſſe ait, quam, dictum ab eo in priore ſit, varios aut contrarius non dicitur; quia cum de ætate minori in priore teſtimonio loquitur, maiorem excludere non intelligitur, per *l. cum fructib. ig. Bart. ff. de in litem iuran.* Alex. huc ſpectat *in conſ. 64 nu. 7 lib. 2.* Taxatiuam in teſtimoniis non ſubaudiri. Ea ratione ſi 20. eſſe prædictum dicit, conſequens non ſit, dignum id quindecim non eſſe, & è contrario. Papiæ 26. Octobris 1518. Secundum reſponſum hoc ſententiam apud Rotam Romæ dictam accepi. 109

Aymo Crauetta à Sauiliano, I. V. Doctor, primum Iuris Ciuilis interpretum gradum, hora veſperi. na Papia obtinens, Iudicio grauiori ſaluo.

Pro Illuſtribus Comitibus Philoſtrato & Alphonſo à Seſſo, Fratribus, contra Magnificam Dominam Paulam Fontanellam.

S V M M A R I A.

1 *Fidei poſitio in conditione an intelligantur vocati & grauati præſertim vbi qualitatis maſculinæ ratio habetur, & ſi ex maſculis ſœminæ excludantur.*

Digitized by Google

... quid ſi ad plures ſubſtitutionum gradus diſpoſitio teſtatoris fuerit, & num. 3. & ſeq. pluribus, ut per totum conſ. ubi ex coniecturis quando vel locum vocationem inducit Author deſendit, illasque enumerat.

3 Diſpoſitio generalis reſtringitur, ut quo reſpectu prolata verba ſunt, ita intelligantur.

4 Coniectura etiam levis vocationem inducit, ubi filij poſiti ſunt in conditione.

5 Conditio ſi ſit ſimpliciter extra expreſſionem aliam ea ſubſtitutionis ſub audiatur. declaratur nu. 40. ut locum in tranſverſalibus habeat.

Expreſſio eius que tacite inſit, ne inutilis fiat, plerum aliquid operari debet. ibid. verſ. expreſſio enim igitur.

Officium verborum permittitur ut inutilia aliquo non remaneant. ibid. verſ. ... accedit.

Conditionalia verba diſpoſitionem interdum inducunt. ibid. verſ. verba igitur conditionalia.

6 Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ubi maſculinitatis qualitas exprimitur, veluti, Si ſine filiis maſculis deceſſerit, talem ſubſtituo. & n. 12. in fi. ubi ad contrariam reſp. praeſertim ſi per ſtatutum à maſculis foemina non excludantur. nu. 7. vel ſi ulterius teſtator progrediatur filios excludendo propter maſculos, num. 8. vel maſculis deficientibus foeminae vocentur. num 9. idem erit ſi prohibita Trebellianica omnibus fuerit ad quos perventura haereditas erat, quia tunc vocati maſculi dicuntur n. 10.

10 Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ubi alias abſurdum ſequeretur, quod melior conditio tranſverſalium, quam deſcendentium eſſet. & conſervari bona inter agnatos tranſverſales, eoſq. vocare potius quam deſcendentes voluiſſet. verſ. quanto ſi vocatos.

Fideicommiſſum ex cauſa agnationis expreſſe inducitur. ibid. verſ. Huc pertinent.

11 Filij poſiti in conditione, vocati iudicantur, ſi ad gradus ſubſtitutionum plures teſtator fuerit degreſſus, & num. 14. verſ. Non obſtat, ubi ad contraria reſp.

12 Fideicommiſſum ex verbis inducitur, quae eo remoto inutilia eſſent.

Eſſ. ... Sine eſſectu verbum nullum, nec ſyllabam quidem eſſe oportet. ibid. verſ. Iam ſi verbum.

13 Quaeſtio illa potior habenda, in qua frequentius Doct. varius invenitur.

Opinio Doctoris non diſputantis parum facienda. ibid. ver. caeterum poſt Alex.

14 Filij poſiti in conditione pluribus accedentibus coniecturis ſine dubio vocati cenſentur.

Singula quae non ſufficiunt, ſimul iuncta diſpoſitionem perficiunt. ibid.

Alexand. conſ. 74. communiter recepto ibid. verſ. Non ob. praeſertim ſi coniecturae aliae concurrant, in. num verſ. tertio reſp.

Proximioris conditio deterior, quam remotioris eſſe non debet, quoniam commento improbatur, per quam proximiori remotior praefertur. ibid. verſ. non obſtat, ad eum caſum.

15 Subſtitutio alicui facta, Si ſine liberis deceſſerit: deficit decedente gravato liberis relictis, nec reviviſcit ſi poſtea liberi, ſine liberis deceſſerint. & ver. Praeterea itaque ratione & paulo poſt in verſ. Neque moveat de eo. Quaeritur, an procedat, ubi filij maſculi ſunt poſiti in conditione, quaſi ratio agnationis habita videatur, omnino num. 21. 28. verſ. Argumentatio hui.

Filij poſiti in conditione quibus caſibus vocati dicantur, an tantum in ſi intelligantur, ſi abſque liberis deceſſerint. num. 15. & pluribus ſeq. proſertim ubi agnationis ratione à teſtatore habitam fuiſſe conſtat, omnino num. 22. & 23. verſic. Atque in ſpecie. & num. 26. verſ. Argumentatio hui.

Agnationis ratio ubi habeatur, an ſi in poſitis in conditione, qui bus caſibus vocati dicuntur, gravati patrior intelligantur. nu. 25 & ſeq. pluribus.

16 Alex. Deciſio in ... lib. 6. ex ... num. 28. verſ. non obſtat ſecundum argumentum. & pluribus ſeq. ubi reprobatur.

17 Extenſio fideicommiſſi de perſona ad perſonam etiam ex veriſimili diſponentis mente non permittitur. omnino nu. 34. & ſeq. ubi declaratur. & nu. 35. ver. Quarto reſpondetur. Reprobatur.

18 Relatio Verba illa, Modo & forma quibus ſupra, de ſuperiore omnia referenda.

Conditio formam facit. ibid. verſ. qua conditio

19 Voluntas teſtatoris illa fuiſſe praeſumitur, ut ſi gravati in filiis remotiorum cauſa fuit, multo magis gravatus in deſcendentium gratiam dicatur.

Ratio naturalis ſola ad dubia explicanda ſufficit, ac pro lege & aequitate ſcripta habetur, veluti certa & indubitata, neque ratio ulla maior aut certior quam naturalis per ordinem neceſſario reperitur, & in ratione naturali vim ſuam lex pendet, cum in natura ipſa lex ſe ſpeculetur. Ob id interpretationum omnium optima ratio naturalis habetur ibid. verſ. Et quidem voluntatis huius praeſumpta.

Voluntas teſtatoris obſervanda, neque ab ea recedendum, quod pluribus exornatur. ibid. verſ. Haec in praemortato.

20 Deſcendentes tranſverſalibus teſtatori chariores fuiſſe non ambigitur.

Deſcendentium conditio deli... magis deterior, quam tranſverſalium eſſe non debet. ibid. ver. Ita deterior deſcendentium.

Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis fit, quoties melior alioquin conditio minus dilecti foret. ibid. ver. Inde etiam dicimus.

Deſcendentibus extraneum praeferri abſurdum ibid. ver. Quid autem dico. ubi pluribus exornatur.

Offenſio verborum permittitur, ne deſcendentibus extranei praeferantur, & in contrarium deſinuli... abſolvitur, ibid. verſ. ſed & offenſionem.

21 Gravati liberi in conditione, eſſe cenſentur, quoties de bonis contenditur, quae ad alienos tranſire noluerant, vel teſtatoris voluntas apparet ne extranei admittantur. & num ſeq. vel ſi vocati ſint, num 25. verſ. atq. in ſpecie Oldr. conſ 21. Declaratur, ne ei locus ſit, ubi cunque in gradu noviſſimo ſubſtitutionis agnati vocantur, vel cum prohibitio alienandi facta legitur. nu. 22. ver. cum ſententia hac & nu. pluribus ſeq. declarationes alia ſive limitationes ad dictum Oldr. conſ ſubiiciuntur, quando maſculis interdicentibus deſſit cotio ne foemina excluduntur. Vide Reſponſiones ad conſ. Oldr. num. 28. verſ. Argumentatio hui.

22 Fideicommiſſum agnationis favore inducitur, ubicunque cauſa expreſſa agnationis legitur, quod procedit in verbis etiam cum claraius ... cauſa expreſſis.

Extenſio facilius permittitur, quam novi quid omnino induratur. Ex quo ad ſubſtitutionem refertur, ut facilius extendatur, quam nova inducatur. ibid. verſ. ſi fideicommiſſum unum.

Subſtitutio facilius extenditur, quam nova inducatur. ibid. verſ. ſi fideicommiſſum.

23 Ratio generis diſpoſitionem ſpecialem ampliat, & ad caſus omnes trahitur, in quibus ratio ipſa generalis movet. Quod & in materia inoebatante, odioſa, correctoria, & poenali obſervatur, eodem num. verſ. Indeq. locum & in materia.

24 Fideicommiſſum reale cenſetur, quemadmodum & prohibitionem alienandi realem, reale autem dici cum ſub conditione mortis haeredis alius ve ſimpliciter quis ſubſtituitur cadente enim conditione, vendicari bona à poſſeſſore quovis etiam non gravato poſſunt. Ex ratione et adiectae etiam dicatur, veluti ſi agnationis conſervandae cauſa ſubſtitutio fiat. Quo caſu ad perſonas certas licet reſtrictum videatur fideicommiſſum, ad alias tamen trahitur, in quibus ratio agnationis verſatur. Declaratur infra, verſ. Non ita paſſim.

Prohibitio alienandi perſonis quibuſdam facta, ad alias propter rationem agnationis expreſſam trahitur, veluti ſi prohibitum fuerit filius alienare, quia ad poſteritatem bona pervenire, vel in familia bona obſervare caſtaeſt voluerit, tunc enim ad deſcendentes alios prohibitio extenditur. ibid. verſ. ſecundo reale fideicommiſſum. Declaratur paulo infra ver. Non ita paſſim.

25 Filiorum appellatio ad deſcendentes pertinet, quoties ſub conditione ponuntur, Si ſine filiis deceſſerit, nec aliud referat, verbi expreſſum ſit, Si ſine filiis, an, Si ſine deſcendentibus.

Fideicommiſſum ex antecedentis neceſſario induci non dubitatur, ibid. verſ. ex antecedentis plane. Similiter & coniectura neceſſaria fideicommiſſum inducitur, quoniam & ex probabili, eodem num. verſ. ex coniectura etiam neceſſaria.

26 Exceptio ut legitima ſit, debet ſub praecedentibus includi, ut conſtet factam exceptionem eiuſdem non diverſi generis eſſe.

Alienationis appellatione tranſactio non continentur. ibid. verſ. Ideoq. modum argumentandi.

Dictio, Aliquis, univerſalis eſt ib. verſ. ex prohibitione etiam Trebellianica.

27 Expreſſum. Pro expreſſo illud habendum, de quo ſi interrogatus teſtator fuiſſet, veriſimiliter idem reſpondiſſet, Quae regula tam ad matrimonium conveniat, tum ad ſubſtitutiones ampliandas pertinet, eod. num. ver. Quae regula.

28 Probationes leviores ſatis recipitur, quae veriſimilia ſponte ſua ſunt.

Veriſimilia. In his, quae veriſimilia ſunt, leviores probationes ſufficiunt. ibid.

Decius in ... in conſ. 27. ... attenda propter contrarietatem ibid. verſ Nam & quod ad Decium attinet.

29 Filiorum appellatione large nepotes continent. Et ex mente praeſumpta id fieri, eodem num. verſ. Atq. in ſpecie.

30 Extenſio fiat, ubicunq. expreſſa ratio invenitur, ſiquidem ſub diſpoſitione ipſa includi caſus dicatur, hinc fit, ut permiſſa extenſio in materia etiam poenali ſit, ob rationem expreſſam. ibi verſ. Inde fit, ut permiſſa extenſio. ubi ampliatur & in tacita ratione, quae pro expreſſa habetur, ubicunq. una tantum ratio reddi poteſt.

Extenſio etiam in poenalibus permittitur ob rationem expreſſam vel tacitam, quae pro expreſſa habetur, ſi una tantum ratio reddi poſſit. ibid. verſ. Inde fit, ut permiſſa extenſio.

Ratio pro expreſſa habetur, ubi una tantum reddi poteſt. ib. verſ. Non ſolum autem in ratione expreſſa.

31 Voluntas teſtatoris obſervanda, ubi de ea conſtat, etiamſi verba repugnent. verſ. Et in caſu iſto.

Voluntas teſtatoris, quae ex diſpoſitione & verbis eius per coniecturas recipitur potentior, quam quae ex veriſimili à lege interpretatur. Primo, quo tacita & probata dicitur, prodeſt ad excluſionem matris à legitima ius ſubſtitutione pupillari, diverſum eſt in voluntate à lege interpretata. ibid.

32 Ruini autoritas in conſ. 153. parum attenda.

33 Pars una teſtamenti ab alia declaratur.

34 Extenſio de perſona ad perſonam fit ea ratione expreſſa, ac tacita, quae pro expreſſa habetur

Agnationis ratio ſola conſideratur, quoties maſculorum fit mentio. ibid. verſ. Quibus in locis

35 Extenſio de perſona ad perſonam permittitur, quoties abſurdum alias ſequeretur, ut melior extraneorum remotiorum conditio, quam proximiorum eſſet. ubi id ſi à maſculis filia excluditur, & ipſius excluſa intelligitur.

36 Autor ſeipſum declarat ... ub num. 13. conſ. 18.

Taxativa ex verba illa non inducitur, Tunc & eo caſu, quoniam in ex coniecturata mente teſtatoris ad caſus ſimiles extenſio fiat. ibid. verſ. Quartum denique & ultimum arg.

Extenſio ex verbis illis Tunc & eo caſu, nõ impeditur ex verſ. mala teſtatoris mente, ... verſ quartum denique.

Tunc & eo caſu, &c. verba iſta, Tunc & eo caſu, extenſionem non impediunt, niſi dictio taxativa adiecta fuerit, Tantum, vel, Solummodo, aut, Duntaxat, cum declarativa illa ſint, non taxativa. ib. ver. extenſionem per verba iſta.

37 Relatio ubi ad praecedentia fit, cum qualitatibus ſuis omnib. illa fieri debet.

Relatio ad ea fieri, non debet, ex quib. correctio voluntatis ſequeretur. ibid. verſ. tertio reſpondetur.

38 Relatio ad praecedentia omnia non fit, ubicunq. ex tali relatione voluntas diſponentis laederetur. Ad ea enim relatio non fit, in quibus mens ceſſat.

Relatio

Digitized by Google

Relatio ad præcedentia omnia non ſit, quoties ea facta, abſurdum ſequeretur. ibid. verſ. quinto ad præcedentia.

40 *Relatio ad præcedentia omnia non ſit, quoties effectus vnius cauſa introducta effectum contrarium operarentur.*

Relatio ad præcedentia omnia non ſit, vbicunque ratio diuerſitatis mouet, cur fieri ad omnia non debeat. ibid. verſ. ſeptimo ad præcedentia omnia.

40. *L. cum auus & l. cum acutiſſimi non procedunt in tranſuerſalibus.*

ARGVMENTVM.

Reſponſum hoc inſertum legitur inter Conſilia Franciſci Marzatij nouiſſime edita, ſub numer. 5. ſuorum Conſiliorum; quem in eadem facti ſpecie poſtea de iure reſpondiſſe ex conſilio eius quarto facile dignoſcitur: & hoc reſponſo ſubtilis illa quæſtio explicatur, quando filij poſiti in conditione intelligantur vocati & grauati, præſertim, vbi qualitatis maſculinæ ratio habetur, & propter maſculos fœminæ excluduntur. Vbi etiam plura circa filios poſitos in conditione, circa fideicommiſſa, extenſionem faciendam, & relationem fiendam perpenduntur & diſcutiuntur.

CONSILIVM DCCCCXCII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. De anno 1518. & die 7. Menſis Iulij Comes Franciſcus à Seſſio ſancti ſepulcri eques teſtamentum ſuum Rolis fecit, in quo Comitem Gaſparem filium hæredem ex aſſe fecit. Eidem plane ſine filiis maſculis iuſtiſque decedenti, Theſeum ipſius teſtatoris fratrem iure vulgariter, pupillariter, atq; per fideicommiſſum ſubſtituit, vt hæreditate ipſa frui in vita poſſet, vendendi, alienandi, diuidendique poteſtate adempta: id; quia ſubſtitutionis conditione cedente, id eſt, Gaſpare filio ſine maſculis decedente, indiuiſam ſemper hæreditatem manere voluit, dotibus tamen filiarum legatiſq;, & alieno etiam Gaſparis ære ex fructibus hæreditatis perſolutis. Trebellianicæ alicuius detractionẽ ab eo fieri prohibuit, quicunque ad hæreditatem eius perueniret: atque vbi detrahi de iure deberet, fructus in eum compenſari iuſſit. Theſeo mortuo Guidonem ſubſtituit, alterum ipſius teſtatoris fratrem; quod ſi mortuus & Guido ipſe eſſet, cum mortem Gaſpar obiret, poteſtatem teſtandi Gaſpari ipſi fecit, ita vt hæredem inſtituere poſſit & debeat ex filiis vnum, quem voluerit, Theſei & Guidonis. qui hæres ordinem ſupra infraque ſcriptum ſequi, hæreditatemque relinquere debeat vni ex conſanguineis ſuis, videlicet ſi hæres ipſe electus à Gaſpare ex filiis Theſei erit, vni eam relinquere ex filiis Guidonis debeat; ex diuerſo, ſi filium Guidonis hæredem Gaſpar elegerit, hæreditatem is ex filiis vni relinquere Theſei debeat, cui libitum fuerit. Sin autem inteſtato Gaſpar nulliſque maſculis relictis, Theſeoque & Guidone præmortuis, vitam finiret, tunc & eo caſu eidem filio vnum ex Theſeo & Guidone ipſo ſubſtituit, qui natu maior tunc eſſet, qui ordini ipſi iam ſupra quam infraſcripto parere teneatur: Gaſparis filiabus ad aureos bis mille in ſingulas ex fructibus hæreditatis dotatis, vltra quam ſummam præſtari quicquam dotis nomine vetuit. Quæ ſubſtitutiones de liberis fratrum adiectæ ad eum in omnem caſum pertinent, quo ante iam mortui Theſeus & Guido, quam Gaſpar filius eſſent. Cæterum ſi ſuperſtes Gaſpari Theſeus foret, qui ad hæreditatem ex ſubſtitutione loco priore facta veniret, eam is Guidoni fratri, aut eo prærepto, ex liberis eius vni maſculis relinquere debeat, quem eligendum putauerit, qui ita electus, eam poſtmodum vni relinquere ex filiis aut linea maſculina Theſei debet.

Inteſtatis plane his defunctis, à quibus fieri electio debet, vel contra ordinem à teſtatore ipſo præſcriptum facientibus, hæreditas ipſa iure ipſo ad maiorem natu e filiis maſculis deueniat. Et ſic voluit, vult que dictus teſtator hæreditatẽ eius in linea ſemper maſculina eſſe prædictorum Theſei, & Guidonis; quamdiu durabit, modo & forma quibus ſupra: eoque amplius, ampliari per ſubſtitutos ipſos bona hæreditatis ſtabilia in annos ſingulos ad ducatos centum, ex fructibus redigendos, pœna priuationis negligenti irrogata. Linea plane Theſei, atque Guidonis extincta, ad lineam Caroli & Ludouici de Seſſio ambulare hæreditatem ad modum prænarratum voluit, id eſt, vt potior ſit maioris natu conditio, filiabus Theſei & Guidonis ad aureos bis mille dotatis. Qua linea etiam Caroli & Ludouici deleta in lineam Vgolini, Friguani, ac Bernardini fratrum de Seſſio atque filiorum Palmerij ad modum & ordinem memoratum tranſire bona voluit, filiabus Caroli & Ludouici ad ſummam prænarratam dotatis. Linea item Vgolini, Friguani, ac Bernardini perempta, filiabus extantibus, ad filiam maiorem natu, quæ nupta non erit, aliis vt ſupra matrimonio collocatis, peruenire bona voluit, quæ filia natu maior virum ſibi matrimonio adiungat, qui Seſſiorum cognomen familiamque accipiat, Seſſiumque cognomine ſe dicat. Quod ſi filia vlla ex linea & ſtirpe ſupra ſcriptorum non ſuperſit, facultatem ei teſtator dedit, qui nouiſſimus ſubſtitutorum deceſſerit, hæredem quem voluerit inſtituendi, qui Seſſiorum tamen cognomen tum ferat.

Ad extremum ſubſtituto ipſo nouiſſimo ſine teſtamento & abſque liberis maſculis & fœminis vita functo, monaſterium Dominicanorum obſeruantium ex Regio vocant, vbi teſtatoris maiorumque eius tumulus eſt. Super hæc ſi quiſpiam in familia Seſſiorum eſſet, qui artibus liberalibus aut diſciplinæ operam dare alij vellet, aureos ei nummos quinquaginta annuos, ad annos octo vſque erogari iuſſit. Atque vbi ad dignitatem Doctoream idem perueniret, aureos eum alios quinquaginta in ſumptũ ornamenti ipſius accipere voluit. Eandem pecuniam annuam, atq; in tempus prædictum numerari ei iuſſit, qui ad diſciplinam militarem ſe daret, literarum ſtudia nemine arripiente: cui tamen oneri exemptam lineam eſſe ipſius teſtatoris voluit.

Teſtatore ſublato, viuere etiam Gaſpar filius hæresque deſiit, Comite Franciſco filio ſuperſtite, qui & ipſe fati paſſus vinculum eſt, liberis nullis ſuperſtitibus, Domina Paula Fontanella matre hæredeq; relicta.

Inde iudicium matri illatum à ſubſtituto eſt, litemque ſubſtitutus ipſe apud iudicem priorem amiſit. Sed enim ſententiam meliorem in appellatione meruit, à qua prouocatio interpoſita à matre eſt. In appellatione hac poſteriore dubia iterum propoſita à iudicibus in Ciuitate Ferrariæ ſunt. Conſulebarit, vtra iuſtior ſententia videatur, priorne pro matre dicta, an poſterior ſecundum ſubſtitutum petitorem lata. Summa dubitationis meo eſt, vtrum ad filium Comitis Gaſparis fideicommiſſum porrigatur, quaſi non Gaſpar modo, ſed & Franciſcus filius grauatus cenſeatur, ſi abſq; liberis & filius ipſe decederet. In quæſtione hac duo excutienda imprimis ſunt. Primum, vtrum filij Gaſparis in conditione poſiti, vocati intelligantur, quippe vocatione remota, fruſtra fideicommiſſi extẽſio diſceptatur, ad filiumne Gaſparis pertineat.

Quomodo enim pertinere poterit, ſi Honoratus filius non ſit? *l. hereditas ad Statium & quod ibi Bart. ff. de heredi. inſti. l. Imperator. in prin. ff. de leg. 2. l. cum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideic. lib. l. ab eo. C. de fideicom. l. 1. §. & hac diſponimus C. com. de leg.* Secundum, vocatione filiorum Gaſparis admiſſa, qui poſiti in cõditione ſunt, vtrum grauati & ipſi credantur, ſi abſq; liberis mortem obierit.

Circa primum dicendum videbatur primo iudicio, † vocatos filios non cenſeri in conditione ſolummodo aſcriptos. *gl.* vulgatiſſima *in l. Lucius. 2. ff. de heredi. inſti. & in l. ex facto. §. ex facto. ibique Alex. ff. ad Treb.* Alex. & alij *in l. 1. C. de pactis.* cumulate idem Alex. *in conſil. 185. lib. 2.* Socin. *in l. cum auus. num. 112. verſic. ego ponderaui dict. ad ll. ff. de condi. & demon.* Curti. ſen. *in conſil. 63. numer. 2.* Natta *in conſil. 551. num. 3. & 8. & ſexcenta alia* Neque mutat, ſub qualitate maſculina in conditione filios poſitos; ad vocationem enim inducendam expreſſio maſculorum non valet, ſi fidei quicquam curiæ Delphinati habemus, quæ opinione hac in iudicando vtitur, vt Guido Papæ teſtatur *qu. 600.* cum opin. hac Alex. quoque ſentit *in conſil. 105. num. 4. verſic. ad idem, quia exceptis.* his coniunctis, quæ in primordio conſ. circa facti narrationem dicuntur. *lib. 1. in conſil. 185. lib. 2. in conſil. 14. lib. 3. in conſil. 64. lib. 5. in conſil. 139. numer. 7. verſic. nec obſtat dictu mulieribus. & in conſil. 252. lib. 6.* Capra *in conſil. 2. num. 21. & in conſil. 18. num. 9. verſi. pro quo facit.* Socin. *in conſil. 62. lib. 3.* Corn. *in conſil. 207. colum. 2. verſic. & capiendo primo bona. lib. 2. & in conſil. 1. colum. 7. in ſecundo dubio. lib. 5.* Socin. *in conſil. 62. colum. 2. in fin. lib. 3.* Dec. *in conſil. 291. circa fin.* Ruin. *in conſil. 89. colum. 1. in conſil. 149. column. 1. lib. 2. in conſil. 132. num. 8. lib. 5.* vbi maſculos in conditione poſitos lectio conſil. docet. Expreſſius ſententiam hanc Rui. defendit *in conſ. 181. col. fi. lib. 2. in conſ. 134. num. 5. lib. 3. in conſil. 140. col. 7. in conſil. 141. colum. 2. & 5. lib. 3.* Gozadi. *in conſil. 29. colum. 3. poſt med. & colum. fin.* Paris. *in conſil. 14. num. 20.*

*num.*20 *& ſeq. in conſ.*31.*num.*3.*num.*17.*& ſequen in conſ* 44.*numer.*21. *in conſ.*86.*num.*15.*& num.*30 *in conſ.ſeq.num.*6.7.*& numer.*19. *in conſ.* 88.*num.*8.*&* 9.*lib.*2.*& in conſ.*63.*num.*10.*lib.*3. in quo *conſ.* 63. maſculos poſitos in conditione eſſe *numer.* 4. oſtenditur. opi. hanc Soc. etiam Ion. admittit *in conſ.*112.*num.*31 *verſi. ſed poſito. in conſ.* 118. *num.*15 *& ſeq. lib.*1 *in conſ.*164.*colum.*2.*in conſ.*177.*num.*16.17.*& num.* 55.*lib.*2. Cum qua opi. facere idem Soci. Iun. videtur *in conſ.*108. *numer.* 34.*eodem lib.* 2. Eiuſdem ſententiæ Rimin. quoque eſt *in conſ.*326.*num.*18.*lib.*2. Ripa *in l. centurio. num.*151. *ff. de vulg. & in d. l.* 1. *colum.* 3.*in fi. ibique Alcia. C. de pactis.* opinionem hanc dubiam Natta ſcribit *in conſ.*551.*numer.* 14. ſententiæ huic Iulius Clarus ſubſcribit *lib.*3. *ſententiarum.* § *teſtamentum. q.*79. vbi receptam ait. addo Bertran. *in conſ.*250.*col. pen. & in conſ. ſeq. col.* 1.*lib.* 3. Grat. *in conſ.* 3. *col. pen. lib.*1. Rub. Alex. *in conſ.*120 *col. fi.*

Æque ad rem conferre coniectura illa nō videtur, qua Anchar. nititur *in conſ.*74. contra Philippum, quod ad gradus plures ſubſtitutionum digreſſus teſtator eſt. quoniam ad vocationem filiorum, qui poſiti in conditione ſunt, coniecturam hanc non conferre Socin. putat *in d. l. cum auus. colum penult. verſi. alias autem allegabatur. in conſ.*62.*colum. penult. in fi. in conſil.*69. *colum.* 7.*poſt med. in conſ.*104.*colum.*5.*in fi. & in conſ.*116.*colum. penult. in fi. lib.*3. Curt. ſen. *in conſ.*63 *antiquiſſima. num.* 4.*verſi. ſecunda, & fortior. vnico verſi. ſeq. ſed præmiſſis non obſtantibus.* Ruin. *in conſ.*128.*colum. penult. poſt prin. in conſ.*136 *colum. penult. circa med. & in conſ.*141.*in fi. lib.*3. Pariſ. *in conſ.* 31.*num.*29.*in conſ.* 36.*num.*27.*in conſ* 86.*num.*27.*&* 18.*in conſ. ſequ. nu.* 34.*lib.*2.*& in conſ.*24.*num.* 24.*&* 25.*lib.*3. Ripa *in d. l. centurio. num.*165. In Ancharani etiam opinione Iaſ. hæſitat *in conſ.*232.*colum.* 1. *lib.* 2. Curt. Iun. *in conſ.*11.*num.*6. vbi periculoſam eam ait. Eandem opi. difficultatibus multis ſuppoſitam Curt. idem Iun. teſtatur *in conſ.*43.*num.*9. In opin. hac ſola nec Socin. Iun. acquieſcit *in conſ.*119 *num.*57.*& ſeq. lib.* 2. Addo Præpuratum ſocerum meum *in conſ.* 24.*n.*1.*& ſeq.*

Secundo, vera eſto Anch. opinio ſeu limitatio ſit; ad caſum tamen hunc non pertinet, in quo gradus aliqui ſubſtitutionū facti inter deſcendentes ipſos teſtatoris non ſunt; verum inter eos, qui ex Theſeo & Guidone naſcerentur. ſubſtitutione igitur inter deſcendentes teſtatoris vlla omnino nō facta, voluntas argui eius non poteſt, quod vocatos eos voluerit, quaſi ex ſubſtitutionibus tot appareat; ratione fortiori gradus prioris deſcendentes vocatos cenſeri, quatenus vlteriores vocantur: ſiquidem gradus vllius deſcendentes non vocantur. Ratione igitur quieſcente, qua Anchar. opinio nititur, dictum ceſſare & eius oportet. *l. adigere.* § *quamuis. ff. de iure patro.* Quod igitur ſcriptum ab Anchar. eſt, vocatos filios intelligi in conditione poſitos, verum tum denique habetur, ſi inter deſcendentes ipſos gradus iſti ſubſtitutionum fiant, quorū reſpectu diſceptatio habetur.

2 Reſtringi enim † diſpoſitio generalis ſolet, vt eo reſpectu, quo prolata ſunt, verba intelligantur. *l. ſi ff. quem. ſerui. amit. l. debitor.* § *fi. l. ſi patroni.* § *qui fideicommiſſariam. verſi. nec eſt contrarium. & l. reſtituta. ff. ad Trebel l ſi à me. ff. ad legem Falc.* § *quod autem. Inſtit. de legit. agna. tut.* § *fin. Inſt. de codic. & alia complura.* Vnde ex diuerſis ſeparatiſq; deduci arg. hoc videtur, quod ex gradibus pluribus ſubſtitutionum deducitur, quæ factæ inter tranſuerſales ſunt. *l. neg. natales. C. de proba. c.*1. *de tranſla. epi.*

Eadem ratione vocationi huic filiorum prodeſſe filiarum excluſio non videtur, eo enim caſu excluſæ leguntur, quo caſus ſubſtitutionis tranſuerſalium cederet, id eſt, Gaſpare ſine liberis maſculis defuncto; maſculis plane relictis excluſio filiarum ſilet. conditione igitur ſubſtitutionis & conſequenter excluſionis filiarum deficiente, fruſtra ab excluſione, quæ non eſt, argumentatio deducitur. *l.*2. *ff. de vſufruct. & alia non pauca.*

3 Argumentis his non mouentibus, † vocatos filios Gaſparis magis eſt dicere. Cuius rei gratia monendi ſumus, ſane quam controuerſam Glo. opi. eſſe *in d. l. Lucius.* aduerſus quam Doct. non pauci reſiſtunt à Corn. enarrari *in conſ.* 22. *lib.* 2. cumulatius à Boerio, *q.*155 *colum.* 7.*in fin. & colum. tribus ſequ. & colum.*11. *in fi. & ſequen.* Socin. iun. *in conſ.*118. *num.*1.*in fi. lib.*1. Iaſ. tuetur *in conſ.* 158. *num.* 70.*& pluribus ſequentib. & in conſ.* 174. *num.* 21. *lib.* 2. Sed & veriorem opin. hanc Socin. iun. putat *in conſ.*141.*num.*7.*lib.*2. Ibique text. pro ea expendit *in d. l. Lucius.*

Neque contra religionem facturum iudicem opinatur, qui ſententiam hanc iudicando amplectetur. Eandem opin. verbis pluribus Soci. idem iun. excutit atq; tuetur *in d. conſ.* 158. *num.*57.*& pluribus ſeq. à colum.*6. *vſque ad fin. lib.*2. Quinetiam *eum.* 69.*& num.* 71. frequentiorem hodie opi. hanc eſſe, ſub dubio *forte* tamen, affirmat. Veriorem plane æquioremve omnino exiſtimat; tum quidem in primis, cum ab aſcendente ſubſtitutio fit. Eandem opinio. non ægre admittendam Soci. idem iun. genſet *in conſ.*168.*num.*75.*lib.*2. veriorem opi. hanc Socin. idem iun. defendit *in conſ.*174. *lib.* 2. Æquam item opin. hanc Soci. ipſe aſſerit, quamuis ea non vtatur, *in conſ.* 119 *num.* 25. *verſic. iſtam opi. lib.* 1. Eandem opin. Socin. ipſe iun. admittit *in conſil.* 78.*num.*12.*& in conſil* 145.*num.*35.*lib.*3. In quo *conſi.*78. ſubiicit, iudicem forte non offenſurum qui ſecundum opin. hanc ſententiam diceret. Idem Pariſ. ſcribit *in conſil.*66 *num* 15.*& ſeq. lib.*3. ibique tutiorem opinionem hanc indicat, æquitate, humanitate, & benignitate eius perſpectis.

Sed & opinioni huic fauere ſimpliciter ibi videtur, *num.*26. cum ex verbis negatiuis induci fideicommiſſum putat, ex Curtio ſeniore *in conſ.*51. Ibi enim, *num.*20.21. in verbis iſtis negatiuis Cort. loquitur, *ſi ſine liberis.* Eandem opin humaniorem, æquiorem, atque tutiorem Pariſ. idem prædicat *in conſ.* 6. *in pri. eodem lib.*3.*& conſ.*66.*colum.*2.*in fin. & ſeq. lib.* 3. ſcribit iudicem non delinquere, ſi opinionem hanc iudicando amplecteretur & ſequeretur, tanquam tutiorem, conſiderata eius æquitate, & humanitate ac benignitate; ibique plurib. rationibus ſententiam hanc tuetur: nec altera opinio hodie eſt ita communis, vt dicit Gratus *in conſ.*48.*colum* 2.*lib.*1.*& in conſ.*32.*col. fin. lib.*2. *& conſil.* 101. *colum.*2.*eod. lib.* plures etiam in hanc ſententiam nominat Curt. ſen. *in conſ.* 63. *numer.* 1. licet alia ſequatur. Et ſcribit Deci. *reſpon.* 41. *nu.* 23. *lib.* 1. probabiliter ſuſtineri poſſe opinionem, contra Glo. eſſe veriorem & magis communem. Idem ſenſit Barba. *in repe. l. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ. in conſi.*27.*colum.*13. *lib.* 3.*in conſil.* 55.*colum.*5.*lib.*2. Florian. de S. Petra *in l. vnica.* § *pro ſecundo. C. de cadu. tollen.*

Controuerſia igitur † tam ingenti de opinione hac intercedente, non immerito recentioribus viſum, coniecturam quāuis vel leuem ad vocationem filiorum admittendam, qui poſiti in conditione ſunt; quaſi non tam induci ex ea vocatio, quam declarari videatur, voluntate teſtatoris filiis ipſis non obſcure fauente. Ita in contractu quacunque, vel leui, Corn. acquieſcit *in conſ.* 97 *lib.*1. *in conſ.*20.*colum* 8.*& in conſil.*101.*colum.*2. *lib.*4. Deci. *in conſ.*241.*circà fi.* Curti. iunior *in conſ.*87. *in fi.* Ripa *in dict. l.* 1. *colum* 3.*poſt med Cod. de pactis.* Socin. iun. *in conſil.* 65. *numer.* 65. *in d. conſil.* 119. *numer.* 25.*in fin. lib.*1.*in conſil.*141 *numer.*8. *in d. conſil.* 158. *num.*73. *verſi. & in propoſito.* poſt Corn. *in conſil* 174. *numer.* 23. *in conſ. ſequen. numer.*1.*lib.*2.*& in conſ.* 145 *numer.*36.*lib.*3. quicquid ſcriptum alter reliquerit *in conſil.* 118. *numer.* 13. *&* 14.*lib.*1. vbi coniecturas exquirit, quæ mentem teſtatoris neceſſario oſtendant: quo caſu à dubitatione omni vacua res eſt. Satis coniectura leuis & nobis eſt *in conſil.*62.*numer.* 6. *in conſil.*367. *numer.* 9. *in conſil.* 563. *numer.* 11.*in conſil.* 675. *numer.* 4. *in conſil.* 718. *numer.*19.*in conſil.*727.*numer.*17 *in conſil.*763.*numer.* 3.*in conſ.* 767. *numer.* 5. *in conſil.* 785. *numer.*15.*& ſequen. in conſil.* 885. *numer.* 1. *in conſil.* 935. *numer.*18. quibus in locis coniecturæ ipſæ referuntur.

Quæ ſententia argumento minime leui innatur, quoniens ab aſcendente ſubſtitutio fit. Namque conditio hæc, † *ſi ſine filiis,* &c. citra expreſſionem in ſubſtitutione ipſa ſubaudiatur. *d. l cum auus l. generaliter.* § *cum autem. Cod. de inſtit. & ſubſtit. l. cum acutiſſimi. Cod. de fideicommiſ.* Expreſſio eius igitur plura habere aliquid debet, ne inutilis fiat. *l. ſi quando. in princip. ff. de legat.* 1. quo argumentandi genere Anchar. vtitur *in d. conſil.* 74. *contra Philippum. colum.* 1. *circa fin. verſic. primo probo.* His accedit quod dicitur, offendi verba potius, quam inutilia fiant. *l. ſi vnum. in princ. ff. loca. l. ſi vlet. C. in vt. l. quibus diebus.* § *dominus. & quod ibi Bar. ff. de cond. & demon. & alia ſexcenta.*

Verba igitur conditionalia ad diſpoſitionem trahenda, ne frigida ieiunave maneant: cum nouum non ſit, ex verbis conditionalibus diſpoſitionem interdum ſequi. *l. qui de reddenda. ff. de pactis dotal. l.* 9. § *final. ff. de condi. ob cau l.* 3. *ff de ſtatulib. l. cum quid an. Cod. de condi. inſer.* Fulgo. *in conſil.* 145. *quoniam plurima. ante fin. in conſil.* 202. *Guiselmum. column.* 4. *ante med.* text. huc pertinet *in l. cum auia.* § *final. ff. de condit. & demonſtra. & in l. liber. ff. vt lega. nomi. cau.*

His ita prænarratis, coniecturam ſatis etiam leuem eſſe ad vocationem in ſpecie hac inducendam, videamus, leuesne an ponderoſæ coniecturæ interueniant, ex quibus vocati filii

6 Gaſparis cenſeantur. Principio coniectura illa occurrit, † quod expreſſa qualitas maſculinitatis eſt, quam ſi inanem momentique nullius dicimus, abſonum conſequitur, vt Gaſpare inteſtato defuncto, liberi ſexus vtriuſque relictos, ex æquo filiæ atque mares admittantur, contra quã placitum teſtatori eſt, qui potiores mares habuit. Qua ratione Doct. impulſi non pauci ſunt, vt inuitatos caſu iſto maſculos filios cenſeant, quamuis in conditione ſolummodo poſitos. In Doc. his Guido Papæ ceu ductor habetur, *quæſt.* 184. Soc. *in l. Gallus. § nunc de lege. num. 6. ff. de lib. & poſt.* Dec. *in l. 1. num.* 16. *Cod. de pacta. in conſ.* 570. *& in conſ.* 318. *colum. 1. in conſ.* 516. *numer. 11. colum. 3. in conſ.* 545. *in fin & in conſil. ſequen. numer. 2. conſil.* 578. *numer.* 12. *& in conſil.* 655. *numer.* 31. *& ſequ. colum. fi.* quem ſequitur Rub. Alexand. *in conſ.* 28. *colum. 2. in fin. & in conſ.* 120. *colum 2. verſi. ex alio & ſecundo capite.* Curt. iun. *in conſ.* 45. *numer. 8. in conſ.* 48 *colum. 4. in conſ.* 87. *colum. 1. & in conſ.* 96. *numer.* 2. Corn. *in conſ.* 20. *colum. penult. lib.* 4. Iaſon *in conſ.* 108. *colum.* 5. *lib.* 9. Ruin. *in conſ.* 99. *colum. 8. poſt med. lib. 1. in conſ* 142. *colum. 6. ante med. ver. ſi ergo intelligitur facta ſubſtitutio. & in conſ* 167. *num. 9. lib.* 3. Pariſ. *in conſ.* 37. *numer.* 34. *& num. ſeq. in conſ.* 41 *num.* 71. *in conſ.* 57. *numer.* 18. *in conſ.* 76. *num. 9. lib. 2. in conſ.* 5. *numer.* 36. *in conſ ſeq. num.* 17 *in conſ.* 17. *numer.* 28. *in conſ* 50. *numer.* 38. *in conſ.* 53. *num.* 44. *& in conſ.* 66. *numer.* 50. *lib.* 3. Gozad. *in conſ.* 26. *colum. 4. in conſ.* 64. *colum. 2. & in conſ.* 87. *colum. 4. in princip.* Soci. iun. *in conſ.* 65. *numer.* 65. *in conſ* 103. *colum. fin. in conſ.* 114. *num.* 16. plenius *in conſ.* 119. *num.* 29 *&* 30. vbi receptam opin. hanc ait *in conſ.* 126 *numer. 29. lib. 1. in conſ.* 141. *num.* 19. expreſſius *in conſ.* 151. *in fin. lib.* 2. vbi iuxta docendo *in d. l. centurio.* atque conſulendo opi. hanc à ſe probari ſcribit. Eidem opinioni Socin. ipſe iun. fauet *in conſ.* 78. *numer.* 16. *& in conſ.* 145. *numer.* 37 *lib.* 3. in quo *conſ.* 78. Gradum in eandem ſententiam profert *in conſ.* 31. *num.* 19. *& in conſ.* 101. *numer.* 20 *lib.* 2. nos etiam citat *in conſ.* 62. *num.* 15. vbi Doct. & alios relatos habemus, quicquam tamen affirmatum ibi à nobis non eſt; ſiquidem ſcriptum ſub conditione habemus, *tenendo illam opinionem,* &c. Addo eundẽ Gratum *in conſ.* 32. *colum. 1. lib. 2. & in conſ.* 89. *col. 2. & in conſ.* 106. *colum fi. lib.* 2. Boer. *Deciſ* 155. *num.* 25. *& ſequen.* Cort. iun. *in conſ.* 113. *numer* 4. præter alia ſupra relata: ſed & opi. hanc Soci. ipſe iun. ampliat *in d. conſ.* 78. *num.* 13. *lib.* 3. vt locum tum etiã habeat, cum expreſſio facta maſculorum non eſt, verum de maſculis per coniecturas conditio intelligitur. Quæ tamen ampliatio Socino Ipſi iuniori non placuit *in con.* 164. *num. 6. & duobus ſequ. lib.* 2. Mentis nunc oculis coniecturam hanc metiamur, vnaue aut leuis ad filios vocandos æſtimetur, quæ ſub qualitate maſculina poſiti in conditione ſunt: quandoquidem à Doct. tam multis recepta apparet.

Quanquam autem variatum de more à recentioribus noſtris eſt, qui pro re nata, non tam conſulentibus, quam ſibi ipſis (crumenæ, pene dixeram) reſpondiſſe viſi ſunt, ſub caſu vno
7 tamen opinioni incumbere huic videntur, † quotiens per ſtatutum loci à maſculis fœminæ non excluduntur, ne cum maſculis inteſtato fœminæ inuitentur, ſi vocatos mares non dicimus in conditione nominatos. In quam opi. caſu hoc Soc. ſenior inflectitur *in conſ.* 116 *numer. 5. ver. ſed contra hoc poſſet ingenioſe inſtari. lib.* 3. Socin. iun *in conſ.* 111 *num.* 32. *in conſ.* 118. *nu.* 19. *& in conſ. ſeq. num. 3. lib. 1. in conſ.* 164. *num. 9. in conſ.* 177. *num.* 18. *ver. ſecundo itaq; ad argumentum. lib.* 2. Ibique *num.* 21. Ripam & Zuchardum in ſententiam hanc profert. Sed & opinioni huic à Decio ſubſcriptum Soci. idem iuo. teſtatur *in d. conſ.* 111. *numer.* 31. Cum opi. ſeu diſtinctione hac & Cagno. conſentit *in d. l. 1. numer.* 32. *verſ. verſum concluſio. C. de pactis.* à qua ſententia, ſeu diſtinctione abhorrere nec Decium credit. Sed enim non recte Decii mentem in re clara præſumere Cagnol. potuit: ſiquidem vocatos maſculos ſine diſcrimine Deci. putat, excludantur per mares fœminæ ſtatuto vel non, vt ex Decio ipſo apparet *in conſ.* 546. *colum.* 2. *& in conſ.* 571. *colum. fi.* de quibus Decii conſiliis memoriã Soc. iunior habet, quamuis in eis occupari excutiendis nolit, *in d. conſ.* 145. *n.* 38. *lib.* 3. facilius item vocatos maſculos intelligi, vbicunque per ſtatutum fœminæ non ſubmouentur, Pari. ait *in d. conſ.* 50. *num.* 38. *& ſeq. lib.* 3. quamuis *in conſ.* 86. *num.* 17. *in* 30 *num.* 30. *lib.* 2. nihil diſtinctionem hanc faciat, verum vocatos ſine delectu vllo mares non putet. Statuto igitur fœminarum excluſiuo remoto, opi. hanc agnoſcendam magis erit dicere, ne voluntas alias teſtatoris offendatur, cui vberiores potioreſq; mares fuiſſe, procul dubio eſt.

Secundo principaliter, vbi dubitationis quicquam reſidere in ſimplici maſculorum expreſſione poſſet, verum ob id vocati mares ipſi cenſeantur; attamen † quotiens vlterius teſta- 8 tor progreditur, filias propter maſculos excludendo, negocii breuioris non paulo res videtur, vocatos tum mares intelligi in conditione poſitos, vt auctor Caſtrenſis eſt *in conſ.* 359. *ſupraſcriptus Dominus conſultor colum. 1. lib.* 2. Guido Papæ, *quæſt.* 299. Iaſ. *in conſ.* 108. *colum. 3. circa med. verſi. ſecundo principaliter mouetur. & colum. 5. ante med. verſi. item Gloſſ. lib.* 4. Curti. ſen. *in conſ.* 74. *Dominus Ludouicus. num. 2. & ſequen.* Curti. iun. *in conſ.* 43. *num. 8. verſi. tertiam et iam.* Ruin. *in conſ.* 111. *num.* 15. *lib. 2. & in conſ.* 167. *colum.* 5 *lib.* 3. Ripa *in d. l. centurio. nu.* 164. *& in d. l. 1. colum. 3. in fi. C. de pactis.* Socin. iun *in d. conſ.* 119. *num.* 32 *ad finem vſque conſilii lib. 1. in d. conſil.* 141. *num.* 11. *& pluribus ſeq. lib. 2. & in d. conſ.* 78. *num.* 16. *verſi. & iſta opinio ſine dubio. lib.* 3. Pariſ. *in conſil.* 53. *num.* 40. *&* 41. *lib.* 3. & apud nos *in d. conſil.* 62. *col.* 2. *circa fin.* Excluſionem plane filiorum propter maſculos lectio ipſa teſtamenti docet.

Tertio ratio facilior vocationi maſculorum fauet, † quod 9 maritus omnibus deficientib. fœminam agnatam, virginem, natuq; maiorem inuitauit, quæ virum ſibi aſciſceret, qui Seſſium ſe cognomento vocaret, vt Ripa obſeruat *in d. l. 1. colum.* 4. *Cod. de pactis.* ex Curtio ſeniore *in d. conſil.* 74. *Dominus Ludouicus.* Cum qua ſententia Roln. quoq; facit *in conſ.* 142. *col.* 6. *circa med. ver. & præcipue in caſu noſtro. lib.* 3. vbi vocatos mares putat in conditione poſitos, quotiens maſculorum inopia fœminæ vocantur.

Quarto, vacua res à dubitatione omni videtur, † prohibi- 10 tione illa Trebellianicæ omnibus facta, ad quos hereditas ipſa veniret; ita vocationem maſculorum ex prohibitione hac Gozadi. admittit *in d. con.* 64. *colum.* 3. Rinun. *in conſ.* 243. *numer.* 90. *verſi. & maxime hoc poteſt ſuaderi lib.* 2.

Quinto, ſi vocatos mares non dicimus in conditione aſcriptos, abſurdum ſequitur, meliorem conditionem tranſuerſalium, quam deſcendentium eſſe, quod conſeruari agnationẽ inter agnatos ex latere venientes, eoſq; inuitare potius, quam inter deſcendentes teſtator voluerit. Quam coniecturam in ſpecie hac Ruin. animaduertit *in conſ.* 40. *colum.* 4. *in conſ.* 99. *col.* 8. *poſt med. lib.* 1. Soc. *in d. conſ.* 116. *colum.* 4. *verſi. tertium colligunt. lib.* 3. Curt ſenior *in d. conſ.* 74. *colum.* 4. Gratus *conſ.* 32. *columm. penult. lib.* 2. ibi, *ne ſequatur abſurdum vocatos.* Huc pertinent quæ ſcripta à nobis ſunt *in conſ.* 113. *colum. 2. poſt med. & in conſ.* 150. *num.* 9. ex ratione agnationis expreſſã fideicommiſſum induci, cum qua ſententia Pariſ. quoque facit *in conſ.* 66. *num.* 33. *& pluribus ſequen. lib.* 3. Socin. iun. *in conſ* 168. *num.* 78. *in conſ.* 181. *num.* 39. *lib.* 2. & in ſpecie vocatos dici, vbi agnationis rationem teſtator habuit, ſcribit Mantua *in conſ.* 22 *col.* 5. Gratus *in conſ.* 89. *col. 2. lib. 2. in conſ.* 106. *col. pen. eod. lib.*

Sexto, leuis coniectura non eſt, quam Anchar. expendit *in d. conſ.* 74. *contra Philippum* † quod ad gradus ſubſtitutionum non 11 quamplures, at quantos pluſimos potuit, digreſſus teſtator eſt: ſequitur Alexan. *in conſ.* 64. *in fi. lib.* 5. Ripa *in l. centurio. num.* 162. *& ſequ. ff. de vulga. & pupillar.* Qua coniectura Curti. maior vtitur *in conſil.* 51. *ſuper teſtamento. num.* 12. *circa med. ver. ſi ita eſt, vt concluſimus.* Soc. *in conſil.* 250. *numer. 4. lib.* 1. iunctis his, quæ in facto narrando initio ſcripta ab eo ſunt. Barba. *in l. cum acutiſſimi. char.* 27. *nu.* 191. *& ſeq. verſ. aggredior nunc ſecundam dubitationem. Cod. de fideicommiſſ.* Iaſon *in conſil.* 232. *colum. 1. lib. 2. & in conſil.* 40. *in fi. lib. 3. & in conſil.* 188. *colum.* 3. *in fi. lib* 4. Gozad. *in d. conſ.* 64. *colum. 2. poſt med.* Curt. iun. *in conſil.* 16. *num.* 7. *ver. confirmo hanc concluſionem. & in d. l. 1. num.* 14. *ibiq;* Purpur. *circa fi. C. de pactis.* idem Purpur. *in conſ.* 351. *in fi.* Chaſſan. *in conſ.* 24. *colum. 2. ante med. verſ. contrariam tamen partem.* Ruin. *in conſ.* 139. *colum. 6 lib.* 3. Pariſ. *in conſ.* 31. *num.* 24. *in conſ.* 37. *numer.* 37. *in conſ.* 41. *numer.* 69. *in conſ.* 77. *numer.* 21. *& num.* 27. *in conſil. ſeq. num. 5. & numer.* 33. *in fi. conſil.* 86. *colum* 7. *in conſil.* 91. *num.* 43. *lib. 2. in conſ.* 5. *numer.* 40. *conſ.* 8. *colum.* 2. *conſ.* 14. *colum. fi. & in conſ.* 42. *in conſ.* 52. *num.* 6. *in conſ. ſeq. nu.* 41. *& in conſ.* 66. *num.* 52. *lib.* 3. Cum Anchar. ſentit & Soci. iun. videtur, licet non inſiſtat, *in conſ* 141. *nu.* 19. *lib. 2. in conſ.* 1. *num.* 20. *lib.* 4. Sed opi. hanc certam Soci. ipſe iun. ponit, *in conſ.* 168. *n.* 75 *verſi. ſed imprimis ſit, quod alia opinio lib* 2. Rubeus Alexan. *in conſil.* 28. *in fi.* Mantua *conſ.* 22. *colum.* 4. Gratus *in conſ.* 89. *col.* 2. *conſ.* 101. *colum.* 4. *conſ.* 106. *colum.* 5. *lib* 2. Boer. *d. deciſ.* 155. *nu.* 21. *&* 28. & apud nos *in conſ* 367. *n.* 8. *in conſ.* 384. *nu.* 5. *verſi. qua de re leuior coniectura. in conſ.* 877. *n.* 16.

Septimo, manifeſtiſſimus in vocatione maſculorum teſtator videtur, cum in ſubſtitutione extrema oneri deſcendentes eximit, vnum ex familia Seſſiorum ad diſciplinam literariam militiamve in annos octo ſuſtentandi, aureos nũmos quinquaginta quotannis erogando, præter aureos alios quinquaginta

ginta

gnata in dignitatem doctoream aſſequendam. Exemptio hæc oneris vocationem deſcendentium neceſſario præſupponit: ſiquidem vocatione remota, nihil erat, quod onus illud deſcẽdentibus remitteretur. *d. l. ab eo C. de fideicom.* Grauamen itaque hoc deſcendentibus adimendo, vocitus eos, ad eoſdemque onus hoc pertinere, ſi leuati eo non eſſent, non obſcure teſtator innuit. Quorſum enim onere eos leuaret, ſi neque vocare eos, neque grauare in animo habebat? Quæ coniectura ex Socin. iun. confirmatur *in conſ. 1 num. 20. ver. verum vbi ex eo aliquis non monea-*
12 *tur lib. 3.* ex verbis † fideicommiſſum induci, quæ eo remoto, inutilia remanerent. Atqui inutilis oneris huius exemptio omnino appatet, ſi vocatos deſcendentes ipſos maſculos negemus. Iam ſi verbum vllum ſine effectu relinqui non conuenit, B. id auctore *in rubri. C. de contra. emp. q. 9. in l. neque quam. §. de plano. eui. ſi. ff. de offi. procon. & in conſ. 51. generalis ſtatuto in fin. lib. 5.* Caſtren. *in conſ. 57. primo videndum eſt d. intellectu cap. 1. lib. 1.* Ex Glo. hoc, vltra Bald. probatur *in c. abſolute. in verſi. tanquam. de maior. & obed.* ſed nec ſyllabam inertem manere ius patitur. Glo. & Bald. *in l. 1. in princ. ff. quod metus cau.* Cur. Sen. *in conſ. 20. num. 4. ver. & ſic illa verba.* Dec. *in conſ. 48. colum. 2. poſt med. verſ. quod quidem debuerat. & in conſ. 69. num. 3. in fi.* Iaſ. *in l. fin. num. 9. in fi. ff. quod quiſque iuris.* Si effectu carere nec ſyllabam oportet: quid in oratione aut diſpoſitione dicendum venerit? Non abs re igitur interpretemur, onus hoc releuatum deſcendentibus, eſſe quaſi releuatione omiſſi, controuerſia de eo fieri ob vocationem & fideicommiſſum inter eos inductum poſſet.

Vocatione hac deſcendentium ita confirmata, negocium omne in contrariis diſſoluendis verſatur. Itaque argumentum primum non obſtat, vocatos filios non intelligi in conditione poſitos: locum enim non habet, coniecturis in contrariam ſententiam nos impellentibus: quas cum ſatis leues videãtur, efficaces hic tamen verſari oſtendimus. Neque Doct. mutant ea diuerſo citati, quibus viſum eſt, ad expreſſionem maſculorum non attinere. Namque quod ad Dec. Rui. Parſ. & Socin. ion. attinet, præterquam quod morati legerentur, frequentiores in ſententia hac videntur, quæ in locis pluribus affirmata ab eis eſt, vt ad vocationem expreſſio maſculorum conferat.
13 Vnde † potior opinio habenda, in qua crebrior Doctor varius inuenitur. Corſet *ſing. 196. quando mort. conſultum.* ex tex. *in l. duo fratres ff. de iure patro.* Barba. *in c. Raynaldus de teſta.* tex. hoc pertinet *in l. 3 ibi; ſane creberior, & c. ff. de offi. quæſtor authen. ſiue à me. C. ad Vellean. l. cum ſeruus. C. de agri. & cenſi. lib. 11.*

Similiter ratio habenda Alex. non videtur, quoniam articulum non diſcutit, verum ita ſimpliciter perſtrinxit; neque in maſculis idem probat, nihil referre ratos, verum filii ſimpliciter, an maſculi in conditione ponantur. ob id ad abſurditatem non reſpondet, quod conſequi perfacile poteſt, vt æqua fœminarum atque maſculorum ab inteſtato conditio fiat. Quod ſi Guidonis Papæ & qui cum eo ſentiunt opinionem rationeſve perſpectas Alexand. habuerat, ſententiam forte diuerſam probaſſet. Cæterũ poſt Alex. opinio Guidonis Papæ irrepere inualeſcereque cœpit. Quocirca ſicut excuſſa difficultas hæc ab Alex. non eſt, ita teſtimonio eius tribuendum non multum videtur, vt auctor Abb. eſt *in c. bona. 2. colum. fi. de poſtul. præl.* Fulgo. *in conſ. 102. præſuppoſito ſtatuto. colum. 3. cir. a med. & colum. 4. circa princ.* Socin. iun. *in conſ. 42. num. 15. lib. 2.* Cum qua ſententia & Card. facit *in conſ. 136. col. pen. poſt prin.* potiorem opinionem æſtimandam, quam doctor examinat.

Secundo reſpondetur, vocationem ex maſculorum expreſſione ſola non induci, facito; coniecturæ tamen & aliæ non paucæ interuenerunt, quæ ſingulæ, nedum coniunctæ, ad vocationem ſufficiunt, vti declaratum ſatis in ſuperioribus habe-
14 mus. Multa enim † diſpoſitionem perficiunt, quæ ſatis ſingula nõ habentur. *l. Titia Seio. §. Seia hæres. ff. de leg. 2. l. 3. §. eiuſdem. & l. ob carmen. §. fi. ff. de teſtib.* Atque in ſpecie Bart. tradit *in d. l. cum auus. numer. 37.* vbi ex duobus vocatos filios intelligit, id eſt, cum in conditione ponantur, & expreſſim grauantur. Gratus *conſ. 106. col. fi. lib. 2.*

Non obſtat, coniecturam illam à multis repudiari, quæ notata apud Anch. eſt *in d. conſ. 74. contra Philippum* quoniã à pluribus ſeu maiore Doct. parte receptam eam oſtendimus. Eo autem facilius admittenda, quo voluntati propior teſtatoris eſt. Iam ex Doct. qui ab Anch. diſſentiunt, bona ſecũ pars pugnat, vt non immerito probrum patiantur, de quo *in l. qui falſo vel varie ff. de teſtib.*

Non obſtat, ad eum caſum dictum Anch. pertinere, quo inter deſcendentes ipſos gradus plures ſubſtitutionum fiunt. In partem enim diuerſam argumentum retorquetur. Namque ſi inter remotiores ex latere venientes agnationem conſeruari teſtator voluit, longe magis idem eum ſenſiſſe inter deſcendentes credendum eſt, teſtatori ipſi chariores non paulo. *l. Publius. §. 1. ff. de cond. & demon. l. ſi viua matre. C. de bonis mater.* cum aliis apud Iaſ. relatis *in l. Gallus. § nunc de lege colum. penult. ff. de lib. & poſthum. in l. 1. colum. fi. C. de ſucceſſ. edict.* tex. huc ſeitiſſimos accedit *in l. ſi fratres. § idem reſpondit. ff. pro ſocio* vbi conuentio improbatur, per quam proximiori remotior anteferatur: & alia compluta. Secundo, in partem diuerſam argumentum retorquetur: namque ſi in gradibus tot ſubſtitutionum inter tranſuerſales factarum excludi fœminas deſcendentes propter tranſuerſales ipſos remotiores teſtatori placuit; longe magis idem eum ſenſiſſe fauore deſcendentium maſculorum, dicendum habemus, vt ab eis quoque fœminæ ſubmoueantur. Enimuero non aliter excludi fœminæ à maſculis deſcendentibus poſſunt, niſi vocatos maſculos confiteamur. Quæ reſponſio ex his adiuuatur, quæ ſcripta ſupra in quinto argumento ſunt pro vocatione maſculorum facto.

Tertio reſpondetur, locum argumento vtcunque eſſe, ſi coniectura hæc ſola in maſculorum vocationem adduceretur. At enim coniecturæ & aliæ concurrunt, nec quidem contemnendæ, de quibus ſatis dictum ſupra habemus. Quo caſu Ancharani coniecturam Ripa non negligit *in d. l. centurio. numer. 165.* Socin. ion. *in conſ. 119. numer. 27. & 28. lib. 1.* vbi ſequendam coniecturam hanc admodum putat, ſi coniuncta cum aliis ſit.

Simili modo argumentum vltimum non obſtat, ad eum caſum excluſionem filiarum in fauorem agnatorum reſtringendam, quo ſubſtitutionis caſus cederet, id eſt, cum mortuus Gaſpar filius & heres ſine maſculis eſſet. Argumentum enim & hoc aduerſarius patitur Namque ſi caſu ſubſtitutionis expreſſo cedente, propter agnatos tranſuerſales remotiores, non atque charos, filiæ fœminæque deſcendentes excluduntur: quanto magis idem probandum propter maſculos deſcendentes erit, ex his, quæ dicta mox habemus. Quid autem dico, propter agnatos remotiores, tranſuerſaleſque fœminas deſcendentes excludit? Immo enim & per alienos proſſus, quibus cum cognationis, agnationiſve quicquam intercederet, ſi gradum penultimum ſubſtitutionis ante vocationem Dominicanorum expendimus, in quo facultas ſubſtituto no[illegible] me decedenti datur, heredẽ, quem voluerit, eligendi, dum Seſſinum tamen ipſe vocitet. Secundum quæ eo argumentum ſpectat, vt non aliter à ſubſtitutis tranſuerſalibus fœminæ deſcendentes excludantur, quã ſi caſus ipſe ſubſtitutionis eueniret. Cæterum obſtare argumentum non poteſt, quominus ab excluſione hac in gratiam agnatorum tranſuerſalium facta coniectura ſumi efficax poſſit in deſcendentium maſculorum fauorem, vt ab eis ratione coacta magis, fœminæ quoque ſubmoueantur.

Satis hæc circa primam dubitationem erunt. Ad alteram igitur aggredior, vocatione † maſculorum admiſſa, qui poſiti 15
in conditione ſunt, vtrum fideicommiſſi onu[illegible] tri[illegible] ctum ad filios eius extendatur. In qua ſpecie verb[illegible] plu[illegible] ſubtiliſſimeque ſcriptum vtro citroque legi tam pe[illegible] clariſſimos iuriſconſultus, dominos aduocatos tam Ferrarienſes, quam Vicentinos, ſupradictos dominos ſubſtitutos, quæ in hac cauſa diſertiſſime ſcripſere, quam per magnificos & clariſſimos iudices delegatos in dubitationibus proponendis, hiſque profligandis quæ in dubitationum ſcripta explicationem ſunt.

Id genus certe difficultas incurrit, quæ dirimi niſi certamine argumentorum facto vtrinque non poſſit, cuius roboris hinc atque hinc aduerſarii conſiſtunt.

Prima itaque ratione, finita ſubſtitutio in morte Comitis Gaſparis, filio ſuperſtite, videbatur, neque ob id eam renaſci, quod à viuis Franciſcus abſque liberis obiit *l. heredibus. & l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebel. l. ſi quis heredem. C. de inſti. & ſubſtit. l. cum marito C. quan. dies lega. ced.* Old. *in conſ. 213. thema tale eſt.* Bal. *in conſ. 304. nobilis vir. in fi. lib. 5.* Pau. de Caſt. *in conſ. 314. ſuper ſecundo puncto. colum. 2. poſt med. lib. 1. & in conſ. 97. in controuerſia lib. 2.* Alexand. *in conſ. 31. in princip. lib. 3. & in conſ. 139. colum. 2. lib. 5.* Socin. *in conſ. 250. colum. 4. ver. 2. verum*

de contenda alia difficultate. li. 2. Dec. in conſ. 218. colum. 1. in fi. in conſ. 287. colum. 1. in conſil. 377. in primo dubio. cum pluribus Pari. in conſ. 89. nu. 13. & pluribus ſeq. li. 2. ſicut admodum Fulg. in conſ. 5. Andreas col. 1. circa med. vbi ad argumentum reſpondet, q[illegible] voluntati id repugnare teſtatoris videtur.

Neque mouet, filios maſculos in conditione poſitos, quaſi ratio habita agnationis, atque ideo ad filium etiam trahenda ſubſtitutio videatur, qui mortuus ſine filius eſt. Id enim & hic idem ſeruando in Old. ſcribit in d. conſ. 21. Dec. in conſ. [illegible] numer. 2. circa fi. verſ. & licet liberi. in conſ. 205. num. [illegible] verſ. non obſtat, quod in ſequentibus gradibus in d. conſ. 218. nu. 6. verſ. alterius conſ. in d. conſ. 287. num. 1. & num. 7. ver. 2. propius ad caſum noſtrum. in conſ. 291. numer. 4. verſ. venio igitur ad ſubſtitutiones in conſ. 123. num. 3. in d. conſ. 377. in primo dubio Pari. in conſ. 31. numer. 2. vſque ad num. 21. in conſ. 44. numer. 8. & in conſ. 89. nu. 25. lib. 1. Idem ex hoc probatur in conſ. 116. colum. 3. poſt med. verſ. quæ omnino non habeat aliquo modo obſtare. lib. 3. vbi in ſpecie ſubſtitutionis contentæ ratio agnationis habita eo demum caſu videbitur, quo filius nullis maſculis relictis, teſtator decederet: cauſam aliam eſſe, quoties ſuperſtites patri filii maſculi ſunt in conditione poſiti. Ibi enim finem prorſus ſubſtitutio accipit. Cum qua ſententia Socin. etiam iun. facit in conſil. 118. numer. 16. & 17. lib. 1. & in conſ. 4. num. 13. & pluribus ſeq. lib. 3.

Secundum argumentum hoc maſculinitatis confutatum
16 ab Alexan. in ſpecie longe magis ambiguus apparet in † conſ. 139. lib. 6. Ibi enim agnatos vltimos ſororibus teſtator prætulit, quibus tantum [illegible] reliquit. Agnatis plane heredibus ſcriptis ſine herede maſculo decedentibus, remanere bona in propinquioribus ex familia ipſius teſtatoris gradatim voluit, ita vt familiam ipſam non exirent, quamdiu maſculi in ea eſſent. Atqui maſculo herede ab agnatis ſubſtitutis relicto, peremptam prorſus ſubſtitutionem putat. ibique ad argumentum reſpondet ex diuerſo factum, id eſt, quod ſororibus excluſis, quæ proximiores erant, longe magis excluſa mater Antonii filii vnius ex heredibus videatur, ne abſurdum conſequatur, vt melior conditio minus dilecti ſit. locum enim argumento non eſſe ſcribit, vbicunque ad voluntatem teſtatoris præſumptam accommodari verba nec ex impropria ſignificatione poſſunt per text. in l. in ambiguo. ibique Bar. ff. de reb. dub. ex Salycet. idem probat. in l. cum virum. in fi. poſt gl. ibi. Cod. de fideico. [illegible] miſſ. Eandem reſponſionem ſeu declarationem Alex. ipſe docet in l. 3. in fi. C. de lib. præter. & in conſ. 55. n. 9. lib. 4. Cit. ſen. in conſ. 42. [illegible] Bal. n. 21. Ruin. in conſ. 9. col. 4. in fi. in conſ. 49. nu. 3. lib. 2. & in conſ. 128. in fi. lib. 1. Socin. iun. in conſ. 4. n. 15. verſ. [illegible] lib. 1. Reſponſioni & declarationi huic Caſtr. quoque acc[illegible] in d. l. in ambiguo. & in conſ. 152. præſens dubium videtur formari in fi. lib. 1. Atqui hoc ſecte verba ſubſtitutionis nec ex ſignificatione impropria poſſunt, vt quæ facta filio ſine filiis maſculis decedenti ſubſtitutio eſt, ad filios eius maſculos ſine liberis decedentes porrigatur. Quia Alexan. optimum reſponſione ve in ſpecie ſubſtitutionis controuerſæ, in qua ratio expreſſim habita agnationis erat, Ruin. vtitur in conſ. 133. lib. 2. Iaſ. in conſ. 228. columm. 4. circa fin. verſ. non obſtat etiam ro [illegible] lib. 2. Alexand. etiam in d. conſ. 130. Pari. ſubſcribit in d. conſ. 44. n. 4. & n. 17. lib. 2.

Tertio ad argumentum reſpondetur, agnationis rationem fac expreſſam à teſtatore eſſe, ob id voluntatem eius apparere, nihil tamen voluntas hæc faciendi, quandoquidem obſeruari
17 non aliter poteſt, † quam ſi extenſio ad perſonam aliam fiat, quæ permiſſa ex veriſimili etiam diſponentis voluntate non eſt, auctore Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. colum. 5. ff. de lib. & poſt. Iaſ. in conſ. 30. col. pen. poſt med. lib. 1. Cur. ſenior. in conſ. 29. n. 8. in fi. Atq; in ſpecie & nominatim reſponſione hac contra ſubſtitutū Dec. vtitur in d. conſ. 218. nu. 9. in d. conſ. 287. numer. 8. ver. ſecundò propius ad caſum noſtrum in conſ. 291. num. 6. ver. ſecundo præmitto [illegible] Iaſ. in d. conſ. 377. numer. 2. & 3. & obſeruandum, quia in d. conſ. [illegible] numer. 5. & in d. conſ. 291. numer 5. verſ. venio ad [illegible] ſubſtitutionem. ratio expreſſa agnationis conſeruandæ erat.

Atqui extenſionem fideicommiſſi ad per[illegible] filii in conditione poſiti nihilo magis f[illegible] ne ratione illa. quod permiſſa extenſio ad perſ[illegible] non eſt. E[illegible] ſponſione & ra[illegible] S[illegible] 2. & in conſ. 68. colum. [illegible] ideo tertio modo lib. 3. Pari. in d. con. [illegible] numer. [illegible] 2. Et apud nos in conſ. 98. num. 13.

Quarto ad argumentum reſpondetur, locum in caſu iſto omnino non habere. in quo ſimpliciter vocati agnati tranſuerſa-
les non ſunt, † verum modo & forma quibus ſupra: quæ verba repetita ne ſemel ſunt. Quæ verba ad ſuperiora referri omnia debent, in quibus modi formæve ſama adiectio eſt. l. 3. §. [illegible] autem. ff. de liber. & poſthum. l. talis ſcriptura §. final. ff. de leg. [illegible] l. fin. ibi. quod Bar. & alii [illegible] de rebus dub. l. quiſquis ibique Bal. in primo notab. Cod. ſi cert. pet. l. 1. in fin. C. de lib. præter. modi plane formæque præſcriptio tradita in ſuperioribus eſt; videlicet vt locus ſubſtitutionis tum demum eſſet, ſi abſque filiis maſculis Gaſpar decederet: quę conditio locum [illegible] facit. Bal. in auth. vt matri & auiæ. numer. 3. Cod. quan. mul. tutelæ offic. fungi pot. Decius inc. de appellationibus. numer. 4. in fin. verſ. ſecundus caſus. in conſ. 11. numer 9. & in conſ. [illegible] 7. circa princip. Reſtrictione igitur ſubſtitutionis à teſtatore facta, nihil eſt, quod tantopere in ſpecie hac interpretanda laboremus l. non aliter. ff. de leg. 3. l. continuus §. cum ita. ff. de verbor. oblig. Atque verba reſtrictiua in ſpecie quæſt. huius animaduerſa apud nos leguntur in conſ. 98. n. 5. ad nu. vſque 16.

Hæc ſunt, quæ deſiderio obſtare ſubſtituti videntur: quibus tamen tantum tribuendum non cenſui, vt ob ea voluntatem intercidere teſtatoris patiamur. Rei enim explicandæ cauſa,
monendi ſumus, Doctoribus inter ſe conuenire, † voluntatem teſtatoris ad caſum hunc pertinere, vt ſi grauatus ſine liberis mortuus ſit, ratione facilius idem ſeruari & in deſcendentibus debeat. Quam voluntatem Alexand. admittit in d. conſ. 139. lib. 6. vbi etſi maxime ea voluntas teſtatoris fuerit: idcirco tamen ſequendam non eſſe ait, quod ad eam verba conuenire, ne quidem ex ſignificatione impropria poſſunt. Voluntatem teſtatoris in ſpecie ſubſtitutionis huius Dec. etiam admittit in d. conſ. 218. numer. 8. verſ. & in prædictis deciſionibus. in d. conſ. 287. colum. 3. in fi. verſ. 2. propius ad caſum noſtrum in d. conſ. 291. colum. 4. in fi. ver. 2. præmitto regulam. in d. conſ. 377. colu. 2. poſt med. ver. nec obſtat ſi dicatur. licet filii. Ruin. in d. conſ. 133. num. 6. lib. 2. Et quidem voluntatis huius præſumptæ fidem vel relatio ſola naturalis facit, quę ſola ſatis ad dubia explicanda valet. l. ſicut oportet. §. & ſi maxime. ff. de excuſat. tutor. cum aliis apud nos relatis in conſ. 31. numer. 5. pro legeque & æquitate ſcripta habetur, veluti certa & indubitata. Bald. in conſ. 473. circa quæſtionem. colum. fi. lib. 5. neque ratio vlla maior aut certior, quam naturalis, per orbem vniuerſum extat. Bal. in rubr. C. ſi ex falſis inſtru. numer. 8. in fi. per text. in §. ſed naturalia. Inſti. de iure natur. gen. & ciuili. A ratione que naturali virtus legis pendet, ſiquidem in natura lex ſe ſpeculatur. Bal. in l. quoties. numer. 1. Cod. de ſum. & leg. Inde interpretationum omnium potiſſima ratio naturalis habetur. Cy. in l. non dubium. circa fin. C. de l. quem Bald. refert in tit. de pace Conſtan. §. Opinioni. numer. 2. Iaſ. in conſ. 50. col. 2. lib. 4. Fulg. huc accedit in conſ. 139. præſuppoſito. col. fi. & in conſ. 180. verſ. proceſſu. in fi.

Hoc ita prænarrato, & demonſtrato, voluntatem teſtatoris in ſpecie hac controuerſa interuenire iuris exploratiſſimi eſt, recedendum à voluntate ipſa non eſſe. l. ex facto. l. grand. circa med. ff. de hered. inſti. l. licet Imperator. ibique Bar. & l. penult. ff. de leg. 3. l. quæ ſolidum. §. 1. l. Titius Seio. § Seia liberis. & l. cum proponebatur ff. de lega. 2. l. fideicommiſſa §. item cum quis. ff. de leg. 3. l. in conditionibus primum locum. l. pater Seuerinam. § conditionum ff. de condi. & demonſtra. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.

Summam q; rerum circa interpretationes faciendas voluntas hæc obtinet, quibus non minus atque Imperator orbi vniuerſo præeſt. l. cum quæſtio. in fi. C. de legat. cui ſententiæ text. quoque ſeruit in d. l. in conditionibus. vbi regi ab ea conditiones ſcriptum eſt. Idque locum in fideicommiſſis præcipue obtinet. d. l. licet Imperator. & d. l. penult. de lega. 3. d. l. cum proponebatur. de legat. 2. atque in locis permultis Doct. Itaque ſi voluntas teſtatoris ſubſtitutum huic fauet, [illegible] ita deferri eum oportet?

Secundo cum ſubſtituto facit: namque dubitatio non eſt,
† quin chariores maſculi deſcendentes teſtatori fuerint, quam 20
agnati tranſuerſales, quos à maſculis excludi deſcendentibus voluit; & quia nominati prius deſcendentes ſunt. l. qui ſolidum. §. 1. cum eſſ. ibique Ang. & Imola ff. de heredi. inſtit. Idem Ang. ſcribit in d. l. heredes mei. § final. ff. ad Trebell. Bald. in authen. hoc amplius numer. 29. Cod. de fideicommiſſ. & in l. 1. Cod. de edicto diui. Adr. tollen. Idque l[illegible] cum in primis hab[illegible], quod vocatos de[illegible] ſcendentes maſculos in conditione poſitos, per ea, quæ ſcripta à nobis ſunt in conſ.

conſ.109.num.2. Atque regulariter iure hoc expreſſum videtur, dilectos magis deſcendẽtes, quam tranſuerſales intelligi *l.3.§.liberis.ff.de lega.praeſtan.* vbi liberis, nõ fratribus legata conſeruantur; quem tex. in ſententiam hanc Dec. tirat *in conſ.515.numer.6.* Enimuero niſi unus hoc fideicommiſſi Gaſpari impoſiti ad filios deſcendentesque eius maſculos protendi dicamus, abſurda res conſequitur, vt ſplendorem decusq; familiæ ſuæ inter tranſuerſales potius, quam inter deſcendentes ſuos clarere teſtator voluerit. Secunda abſurditas, vt quas agnati tranſuerſales excludunt, eas fœminas vincere deſcendentes maſculi nequeant: ita deterior deſcendentium, dilectorumque magis conditio, quam collateralium remuiurum erit: quod iuri repugnat. *l.Publius.§.1.ff.de condi. & demon.l. Aurelius.§. Titius teſtamento.ff.de liber.lega.l.qui fundum.§.qui filios in fi.ff. ad legem Fal.* qua ratione in ſpecie quæſtionis huius Socin. vtitur *in conſ.250.colum.8.ver.vel ſecundo habemus dicere lib.2.* Pariſ. *in conſil.66.num.63.* iunctis his, quæ ſcripta in eodem conſil. ſunt, *num.58.lib.3.* ratione hac etiam in ſpecie ſubſtitutionis extende coda Roman. vtitur *in conſ.56.num.4.ver.4.quia.* Inde etiam dicimus tranſmiſſioni locum fideicommiſſi conditionalis eſſe, vbicunque melior alias conditio minus dilecti fieret, vt Iaſ. tradit *in conſ.52.colum.fi.verſ. quarta coniectura.lib.3.* Pariſ. *in conſ.77.num 19 & ſequ.lib.2.* & apud nos *in conſ.62.num.10.* Quid autem dico meliorem tranſuerſalium, quam deſcendentium conditionem alias futuram? imo enim & extraneorum potior cauſa erit; ſiquidem facultas nouiſſime decedenti datur, alienum eligendi quem heredem faciat, dum Seſſium tamen eo cognomento ſe faciat. Quis porro abſurdum hoc perferat, vt deſcendentibus alienus anteferatur? *l.2.ff.in quib.cauſ.pign.vel hyp.tac.contr.l.Procula.ff.de proba.l.ſi ſeruus communis.ff.de don.inter virum & vx.l.cum rem alienam.C.de lega.l.ſi C.de teſta.milit.* Et quam aliam ob cauſam conditio in fideicommiſſis ſubauditur, de qua *in d.l.cum auus.ff.de cond.& dem.in d.l. generaliter.§.cum autem.C.de inſt.& ſubſt.& in d.l.cum acutiſſimi.* niſi abſurdi illius amouendi cauſa, ne ad extraneos deſcendentibus excluſis bona venirent? Sed & offenſionem verba patiuntur, ne poſteris extranei anteponantur, eo que nomine in coniunctam diſiuncta reſoluitur. *l.ſi is qui 400.§.item ſi pater.ſecundum glo.ſenſum vulgo receptũ.ff.de reb.dub.* Rui. *in conſ.188.n.6.lib.2.& in conſ.139.n.20.lib.3.*

Et quamuis deſcendentibus maſculis ſuperſtitibus, locus ſubſtitutioni tranſuerſalium non ſit; ſatis tamen eſt meliorem aliunde tranſuerſalium extraneorumque fieri conditionem poſſe, ſi fauore eorum Gaſparem duntaxat grauatum, non etiam deſcendentium concedimus, ſi inter deſcendentes ipſos, eorumque fauore aſcriptum non eſſe fideicommiſſum aſſerimus, ſi maſculis deſcendentibus concurrere fœminas ab inteſtato admittimus, quas vel extranei vincunt.

Itaque ſi & deſcendentes ipſos vocatos grauatoſque dicimus, conſequens ſit, cum qualitatibus ſuis omnibus ad eos grauamen trahi, vt teſtatoris etiam tranſuerſalibus reſtituere ipſi debeant. *l.ſed ſi manente.ff.de precar.l.cum ſtipulatus ſum mihi à Proculo.ff.de verbor.obligat.l.legem.Cod.locati.* Bart. *in l.1.§.& poſt operis nu.5.ff.de op.noui nunc.* Gemin. *in conſ.56.colum.2.ante med.* Alexand. *in conſ.106.numer.23.lib.5.* Deci. *in conſ.78.colum.1.in fi.* Rui. *in conſ.57.num.11.lib.3.*

Tertio ex Caſtr. ſubſtituti intentio iuuatur *in conſ.343.quae ex*
21 *allegationibus.col.2.circa med.lib.2.* vbi in ſpecie q.huius † ad liberos etiam in conditione poſitos extendi grauamẽ putat, quotiens id genus bona verſantur, quæ vel ambulare ad alienos non ſolent, vel teſtatoris voluntas apparet, ne ad ea extranei admittantur.

Quid hic dicendum, vbi non modo ad alienos, quamdiu agnati ſupereſſent, ſed nec ad fœminas agnatas, dum maſculi agnati interuenirent, tranſire bona voluit? Cum ſententia hac Caſt. quamuis eam non referat, Curt. poſterior ſentit *in conſil.121.numer.15.* vbi locum Oldrad. dicto eſſe non putat *in d.conſil.21.* vbicunque in gradu nouiſſimo ſubſtitutionis agnatio inuitatur; vel cum prohibitio alienandi interuenit. De qua re dictum à nobis eſt *in conſ.98.colum.2.& in conſ.71.colum.fi.ver.ſecundo principaliter.* Ex Socin. opinio hæc iuuatur *in d.conſ.250.col.6.verſi.poſt confirmantur permiſſa & ver.ſeq.lib.2.* vbi prohibitionem alienationis in ſpecie hac ſimiliter obſeruat, vt Cur. poſterior. Idem Pariſio viſum prohibitione hac interueniente *in conſ.57.per totum, & num.7.praecipue lib.2.in conſ.1.num.13.& numeris plurib.ſeq.& in conſ.33.lib.3.*

Quid hic dicendum, vbi non venditio modo, & alienatio, ſed & diuiſio prohibita eſt? vbi vltra alienãdi prohibitionem, omni ſtudio, & diligentia proſpectum à teſtatore eſt, ne Seſſiorum familiam bona ſua egrederentur, ratione agnationis conſeruandæ ab eo non ſemel expreſſa, ſententiæ huic Caſtr. Soc. & Curt. ion. & Pariſii. Ruinus quoque nec leuiter opitulatur *in conſ.143.colum.4.lib.3.* vbi locum Old. dicto eſſe non putat *in d.conſ.21* de quo in primordio conſi. dixeram, vbicunque maſculis interuenientibus à ſucceſſione fœminæ ſubmouentur. Ibi enim ad filios in cõditione poſitos, ſubſtitutionem fideicommiſſumque extendi, ne contra quam teſtatori placuit, locus alias fœminis fiat. Eiuſdem ſententiæ & Pariſ. eſt *in conſ.11.colum.1.& 2.lib.3.*

Quanto facilius ius idem probandum hic erit, vbi non ſimpliciter ſubmotæ fœminæ à ſucceſſione ſunt, maſculis interuenientibus, ſed & alienatione bonorum interdictum, ratione agnationis, cum verbis, tum re ipſa expreſſa. In eandem ſententiam Dec. quoque accedit *in conſ.477.* vbi cum excluſæ neptes propter maſculos ſunt, locum dicto Old. *in d.conſ.21.* non putat, quotiens ad bona aſpirare neptes poſſent, etiam ſi cum eis maſculi de iure ſuccederent. Atqui fœminas cum maſculis admitti non ambigitur, niſi grauatos & maſculos ipſos dicimus, qui poſiti in conditione ſunt.

Quarto, ex eo ſententia hæc iuuatur, † quod agnationis fa- 22
uore fideicommiſſum inducitur, vbicunque cauſa expreſſa agnationis eſt, vti dictum in argumento quinto ſupra habemus, quod ad vocationem filiorum adductum in prima dubitatione, atque in fine argumenti ipſius quinti habemus. Idque locum in verbis etiam enunciatiuis habet vice cauſæ expreſſis. Socin. *in d.conſ.250.num.4.verſ.praeterea adducitur cauſa lib.2.* Idem Caſt. probat *in conſ.324.ſuper ſecundo puncto, in 3 dub.lib.1.* fideicommiſſum nouum propter agnationem naſcitur; longe magis, quod natum eſt, ampliationem admittet: enim facilius quid extendatur, quam nouum fiat. *l.ſeruum duos in princip.ff.de arb.l.1.& 2.cum ibi not.ff.de ind.l.ſi donata.§.ſi ſponſus.ff.de dona.inter vir.& vx.l.praetoriorum.C.de iur.& fa.om.ind.c.cum olim Abb.de offi.deleg.* Sign. *in conſ.69.colum.4.poſt med.* An.& alii *in l.ſi.ff.de ſeruis.* Socin. *in conſil.111.abundenum 1.in fi.ver ſtante ergo tali ſtatuto lib.1.* Decius *in c.de cauſis colum.1.circa fi.de offi.deleg.& in c.perſonas.colum.fi.de app.* Cur.iun. *in conſ.174.num.27.* atque in terminis ſubſtitutionis facilius eam extendi, quam nouam induci, Soci. iun. probat *in conſil.103.nu.11.lib.1.*

Hic plane inductum fideicommiſſum agnationis cauſa palam eſt; illud demum diſceptatur, an quod expreſſim iniunctũ Gaſpari eſt, extendi ex veriſimili teſtatoris voluntate ad filium eius Franciſcum debeat.

Quinto etſi maxime in caſu ſpeciali facta ſubſtitutio tranſuerſalium videatur, caſu quo videlicet ſine filiis maſculis Gaſpar decederet; attamẽ quia ratio in ſubſtitutione aſcripta generalis eſt; quoniam in linea maſculina Theſei & Guidonis bona ſemper manere voluit, quamdiu erit, ex tõc hac generali ampliari ſubſtitutionẽ ſpecialem oportet, vt ad eum etiam caſum pertineat, quo Gaſparis filius ſine maſculis & ipſe decederet, id, quia locum ratio alias haberi generalis nõ poſſet. Quomodo etiam in linea memorata Theſei & Guidonis perpetuo ſemperque manere bona poterunt, niſi oneratos & Gaſparis deſcendentes dicamus.

Iuris plane obſcuri non eſt, † ex ratione generali diſpoſitio- 23
nem ſpecialem ampliari, ad caſusq; omnes trahi, in quibus ratio ipſa generalis mouet. *l.regula.§.& licet.ibique Bart.& Bal.ff.de iuris & facti igno.l.nomen debitoris.§.fin.ff.de leg.3.* Bar. *in l.ſi ater filium.§.fundum in fi.ff.de lega.3.* Bal. poſt Cy. *in l.voluntas.num.11.Cod.de fideicommiſſ.* Paul.de Caſt. *in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut.matrimon.in conſil.251.viſa quadam ſcriptura.colum.1.poſt med.lib.1.* Gemin. *in conſ.39.col.1.& in conſ.ſeqn.colum.2.poſt princip.* Curt.Sen. *in conſ.80.viſo colum.3.poſt med.ver.& in propoſito noſtro.* Idque locum etiam in materia exorbitanti habet, Gemin. *in d.conſ.49.colum.2.* Atque in materia prohibitionis alienandi, quam odioſam eſſe conſtat, Bar. loquitur *in d.§.fundum* Dec. *in conſ.38.col.nu.2.circa fin.in conſ.291.colum.3.poſt med.& in conſ.422.colum.2.in fi.* Idem in materia correctoria ſeruandum Bal. aliique ſcribunt *in auth.quas actiones.qu.3.C.de ſacroſanct.eccleſ.* Paul.de Caſt. *in d.l.ſi vero.§.de viro.* Sed & in materia pœnali locum id habet, in qua ratio ipſa expreſſa ſit, vti relatum apud nos eſt *in tract.de antiq.tempor.par.4.numer.107.* Quæ cum ita ſint, maſculis deſcendentib. remotis aut ceſſantibus, dicendum videtur ad lineam maſculinam Theſei Guidonisve bona peruenire.

24 Sexto ſciendum, † fideicommiſſum reale ſimpliciter inueniri, vt prohibitionem realem alienandi. reale autem dicitur, quod rebus, non perſonis imperator, ita vt res ipſæ, non perſonæ onere ipſo affectæ fideicommiſſi intelligantur. Atque ideo ad quemcunque cum onere ipſo fideicommiſſi res peruenium, vendicarique à poſſeſſore ipſo perinde quaſi bona fideicommiſſa poſſunt.

Reale plane fideicommiſſum iudicari dupliciter poteſt, principio cum ſub cōditione mortis heredis aut alia ſimpliciter quis ſubſtituitur. ibi enim conditione cedente vendicari bona à poſſeſſore quouis poſſunt, etiam qui grauatus non ſit, aut qui grauari non potuit. Bald. *in l. precibus. numer. 48. verſ. extra quæritur. ibi quæ Bal. eo non potuit. poſt med. in 6. quæſt. in C. de impub.* Idem Bal. *in l. ab eo num. 4. C. de fideicom.* Soc. *in conſ. 62. num. 9. in fi. verſ. præterea ex quo non grauatus lib. 2.* Dec. *in conſ. 182. colum. 4. circa med. verſ. item ad- vertendum eſt, quia in caſu noſtro.* Cur. ſen. *in conſ. 42. numer. 8. ver. accedat ad præmiſſa. & in conſ. 51. numer. 14. verſ. accedat ad præmiſſa.* Secundo, reale fideicommiſſum ex ratione adiecta iudicatur, veluti cum agnationis tuendæ cauſa ſubſtitutio fit, quo caſu etſi maxime ad perſonas certas reſtrictum videatur, ad alias tamen trahi videtur, in quibus ratio agnationis verſatur, ad ſimilitudinem prohibitionis alienandi perſonis quibuſdam factæ, quæ ad alias propter rationem agnationis expreſſam trahitur, veluti cum alienare filii vetantur; quia ad poſteritatem bona peruenire, vel in familia bona reſidere teſtator vult: ibi enim ad deſcendentes alios prohibitio trahitur, vt Caſtr. ſcribit *in conſ. 102. viſis & diligenter conſideratis omnibus. numer. 3. in ſecundo dubio. lib. 1.* Roman. *in conſ. 457. in ſecundo dubio.* late Soc. *in conſ. 43. lib. 4.* Iaſ. *in l. filiusfamilias § diui. num. 108. ff. de leg. 1. in ſecunda lect.* ibique Ripa *num. etiam 108.* & idem Iaſon *in conſ. 23. colum. 1. lib. 3.* Dec. *in conſil. 162. colum. 2. verſ. quibus tamen non obſtantibus.* Ruin. *in conſil. 124. column. 2. circa med. verſ. & ſi forte dicatur, quod filii lib. 2. & in conſ. 118 in lib. 3.* Cur. iun. *in conſ. 48. num. 12.* Pariſ. *in conſ. 53. numer. 21. lib. 4.* Atque in ſpecie fideicommiſſi, reale idea ratione adiecta fieri, Pariſ. ſcribit *in con. 1. num. 42. & ſequen. lib. 3.* ibique ex Doct. id probat, qui in ſpecie prohibitionis alienandi loquuntur.

Sic à prohibitione ad fideicommiſſum Pariſ. argumentatur, cum ratio vtrobique eadem verſetur. Non ita paſſim tamen hic intelligi, vt ex ratione fideicommiſſo aut prohibitioni adiecta, ad perſonas omnes omnino extenſio fiat. Ad hunc enim modum ſtatuta, quibus fœminæ certis caſibus excluduntur, generaliter ſemper ad caſus omnes traherentur. Sed enim ad deſcendentes eius, cui prohibitio fit, extenſionem fieri, ex Doct. memoratis liquet. Si reale fideicommiſſum hoc ex ratione adiecta ſit, ad filium id Gaſparis trahendum proculdubio videtur.

Septimo ex his ſententia hæc iuuatur, quæ ſcripta in priore dubitatione ſunt, circa vocationem filiorum in conditione ſub qualitate maſculina poſitorum; quia ratio habita agnationis, & quia fœminæ alias vna ſimul cum maſculis admitterentur; & abſurda alia incurrerent, de quibus abunde dictum in prima dubitatione habemus.

Rationes iſtæ omnes ad fideicommiſſum etiam inducendum, ſeu verius extendendum inter filios ipſos valent, vtpote
25 quo non inducto, vocati dici non poſſent. filiorum enim † appellatio ad deſcendentes pertinet, quotiens ſub conditione ponuntur. *ſi ſine pluribus deceſſerit,* vt nihil interſit, vtrum expreſſum ſit, *ſi ſine filiis.* an, *ſi ſine deſcendentibus. d. l. 2. circa. 2. ff. de hered. inſt.* Bar. *in l. liberorum. col. 2. & 3. ff. de verb. ſig.* cum aliis apud Soc. iun. relatis *in conſ. 1. n. 16. in conſ. ſeq. n. 9. lib. 3.*

Quomodo vocatos porro deſcendentes dicemus, niſi grauatos priores admittimus? in antecedens quippe neceſſarium grauamen priorum inducitur. Rurſus cum agnationem conſeruari teſtator voluerit, maſculos in conditione ponendo; quomodo citra grauamen durare agnatio poterit? Ex antecedenti plane neceſſario fideicommiſſum induci. iuris ambiguum non eſt. Cum. *in conſ. 1. colum. 2. in fin.* per text. *in l. ad rem mobilem & in l. ad legatum. ff. de proc. vel illud ff. de acq. hered.* ex coniectura etiam neceſſaria fideicommiſſum induci, Caſt. ſcribit *in conſ. 28. in caſu, qui verſitur inter Petrum num. 2. in ſolo. x.* Iaſ. *in conſ. 108. colum. 1. circa med. ver. item fideicommiſſ. in vtroque num. lib. 4.* Sed enim non ſatis ſolum coniectura neceſſaria ad fideicommiſſa ſed & probabilis videtur, vtique ſi probabilis non paululum ſit. Soc. *in conſ. 104. numer. 8. ver. ſed prædictis omnibus non obſtantibus. lib. 3.* Ripa *in d. l. heredes mei § cum ita. colum. 5. poſt med. ff. ad Treb.* Atque in ſpecie & nominatim grauatos filios in conditione poſitos eo caſu intelligi, quo vocati cenſentur, neque locum tunc dicto Oldr. eſſe *in d. conſ. 21.* ſcriptum apud Guidonem Papæ legitur, *qu. 553.* Idem Decio viſum, & ſi Guido Papæ non referat, *in conſ. 270. in fin.* Idem etiam Dec. ſenſit, ſi ſedulo obſeruatur *in conſ. 95. in ſin. ibi, & quando per alia verba vocati fuerunt.*

Simpliciter tamen & generaliter ſententia hæc Guid. Papæ Deciique non vtere, vt quo caſu vocatus filius eſt, grauatus is intelligatur, vt eſt apud nos *in conſ. 98. num. 1. & numer. 14. verſ. tenendo hanc opinionem in notulis Venetiis poſtea impreſſis.* Cæterum in ſpecie hac, in qua ratio habita agnationis eſt, & ipſa expreſſa, ex vocatione recte argumentatio ad grauamen deducitur; ſiquidem rationes omnes, quæcunque in vocatione mouent, ad grauamen etiam vrgent: quin etiam ſiugi nullus vocatio in ſpecie hac ſine grauamine ad voluntatem teſtatoris implenda eſſet. His conferunt quæ late diximus *in conſ. 978. n. 9. verſ. quinto, locus Oldra. ſententiæ. & nu. ſeq.* vbi pluribus modis ad conſil. Oldradæ reſpondimus.

Octauo, ſententiæ huic iouandæ appoſitiſſime argumentum ſeptimum atque vltimum confert, quod adductum in priore dubitatione eſt ad vocationem filiorum demonſtrandam, qui poſiti in conditione ſunt, & quod in exemptione oneris, de quo ibi nititur.

Per quam exemptionem teſtatoris animus non obſcure apparet, vocatos deſcendentes grauatoſque intelligi, alias inepta exceptio aut exemptio illa fieret, vtpote aliena à regula ſeu extra regulam impoſita: † quam ipſam tamen ex viſceri- 26
bus excipi regulæ oportet. alias ridicula ineptaque prorſus exceptio conſtat, non minus atq; ſi dictum ſit, omnis homo currit, aſino excepto.

Vera igitur, rectaque exceptio tum denique habetur, ſi ſub præcedentibus includitur. *l. nam quod. 6. fin. ff. de pen. leg. gl. in 6. 1. in gl. 3. de app. lib. 6.* Bar. *in l. in hac. ff. de legib. in l. 1.* ibique Dec. *nu. 26. ff. de reg. iur.* Alexand. *in l. fin. colum. ſi circa med. v. reſcd ipſemet. ff. quod quiſque iuris.* Signorol. huc accedit *in conſil. 71. colum. 3. in princip. verſ. præterea per hoc in conſ. 82. numer. 10. ver. præterea. idem in conſil. 166. colum. 6. in fin. verſ. ſeptimo ſic. & in conſ. 38. numer. 11. in fin.* Hicque modus argumentandi Signoroli ſpectandus ad rem hanc maxime accommodatus.

Appellatione enim alienationis tranſactionem contineri, hoc modo probat; quia rei litigioſæ prohibita alienatio præter tranſactionem eſt. *l. ſi. C. de litig.* per exceptionem hanc palam fit, ſub alienatione tranſactionem includi; quoniam ſi incluſa non ſit, neceſſaria exceptio tranſactionis non erat, quorſum enim tranſactionem de regula alienationis eximere, ſi appellationi alienationis tranſactio non cedit? Eadem ratione dicendum, deſcendentes maſculos ſub regula grauaminis fideicommiſſiue comprehendi: aliter, ſi comprehenſi ſub grauamine fideicommiſſi non erant, quorſum onus illud excipere, eidemque lineam deſcendentium maſculinam eximere, cum neceſſaria prorſus exceptio exemptioue non eſſet?

Ex prohibitione etiam Trebellianicæ argumentum hoc octauum iuuatur, quæ prohibitio generaliter omnes apprehendit, quicunque in hereditate ipſa ſuccederent. per aliquem enim ſeu aliquos detrahi vetuit, qui in hereditate ipſa ſuccederet. dictio plane, *aliquem*, ſeu *aliquos*, vniuerſalis eſt, Gemin. *in conſ. 29. colum. 1. poſt med.* Ruin. *in conſ. 42. numer. 27. lib. 1.* Gozad. *in conſ. 27. colum. 5. poſt med. & in conſ. 31. colum. 3. ante med.* Itaque grauatos omnes teſtator in prohibitione hac ſenſit, quicunque in hereditate ſua ſuccederent: ſiquidem grauamine ceſſante, inepta Trebellianicæ prohibitio eſt.

Nono, ſi interrogatus † teſtator in ſpecie de caſu hoc fuiſſet, 27
filio Gaſparis abſq; liberis maſculis decedente, vtrum ad matrem eius teſtatori ipſi alienam penitus, an & ad fratres agnatoſque ſuos, quorum cauſa Gaſparem filium onerauerat, peruenire bona vellet, nemo omnium dubitat, quin in gratiam fauoremq; reſponſurus agnatorum fuiſſet, propter quos filias, fœminaſque alias deſcendentes excluſas eſſe iuſſit, & quibus vehementius partib. infinitis, quam vxori Gaſparis extraneæ incognitæque affectus erat.

Quod

Quod cum ita ſit, pro expreſſo depoſitoque haberi caſum iſtum conuenit, verborum quidem tenus omiſſum, ſed voluntate non obſcure declaratum. *leg. 1. de pactum. §. final. ibique gloſ. & Doct. ff. de pactis. leg. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthu. leg. videtatem. & leg. ut confirmando. ff. de confirmat. tut. leg. cum res. verſic. 1. ff. de legat. 1.* vbi nihil intereſt, expreſſum quid ſit, an veriſimiliter teſtator id ſenſerit. Quæ regula cum ad materiam omnem, tum vero maxime ad ſubſtitutiones ampliandas pertinet. Alexand. in *conſil. 130. numer. 5. verſicul. confirmant prædicta. lib. 2.* Curt. ſen. in *conſ. 51. ſuper teſtamentis. numer. 4. & numer. 28. in conſil. 75. numer. 4. & num. 13.* Dec. in *conſil. 569. poſt prin. & in conſil. 591. colum. final. verſicul. ſucceſſiue non obſtat.* cumulate Iaſ. in *conſil. 203. colum. 2. ante med. verſicul. ſecunda ratio eſt lib. 2. & in conſil. 108. colum. 4. verſicul. tertio principaliter mouetur. lib. 4.* ibique ad ſpeciem hanc propius loquitur, cum gradus plures ſubſtitutionum facti a teſtatore ſunt, quibus excluſæ ſemper fœminæ leguntur, idem eum in caſu omiſſo facturum veriſimiliter fuiſſe. Quid hic dicendum? vbi vltra veriſimilitudinem hanc coniecturæ et aliæ concurrunt, quæ ſententiam hanc omnino confirmant. Hicq; obſeruandum, ſatis coniecturas leuiores ad voluntatem diſponentis demonſtrandam

28 eſſe, vbicunq; veriſimilis voluntas per ſe eſt, ſimiliter † vt leuior in his probatio admittitur, quæ veriſimilia ſponte ſua ſunt. Dec. in *conſil. 596. num. 7. & n. duobus ſeq.* & apud nos in *conſil. 258. num. 19.* Quid hic dicendum, vbi probabiles, vehementes, imo & neceſſarias coniecturas verſari teſtatum ſatis habemus? Quin etiam abunde ſatis veriſimilitudo ipſa ſola videtur, id eſt, quod veriſimiliter idem diſpoſiturus in caſu omiſſo teſtator fuerat, ſic quomodo argumentum hoc nonum apertiſſime declarat.

Argumentis his nouem confirmata ſatis perlucideque ſubſtituti intentio videtur. Illud demum ſupereſt, vt impedimenta auferamus, quæcunque obiecta è regione ſunt: quibus amotis, ſplendidior res fiat. Itaque argumentum primum non mouet, quod fundatum in *d. conſil. 21.* Oldrad. eſt, quod ad eum caſum pertinere dicimus, quo filii etiam maſculi poſiti in conditione ſunt. In quam ſententiam conſilia Decii relata non pauca fuerunt. Namque quod ad Decium attinet, nihil in ſpecie hac autoritas eius faciẽda, vtpote ſibi ipſi contrarii. *l. qui falſa vel varie ff. de teſtib.* opinione enim illa Deci. vtitur in *dict. conſ. 270. in fin. & in dict. conſil. 95. circa fin.* vt ad eum caſum Oldrad. dictum non traliatur, quo vocati filii cenſentur in conditione poſiti. Atqui frequentior Deci. & maior recentiorum pars in ſententia Guidonis Papæ eſt, vocatos filios intelligi, qui poſiti in conditione ſub qualitate maſculina ſunt, vt probatum in dubio priore habemus, & in *dict. conſil. 62. numer. 15.*

Et quidem locum opinioni Oldrad. tum non eſſe, cum vocati maſculi dicuntur in conditione poſiti, & agnationem conſeruati ſtudio curæque teſtator habuit, confirmatum teſtatumque neceſſario in argumento ſeptimo habemus, quod factum in ſententiam hanc atque indubitatione ſecunda habemus. Apparet ex his, in contradictionem manifeſtam Decium lapſum, cum eo etiam caſu imprudens Oldrado ſubſcripſit, quo poſiti in conditione filii maſculi ſunt. Eandem reſponſionem Socin. vterque ſenior & iunior cum Pariſio patiuntur, qui relati in primo hoc argumento ſunt.

Secundo reſpondetur, ex diuerſis argumentum Oldrad. deduci in *dict. conſ. 21.* Namque ex iure illo generali argumentatur, ſatis eſſe conditionem ſubſtitutioni adiectam ſemel defeciſſe, neque eam reuireſcere, filiis in conditione poſitis, ſine liberis & ipſis mortuis: quod argumentum verum quidem eſt, ſi extinctam conditionem omnino dicimus; ſed enim falſum præſuppoſitum id eſt, extinctam conditionem in morte filii eſſe. filio maſculo relicto, quod ad filium ipſum attinet: extincta enim hæc ad perſonam filii reſtringitur, qui oneratus priore gradu eſt. Cæterum in filio eius, ad quem ex voluntate teſtatoris fideicommiſſum ambulat, falſum prorſus eſt, cum grauatus & ipſe ſub conditione conſimili ex coniecturis efficacibus dicatur.

Tertio reſpondetur, ſimpliciter plus nimio atque ſine diſcrimine vllo Oldrad. loqui, quaſi ratio eadem iuſque idem caſus vtriuſque ſit, nihilve referat, vtrum ſub conditione filii ſimpliciter adiiciantur, an maſculorum expreſſione facta. Inter quos caſus quantum diſtet, ſuperiora docent. Neq; articulus iſte de maſculis ab Oldrad. examinatur, argumentis commemoratis, nedum dilutis, quæ ab expreſſione hac colligi maſculorum ſolent: ob id minimi Oldrad. authoritas pendenda, à quo diſcuſſus diſceptatusve articulus non eſt, verum Doct. aliis magis credendum tribuendumve, qui quæſtionem ipſam nominatim diſcernunt atque diſputant, per ea quæ ſcripta ſuperius in primo dubio atque in confutatione prioris argumenti habemus, *num. 15. verſ. ceterum poſt Alexand.*

Quarto reſpõdetur, veram Old. opinionem fac eſſe in ſimplici maſculorum expreſſione, locum certe habere in ſpecie hac non poteſt, in qua præter maſculorum expreſſionẽ coniecturæ & aliæ ſane quam probabiles, veriſimilesve, immo & neceſſariæ incurrunt, quæ grauaminis huius in filiis etiam maſculis ſub conditione poſitis fidem non dubiam faciant: de quibus dictum ſatis in ſuperioribus eſt.

Quinto, coniecturis etiam aliis remotis, ſolaque maſculorum expreſſione interueniente nihilo magis Oldrad. ſententiæ locus eſſe eo caſu poteſt, quo ab inteſtato fœminæ non excluduntur, & quo caſu vocatos maſculos facilius intelligi, cumulate dictum in priore dubio habemus. Sicut enim vocati maſculi credantur, ita & grauati, vtpote cum grauamine ipſo ceſſante, conſeruationi bonorum locus eſſe in familia non poſſit, contra quam placitum teſtatori eſt, qui niſi maſculorum rationem non habuit. Ita in ſpecie q. huius Socin. obſeruat ex diuerſo, ſeu in argumento contrario relatus in *d. conſil. 116. colum. 3. poſt med. verſic. quæ omnino non habent aliquo modo obſtare. vſque ad verſic. ſecundum vero tollitur lib. 3.* Sic in partem diuerſam Socin. teſtimonium regeritur, ſtatuto id genus nõ interueniente, vnde fœminæ excludantur. Apparet etiam ex reſponſione hac quinta, Guidonis Papæ Deciique opinionem, de qua in ſeptimo argumento dubitationis huius poſterioris, Socini etiam authoritate fulciri in *d. conſil. 116.* eo videlicet caſu, quo per ſtatutum fœminæ tum ſubmouentur: quamuis ſtatuto hoc etiam poſito, ius idem probandum nihilominus videtur, ubi coniecturas tot alias ſuperius enarratas.

Eadem ratione in partem diuerſam & Pariſii authoritas retorquetur, in *d. conſil. 31. & in dict. conſil. 44. lib. 2.* qui relatus in argumento primo eſt. Ibi enim ratione illa potiſſimum mouetur, quod vocati filii iſti maſculi non ſunt in conditione ſolummodo poſiti, atque ideo grauamine affici non potuerunt. Ita ratione hac vtitur in *d. conſ. 44. num. 8. & num. 15.* Idem Iaſ. facit in *d. conſil. 128. colum. 3. verſic. 3. pro eadem parte & in ſin. conſil. lib. 2.* A ſenſu igitur contrario, vocatione admiſſa, ius aliud ſeruandum cenſent, vocationem plane vel ex ipſis Iaſ. & Pariſ. in dubitatione priori oſtendimus, qui vocatos filios maſculos in conditione poſitos exiſtimant: ſecundum quę contrarii ipſis ſibi Iaſ. cum Pariſio apparent.

Non obſtat ſecundum argumentum, quo ſolo Alex. mouetur in *d. conſ. 139. lib. 6.* idcirco ad filios in conditione poſitos ſubſtitutionem non porrigi, quoniam ad eum caſum ſubſtitutio adaptari nec ex improprія ſignificatiõe poteſt, quo caſu nihil fieri teſtatoris voluntas ſolet. *dict. leg. in ambiguo.* cum aliis in argum. ipſo adductis. Miratus certe ſemper ſui, argumento huiuſmodi Ale. adductum, vt deſerendã adid teſtatoris voluntatem crediderit. Multifariam enim argumentum hoc diſſoluitur. Principio inficias eundo, improprie caſum hunc omiſſum ſub expreſſo non contineri: ſiquidem nihil aliud hic agitur, niſi vt ad nepotes cęteroſve deſcendentes fideicommiſſum protendatur, quod impoſitum filio eſt. Atqui † filiorum appel- 29
latione large nepotes comprehendi dubitatio non eſt. *leg. filio. & leg. iuſta. ff. de verbo. ſignificat.* Bartol. in *leg. liberorum. colum. 2. poſt princ. q. verſic. alii, vt D. Andr. & numer. 9. verſic. in textu principaliter eſt videndum. ff. de verb. ſignificat.* Alexand. in *conſil. 2. num. 6. & 7. lib. 1. in conſil. 5. numer. 3. in fin. verſ. præterea iſtam opinion. & in conſil. 26. num. 8. in verſic. pro iſta opinione. lib. 3.* vnde ex mente teſtatoris præſumpta, quam Alexan. non diffitetur, grauamen filio iniunctum porrigi ad nepotes debebit: quod Alexand. admittit in *d. conſ. 139.* ſiquidem ea larga ſignificatione comprehenſus dici caſus iſte poſſit. Id quod ſolummodo Alexand. non probat. Atque in ſpecie appellatione filii ex mente præſumpta nepotem contineri Paul. ſcribit in *conſil. 75. numer. 67. & in conſil. 78. numer. 12. lib. 2.*

Secundo reſpondetur, caſum iſtum omiſſum fac ſub expreſſo ex ſignificatione larga non contineri: fideicommiſſo locum ta-

cum nihilo minus & in perſona nepotis erit. Namque cum ratio agnationis habita in ſubſtitutionibus iſtis ſit, eaque expreſſa, pro eo res eſt, atque ſi nominatim comprehenſus caſus iſte in ſubſtitutionibus eſſet: ſic comprehenſiue caſus iſte prouiſus,
30 non per extenſionem dicitur. Locus quippe † extenſioni non eſt, vbicunque expreſſa ratio inuenitur, verum ſub diſpoſitione ipſa includi caſus dicitur. *Lucmanus & rei. §. verbum ex l. ff. de verbor. ſignificatio. leg. bis ſolus ibi; ſatis etiam tacite cautum putamus. Cod. de reuo. don.* Gloſ. in *cap. 1. de temp. ordi. lib. 6. in cap. ſi poſtquam. in ver. mente. de electio. in lib. & in clem. 1. de electio.* cum aliis apud Alexand. relatis *in conſil. 75. numer. 2. in fin. lib. 5.* apud Deci. in *cap. in præſentia. num. 35. de probat. in conſil. 284. colum. 2. ante med.* Iaſ. in *leg. cum quidam. colum. fin. numer. 22. ff. de lib. & poſthum.* plenius apud nos *in conſil. 183. numer. 3.* Inde fit, vt permiſſa extenſio in materia etiam pœnali ſit, ob rationem expreſſam. Alexand. in *leg. cum mulier. in quinto notab. ff. ſolut. matrim. in d. conſil. 75. num. 2. in fi.* Dec. in *cap. at ſi clerici. colum. 7. verſic. & retenta tamen communi opinione. de iudi. in d. conſil. 284. colum. 2. ante med.* & in *conſil. 372. numer. 7.* Iaſ. in *d. leg. cum quidam num. 21. verſic. quinto notabiliter limita.* In materia tamen pœnali latam ſaltem ſignificationem exigi, vt extenſio ad caſum omiſſum fiat, placere Doct. videtur. Non ſolum autem in ratione expreſſa locum prædicta habent, ſed & in tacita, quæ pro expreſſe tamen habetur, vbicunque ſcilicet niſi vna reddi ratio non poteſt, vt ex Bald. Caſt. probat in *d. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matri.* Curt. ſen. *in d. conſil. 75. num. 4. & in d. conſil. 80. recte. col. 3. poſt med. verſ. in propoſito noſtro. Pariſ. in conſ. 66. n. 66 lib. 3.*

Tertio obſeruandum, nepotes hic & deſcendentes maſculos nominatos; ſiquidem poſiti in conditione ſunt. Vnde illud quæritur, vtrum vocati grauatique cenſeantur, cum aliter conſultum dici agnationi conſeruandæ non poſſit, quam curæ tam maximæ teſtator habuit. Quocirca extenſio hic ad perſonam non nominatam non vertitur, verum in perſonis ipſis expreſſis quæſtio verſatur, vocatæne atque grauatæ hoc ipſo dicantur, quod ratio habita agnationis eſt, quæ ſalua fieri non aliter ex ſententia teſtatoris poteſt, niſi ſi vocationem grauamenq; admittimus.

Quarto reſpondetur, ſi reſponſionem hanc Alexand. admittimus, idcirco grauatum filium non intelligi in conditione poſitum, quod neque proprie, neque improprie ad caſum iſtum trahi grauamen poteſt, quod iniunctum inſtituto eſt, ſubuerſio euidens deciſionum infinitarum conſequitur, quæ probatiſſimæ ſunt vulgoque à Doctor. receptæ: ex quibus nonnullas Alexand. ipſe commemorat in *dict. conſil. 130. numer. 5. & 6. lib. 2.* plures Iaſon recenſet in *dict. conſil. 203. colum. 2. lib. 2.* cum aliis in nono argumento ſupra aggregatis; per quas apparet, ad eum caſum extenſionem fieri, in quo idem prouiſurus teſtator veriſimiliter fuerat, ſi interrogatus de eo fuiſſet. Namque ſi deciſiones illas ex fide bona ſeduloque intuemur, vtrique comperietur, neque proprie, neque improprie ſub caſu expreſſo omiſſum contineri.

Et quidem perſpicue res in exemplo illo fit, in quo ad caſum ſecundi matrimonii trahitur, quod diſpoſitum poſt mortem vxoris eſt. Atqui commune quicquam, quoad ſignificationem verborum vel impropriam, cum ſecundo matrimonio mors non habet. Rurſus quod pupillarem tacitam vulgaris contineat, vtque verſa pupillaris expreſſa tacitam vulgarem, verborum hoc ſignificationi impropriæ etiam repugnat, vt verba affirmatiua ad negatiua trahantur, & ex diuerſo; atqui ea ratione factum id eſt, quod ſi cogitatum ad eum caſum, eum interrogatus de eo teſtator fuiſſet, idem diſpoſiturus veriſimiliter fuerat, vt habetur in *l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Quod ſi Alexand. reſponſionem admittimus, à lege ipſa recedere nos oportet. Hicque obſeruandum, ſi veriſimilitudinis huius rationem lex habet, etiam ſi coniecturis aliis veriſimilitudo ipſa non iuuaretur: quanto magis probandum idem erit, vbicunque coniecturæ aliæ aſtatum concurrunt, ex quibus voluntas præſumi i-
31 ſta poteſt. Potentior quippe † non paulo voluntas teſtatoris eſt, quæ ex diſpoſitione verbiſque eius per coniecturas percipitur, quam quæ ex veriſimili à lege interpretatur. Prior, quæ tacita & probata dicitur, ad mentem à legitima excludendam in ſubſtitutione pupillari tacita valet, quod contra in voluntate à lege interpretata eſt. Bartol. in *leg. 2. in princip. numer. 38. ff. de vulg. & in dicta leg. final. Cod. de inſtitutio. & ſubſtitutio.* not. idem Bartol. in *leg. centurio. colum. 2. poſt med. verſicul. non ob. ratio Petri. ibique expreſſim Bald. ante fin. verſicul. ego reſpondeo ad argumentum. ff. de vulga. &*

In caſu iſto non inique Bald. ſententia videtur in *leg. cum virum. numer. 19. Cod. de fideicom.* mentem teſtatoris ſequendam, de qua conſtet, etiam ſi omnino verba repugnant.

Quinto reſponſioni huic Alexand. Caſtrenſ. Socin. Curt. poſterior, Rui. Pariſ. Guido Papæ, Deciuſque reclamant, quos relatos in tertio & ſeptimo argumentis pro ſententia hac habemus, à quibus Oldrad. dictum in *dict. conſil. 21.* limitari oſtendimus; quæ limitationes ſola teſtatoris voluntate nituntur. Enimuero falſæ limitationes omnes ſunt, ſi vera Alexand. reſponſio eſt, ad eam voluntatem teſtatoris non attinere, ſi ceterique eam faciendam, quotiens ad caſum omiſſum nec ex ſignificatione impropria trahi verba poſſunt. Semper enim argumentum hoc obſtaturum Alex. erit; ſiquidem caſus idem ratióque eadem in limitationibus omnibus memoratis verſatur, in quibus non aliud agitur, niſi vt ad filios in conditione poſitos fideicommiſſum trahatur.

32 Conſequens his fit, nihil eſſe † quod authoritate Ruini pars fidat *in dict. conſil. 153. li. 2.* Namque opinio eius in *d. conſ. Alex. 139.* tota fundatur, à cuius ratione reſponſione ve Rui. ipſe non obſcure diſcedit in *d. conſil. 143. colum. 4. lib. 3.* de quo in tertio fundamento pro ſententia hac iacto: neque enim Ruin. opinio ibi ſubſiſtere poteſt, Alexand. reſponſione admiſſa. Ad eundem modum & Pariſii tela arcentur, cuius authoritas in dubiis ſeu motiuis propoſitis allegatur.

Sexto reſpondetur, prædictis etiam omnibus ceſſantibus (quæ ipſa tamen non leuiter mouent) ex eo tamen ſubſtitutionis defendi, pro verbis ipſis teſtamenti declaratum videtur, vocatos grauatoſque maſculos in conditione poſitos eſſe, cum oneri eximuntur, vnum aliquem ex familia Seſſiorum in diſciplina literaria militarive ſuſtentandi, cui adſtricti ſubſtituti alii ſunt ex latere venientes: quod prohibita Trebellianicæ detractatio vniuerſaliter eſt, non ſubſtitutis modo tranſuerſalibus, verum omnibus quicunque ad hæreditatem teſtatoris veniunt, per ea, quæ verbis pluribus ſcripta habemus in priore dubitatione, in quarto & ſeptimo argumento, atq; in dubitatione hac ſecunda ſub argumento octauo.

Tertium item argumentum non mouet, etſi maxime voluntas veriſimilis teſtatori fuerit, vt ad hunc quoque caſum ſubſtitutio traheretur; ſequendam tamen eam non eſſe; quandoquidem permiſſa extenſio non ſit de perſona ad perſonam, qua ratione Deci. præcipue Iaſ. Penſ. que vtuntur in conſil. ſub tertio ipſo argumento commemoratis. Multis enim modis argument. hoc tollitur: principio enim inficiari non pudeat, extenſionem hic non verſari, vt fideicommiſſum Gaſpari impoſitum ad filium eius extenderetur, verum an grauatus filius ex verbis illis conditionalibus cenſeatur, *ſi ſine filiis maſculis deceſſerit*, vel, *ipſo ſine filiis maſculis decedente*, &c. atque adeo verum ad vocationem, & grauamen verba conditionalia valeant.

Locus enim extenſioni eſſet, ſi mentio facta de filiis maſculis non ſit, cæterum expreſſione eorum facta, illud demum dubitatur, an vocati & grauati æſtimentur, ſimiliter vt Gaſpar: conſequenter, niſi declaratio è grauamine Gaſparis nō ſumitur, vt quo animo poſiti in conditione ſint, an vt ab inteſtato an ex teſtamento ſuccedant, non modo ex coniecturis ante enarratis, ſed & ex grauamine Gaſparis declaratio accipiatur: cum
33 nouum non ſit, † partem vnam teſtamenti ab alia declarari. *l. ſi quis ex argentariis. § ſi mutuum ff. de edendo. leg. verum. ibique Ang. ff. de peti. heredi. leg. heredes palam. § ſed ſi notam. ubi, ex ricum ſcripturo. ff. de teſta. leg. qui non militabat. § Lucius. ff. de heredib. inſtitut. leg. qui filiabus. ibique Bartol. & leg. ſi ſeruus plurium. §. final. ff. de legat. 1. leg. legatorum. § 2. ff. de leg. 2.*

Secundo extenſio non verſatur, ratione agnationis conſeruandæ & verbis & re expreſſa, quo caſu incluſiue eius comprehenſiue, non per extenſionem fideicommiſſum hoc in filiis maſculis intelligi, demonſtratum ſupra in ſecunda reſponſione ad ſecundum argumentum poſterioris huius dubitationis refellendum habemus.

Atque nominatim † ad perſonam ex ratione expreſſa extenſionem fieri, ex Caſtrenſ. probatur *in d. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matrim.* Curt. ſen. *in d. conſil. 75. num. 4. verſic. ſi ergo conceſſit. & in d. conſil. 80. recte. colum. 3. poſt med. verſicul. & in propoſito noſtro.* Pariſ. in *d. conſil. 66. nu. 66. li. 3.* Quibus in locis idē in ratione tacita probatur, quæ ꝓ expreſſa habetur, cuiuſmodi ſpecies controuerſa eſt, in qua nimirum agnationis conſideratio nō poteſt, quoties maſculorū 34

mentio

Digitized by Google

uentio ſit. Ioan. And *in rubr. de conſtam. in fin.* apud Specu. Pau. de Caſt. in *conſ.* 421. *quod iſta mater. colum.* 2. *in fin. lib.* 1. *in conſ.* 190. *nouiter reuocatur in dubium. colum.* 2. *circa med. & in conſ.* 300. *viſo quodam proceſſu. colum.* 2. *lib.* 2. Socin. in *conſ.* 12. *colum.* 2. *circa med. num.* 5. *in conſ.* 63. *num.* 14. *verſic. quamuis ſi totus tenor. & verſ. ex quibus infero lib.* 3. *& in conſ.* 73. *numer.* 11. *lib.* 4. Dec. in *conſ.* 2. *colum.* 3. *in fin. verſ. & ſi ante præmiſſa concluſione in d. conſ.* 279. *colum.* 2. *poſt med. ver. circa primam conditionem. in conſ.* 370. *colum.* 3. *poſt med. verſ. ſexto & vltimo. & in conſ.* 316. *col.* 4. *in prin.* Quid hic dicendum vbi & verbis, & re, ſeu effectu ipſo ratio hæc expreſſa agnationis eſt?

35 Tertio permiſſa extenſio † ad perſonam eſt, quotiens abſonum alias conſequitur, vt melior extranei ſeu remotioris conditio, quam proximioris ſit. Quare ſi à maſculis filia excluditur, & neptis incluſa intelligitur, recentiores in *l.* 2. *Cod. de in inoff. teſt.* Signor. huc accedit in *conſ.* 206. cum ſacellum ædificare teſtator iubet caſu, quo hæres filia exſtat, locum ædificandi onere multo magis eſſe, extraneo ad hæreditatem veniente. Eiuſdem generis & illud Corn. eſt *in conſ.* 188. *lib.* 2. ſi à fratribus, patruelibus, aut conſobrinis mater ſubmouetur, longe magis à patruo ipſo excludendam eam eſſe.

Quarto reſponderi ad argumentum poteſt, illud negando; ſiquidem locus extenſioni ad perſonam videtur, quotiens in perſona alia veriſimilis teſtatoris mens verſatur, vt autor Ang. eſt in *d. l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum.* quocum Iaſ. ſentit ſibi contrarius in *conſ.* 148. *colum.* 2. *in fin. lib.* 2. *& in conſ.* 154. *colum.* 5. *poſt med. li.* 4. Pariſ. in *conſil.* 50. *num.* 54. *&* 55. *& ſequen. in conſ.* 66. *num.* 68. *aſſumit. vſque* 74. *lib.* 3. vbi opin. hanc Ang. in æquiorem, humaniorem, crebriorem, veriorem que teſtatur. Challan. *conſ.* 67. *numer.* 46. Mantua. *conſ.* 22. *nu.* 9. *&* 72.

36 Si dixeris, tecum Crau. pugnas, † qui cum Aret. ſenſerit *d. conſil.* 98. *numer.* 13. obſeruandum, quia ſine dubio locum Aretin. opinioni eſſe dixi, vbicunque id agitur, vt ad ſenſum diſpoſitio trahatur, quem comprehendere non poteſt, ex Curt. iun. in *conſil.* 113. *numer.* 19. in alio igitur caſu dubitatione non vacare dictum non obſcure ſentimus. *l. cum prætor. ff. de iud. l. maritus. Cod. de procurat.*

Quartum denique & vltimum argum. non monet, quod verbis poſitum reſtrictiuis eſt. Et quidem quod ad verba illa pertinet, *tunc & eo caſu*, &c. vel id genus alia, impedimento eſſe extenſioni non ſolent, vbicunque mens alia teſtatoris ex coniecturis appàret: ſiquidem caſus ſimiles excludi à verbis iſtis non debent, autor Barba. *in conſ.* 22. *colum.* 5. *verſic. & ſi dicatur lib.* 2. Dec. in *conſ.* 227. *col. fi. & in conſ.* 371. *circa fi.* vbi hoc amplius ſubijcit, taxationem aut reſtrictionem in verbis his non ineſſe, at temporis ſolummodo extremitatem denotari, atque vbi taxatio verſetur, caſus ſimiles tamen non remoueri, per text. in *l.* 1. §. 1. *ff. ſi menſor fal. mo. dix.* cum alijs ab eo aſcriptis.

Caſus ſimiles ob verba hæc non excludi Galiaula ſcribit *in d.* §. *& quid ſi tantum. in quarto nota.* Gozadi *in d. conſil.* 64. *in fin.* per tex. *in d.* §. *& quid ſi tantum. iuncto prin. l.* Eadē opinione Pariſ. vtitur *in conſ.* 92. *nu.* 60. *in fi. verſ. non ob etiam conſideratio. lib.* 2. *in conſil.* 20. *numer.* 36. *in conſ.* 50. *num.* 52. *& ſequen & in conſil.* 66. *num.* 64. *lib.* 3. Ripa *in l.* 1. *num.* 169. *in fi. ff. de vulga.* ibique Decium nominatim mordet *in conſ.* 63. *colum.* 2. vbi opin. diuerſam probat.

Extenſionem per verba iſta non impediri ex veriſimili teſtatoris mente Soc. iun. teſtatur in *conſil.* 106. *numer.* 29. *& ſequen. in conſil.* 114. *numer.* 19. *lib.* 1. *& in conſil.* 145. *numer.* 29. *lib.* 3. vbertime ſcitiſſimeque omnium Caſſador. id explicat. *Deciſ.* 1. *de teſtam fol.* 210. vbi extenſioni verba iſta obſtare, *tunc & eo caſu.* non aliter exiſtimat, niſi dictio aliqua taxatiua ſit, *tantum* vel *ſolummodo*, aut *duntaxat* ſit: *Tunc & eo caſu tantum, duntaxat ſolummodo.* id; quia declaratiua, aut demonſtratiua, non taxatiua eſſe verba hæc ait, *tunc & eo caſu.* Huc pertinent, quæ ſcripta apud nos ſunt in *tra. de ſtatu. temporis. parte* 4. *numer.* 66. extenſionem à verbis iſtis non impediri, quæ ex mente diſponentis veriſimili ſit. Mentem plane teſtatoris ad caſum hunc ferri, declaratum ſatis in ſuperioribus eſt. Sine dubio autem extenſioni repugnare iſta verba non debent, vbicunque abſonum aut abſurdum alias conſequitur, vti in *dict. tractat.* atque in *dict. parte* 4 ſcriptum apud nos eſt, *numer.* 61. Abſurdum plane, nec ſemel tantum, hic conſequi, ſi ad maſculos in conditione poſitos fideicommiſſum non pertinet, demonſtratum ſatis ante habemus.

Reſponſio eadem ad verba alia competit, quæ reſtrictiua videntur, *modo præmiſſo* vel *ſupra ſcripto*; namque interpretari ea ita ſupplendo conuenit, aut alijs ſimilibus, in quibus eadem veriſimilique teſtatoris mens verſatur, & quibus remotis, voluntas ipſa haud dubie offenderetur, abſurdaque plura conſequerentur.

Secundo, ad argumentum reſpondetur, illud retorquendo. Namque ſi caſum hunc, qui omiſſus à verbis dicitur, ſub expreſſo contineri, non modo ob rationis identitatem, ſed & maioritatē, aſſerimus, relatio hæc † verborum reſtrictiuorum 37
ad ſuperiora fieri cum qualitatibus ſuis omnibus debet, id eſt, cum incluſione caſus huius verbotenus ſolummodo omiſſi. *l. ſi prior maritus ff. ſolut. matrim. l.* 2. §. *ſi quis ſub conditione ſic; hunc ſtipulationi eandem conditionem, & cauſ. ac ineſſe ſecundum eſt. ff. vt lega. nomi. caueat l. re iuncta ff. de re iudi.* Anchar. in *conſil.* 64. *viſo diligenter colum.* 3. *poſt med. verſic. ſupra dicta confirmat.* not. Bartul. in *l. ſi quis ſeruum* §. *ſi ff. de leg.* 2. *in l.* 1. *in fi. ff. ſi famil. fur. fec. d. & in l.* 2. *in princip. ff. de recept. at.* Soc. *in conſ.* 17. *n.* 12. *li.* 4.

Tertio reſpondetur, inficias eundo, verba hæc reſtrictiua, vbi conſiderari reſtrictio poſſit, ad conditionem illam referri, *ſi deceſſerit ſine filiis maſculis*, &c. per quam relationem correctio voluntatis teſtatoris conſequeretur, vt Caſtrenſ. docet in *conſil.* 460. *viſo inſtrumento locationis. colum.* 2. *lib.* 1. Abb. *in conſ.* 20. *num.* 2. *lib.* 2. voluntatem plane teſtatoris ad caſum hunc ferri, nihil eſt, quod totiens repetamus.

Quarto ad præcedentia † omnia relatio non fit, vbicunque ex tali relatione voluntas diſponentis læderetur: ad ea n. relatio non fit, in quibus mens ceſſat. Oldrad. in *conſil.* 52. *factum tale eſt, dominus Clemens Papa. colum.* 2. Abb. in *conſ.* 75. *in fin. lib.* 2. Alexan. *in conſ.* 48. *lib.* 1. & apud nos in *conſil.* 70. *colum.* 5. *poſt med. num.* 9. Voluntatem hic oſtendi, quorſum tam ſæpiſſime inculcare attinet? 38

Quinto, ad præcedentia omnia relatio non fit, quotiens per eam abſona res conſequitur. *cap. eccleſia veſtra.* 2. *vbi per Abb. in ſexto notab. de elect.* vbi text. ſimilem in partibus omnibus iuris canonici neſcire Abb. ſe teſtatur. Sed enim tex. ſimilis extat in *clem. ne in agro.* §. *cæterum. iuncta gl. de ſtatu regul.* quem tex. Abb. ipſe non ignorauit, in *cap. ſecundo requiris. de appel.* Tradit Card. *in conſ.* 49. *colum.* 2. *in fin.* Alexand. *in conſil.* 7. *lib.* 7. Feli. in *cap. cauſam quæ. colum.* 5. *in quinta limitatione de reſcript.* Iaſ. in *conſil.* 84. *colum. final. lib.* 4. Corſet. *ſing.* 34. *clauſula.* Abſurda plana non pauca manifeſta ſupra fecimus.

Sexto, † ad præcedentia omnia relatio non trahitur, vbicunque effectus vnius cauſa introducta effectum contrarium pareret. Roman. in *conſ.* 363. *petitur a me* Aretin. in *conſ.* 11. *colum.* 2. *verſ. ſecundo moneo.* & apud nos *in dict. conſil.* 70. *num.* 17. Enimuero ſubſtitutiones iſtæ, in quibus verba illa oppoſita reſtrictiua dicuntur, agnationis tuendæ & propagandæ cauſa aſcriptæ ſunt. Diminutionem plane agnationis fauor haud obſcure acciperet, minorq; fieret, ſi verba hæc, quæ reſtrictiua aſſeruntur, ad ſuperiora omnia referimus, ita vt finem ſubſtitutio capiat, ſtatim vt filio maſculo ſuperſtite mortem Gaſpar obijt. 39

Septimo, ad præcedentia omnia relatio non fit, vbicunque ratio diuerſitatis ſubeſt, cur fieri ad omnia non debeat. Domin. in *cap. ſi quis. per gloſ.* 2. *ibi.* 5. *quæſt.* 5. Idem Bartol. tradit in *conſil.* 54. *Angelus Mata. numer.* 4. *verſicul. volendo tamen.* ſequitur Roman. in *conſil.* 408. *circa finem.* Abb. in *dict. conſil.* 75. *num.* 4. *lib.* 1. Alexand. in *d. conſil.* 58. *in princip. lib.* 1. *in conſil.* 66. *& in conſil.* 124. *colum. penult. lib.* 2. Felin. in *d. capit. cauſam quæ. colum.* 4. *in ſecunda limitatione de reſcript.* Corſet. *ſingu.* 34. Atqui in promptu ratio diuerſitatis apparet, ne ad illam conditionem, *ſi abſq; filiis maſculis*, &c. verba reſtrictiua referantur; ſiquidem per relationem hanc & voluntas teſtatoris offenditur, & contrarius effectus abſurdaue conſequuntur, de quibus dictum non ſemel eſt. Ad modos igitur formaſq; alias haberi relationem oportet.

Octauo, monendi ſumus, formam modumque à teſtatore inter tranſuerſales præſcriptum, in quo rei ſumma conſiſtit, & ad quem animaduerſum non legi.

Namque Theſeo fratre ad ſubſtitutionem admiſſo, non niſi in vita ſua durare ſubſtitutionem; eoque extincto, ad Guidonem, aut primogenitum eius venire bona voluit, etiam ſi liberi maſculi ſuperſtites Theſeo fuiſſent, quos non imprudenter omiſit, † neq; ad eos *d. l. cum auus. & l. cum acutiſſimi.* pertinēt, vt ex l. 40
ipſa

ipſa *cum auus*. probatur, ibique Socin. in primo notab. hoc ob-ſe. Idem Alexand. probat in *conſil. 38. numer. 2. circa finem. lib. 1. & in conſil. 93. verſicul. nec talis conditio. lib. 3.* Veronenſ. in *conſil. 54. volum. 2.* quam opinionem receptam Deci. teſtatur in *conſil. 529. column. ... verſicul. ſecundo indubitanter.* Econtrario Guidone ſenioris mutilo, eoque ſublato, ad lineam ſeu deſcendẽtes Theſei ... ius perueniret bona voluit: atque deinceps in infinitum viciſſitudinem hanc ſeruari, teſtator voluit, ita vt inter deſcendentes modo Theſei, modo Guidonis bona ipſa eſſent: neque apud lineam alterius manere bona voluit, quamdiu conſiſteret. Iſtam teſtatoris mentem fuiſſe, teſtamenti ſcriptura non obſcure aperit, ſi ſedulo eam perpendimus.

Idque etiam perſpicue ex eo oſtenditur, quod niſi ſubſtituto nouiſſime omnium deſcendenti conditionem hanc non aſcripſit *ſi abſque liberis maſculis & fœminis vita decederet.* Quæ res indicio eſt, in ſubſtitutionibus aliis tranſuerſalium conditionem hanc intelligi teſtatorem noluiſſe, ab incluſione vnius argumentando *leg. cum prætor. ff. de iudic. leg. maritus. C. de procurat. cap. nonne de præſumption.* Ideirco autem vltimo decedenti conditionem hanc adiecit, quoniam non aliter ad eccleſiam pertinere bona ſua voluit: niſi deſperata prorſus agnationis cauſa foret.

Quocirca maſculis fœminiſue à ſubſtituto vltimo relictis, admitti monaſterium noluit, ſiquidem ex fœminis natu maior & ipſa virgo præponebatur, quæ viro nuberet, qui Seſſinorum familiam iniret. Series hæc igitur per vices ſuccedendi inter fratres inſtituta, in cauſa præcipue fuit, quamobrem ad modum ſupraſcriptum teſtator ſe retulerit. Modi tamen inſerti & alii leguntur circa fœminas in matrimonium collocandas, ne detractio Trebellianicæ alienatioue bonorum fiat, ſic quomodo animaduerſum à domino Paulo Leone eſt. Non etiam credibile omnino eſt, vt ad eam conditionem relatio haberetur, ſi abſque liberis Maſculis Gaſpar decederet, ita vt liberis ſuperſtitibus, locum in eis ſubſtitutio non haberet: cum voluntati teſtatoris ſenſus iſte repugnet, effectuſque contrarius & abſurda ex eo ſequantur.

Sed obiecturus aliquis erit, ſi eandem paremue agnationis rationem inter deſcendentes atque tranſuerſales teſtator habuit, ita vt in deſcendentibus etiam conſeruatio bonorum fieret: quid ita nominatim circa eos prouiſum ſubſtituendo non eſt? Reſpondetur, viciſſitudinem illam in deſcendentibus obſeruandam viſum teſtatori non eſſe, neq; decorum eam inter deſcendentes æſtimari, ne nudi inopeſque deſcendentes alii exularent: ſiquidem bona alia habituri veriſimiliter non erant, quam teſtatoris ſtipitis eorum communis.

Quæ tamen in Theſei Guidoniſque deſcendentibus ſilet, ad quos bona alia ipſorum peruentura Theſei & Guidonis erant. Proinde ſatis teſtator in deſcendentibus habuit ſimpliciter eos ad modum memoratum vocare & grauare. *Papiæ, 2. Octobris 1559.*

Aymo Crauetta à Sauiliano, I. V. Doctor, primum Iuris Ciuilis Interpretum gradum, hora veſpertina Papiæ obtinens Cenſura graviore ſalua.

Pro Illuſtribus Comitibus Camillo & Marſilio à Rubeis, contra Illuſtres Herculem, Octauianum, & Alphonſum fratres à Vicecomitibus, atque Illuſtrem Petrum Franciſcum eque à Vicecomitibus de Arce Cornelii.

SVMMARIA.

1 *Pariſius conſil. 1. lib. 2. pro parte conſuluit, cuius reſponſum auctor comprobat.*

Poſſeſſorium ex can. redintegranda 3. q. 1. omnibus datur, qui nulla ſua culpa poſſeſſionem amiſerunt. ibid. Declaratur num. 2 in fin. & eq. verſi ex cauſa iuſta poſſeſſione priuati fuerint. Culpa ab eo probanda, à quo allegatur. nec culpa in poſſeſſione amittenda præſumitur. num. 2. verſic. ſed etiam de poſſeſſione.

Poſſeſſorium remedium, quod defuncto competebat, quo de poſſeſſione eiectus facto ſuo cecidit, ad hæredes tranſit. ibid. verſic. atque ...

2 *Poſſeſſorium ex can. redintegranda. 3. q. 1 in remedio, huius poſſeſſionis antiquior poſſeſſio prodeſſe non ſolet, quæ ex cauſa iuſta amiſſa ſit.*

3 *Factum iudicis pro facto partis habetur, vt quod aduerſus aliquem iudex fecit perinde habeatur ac ſi à parte factum eſſet. Declaratur num. 28. verſ. ... & illud d. ...*

Poſſeſſorium recuperandæ iis non datur, qui facto ſuo eam amiſerunt, vendendo puta, donando, aut aliter contrahendo vel ... principiſue auctoritate ſpoliati fuerunt. ib. verſic. ... authoritate principis & paulo infra ver. ſi dixeris, de eo quæritur, an cauſæ cognitionem adhiberi, & quem ordinem ſeruari oporteat.

4 *Notorium. In notorio poſſeſſionem auferre, parte non citata, princeps poteſt, cum in facto notorio ſuperflua ſit declaratoria ſententia.*

Sententia declaratoria in notorio ſuperflua. ibid. ver. in facto etiam notorio, declaratur ... ver. non obſtat.

Citatio in notorio criminibus an requiratur, ... ſine ... poſſeſſione priuari à principe quis non poſſit ibid. & num. ...

5 *Citatio & iuris ordo non debet ... quotiens ex poteſtate abſoluta extra iudicium princeps procedit, vel vbi certum eſt defenſionem aliquam ... competere.*

6 *Retentionis ius fauorabilius, quam petitionis & ... ; quæ poteſt vbi ampliatur etiam ſi prohibita exceptio ſit & compenſatio, vt locus retentioni ſit.*

Conſeruationis ius fauorabile, vt facilius aliquid conſeruetur, quam de nouo acquiratur.

Poſſeſſorium ex can. reintegranda 3. quæſt. 1. cum tuetur qui ... ſua poſſeſſione deceſſit, ſi ſine cauſa ... & aliquo ipſo ... do poſſeſſionem amiſerit. nu. 3 in fi. ... anno.

7 *Exceptio prioris ſpolii ſpoliato agenti obſtat etiam in poſſeſſorio ex can. redintegranda. 3. q. 1. ſi eo agatur ſecundum ... ſed ... quam in ... Vnde ... Auc... bat.*

8 *Spoliatus regulariter prohibetur, ... poſſeſſionis recuperandæ cauſa ſequatur ver. ... ius.*

9 *Poſſeſſio ... potior habetur, quæ antiquior eſt.*

10 *Delictum non præſumitur, quoties vt ... excludatur, verba oſtenduntur, & ſic intelliguntur.*

11 *Pariaſunt, non eſſe & non apparere. & iure carere dicitur, qui non probat.*

12 *Pariſii ſententia in conſil. 1. n. 38. & pluribus ſeq. lib. 2. reprobatur per auctorem.*

Princeps nec ex poteſtate legibus ſoluta vaſallum nec ſine cauſa cognitione feudo priuare poteſt. ibid.

Princeps contractibus non derogat nec ex poteſtate ſua ſuprema. ibid. verſic. ... plane contrarium.

13 *Aſſertioni principis de delicto à vaſallo admiſſo credendum non eſſe, alioquin liberum principi eſſet vaſallum feudo priuare. vbi communem hanc & receptam ... auctor probat.*

14 *Teſtis vnicus tam iure diuino inſpecto, quam canonico & ciuili fidem non facit.*

15 *Principes ma... ob populorum ſcelera Deus aliquando permittit.*

Lex nulla quæ ... ver ... tollere ... ibid. verſ. 4. ... lex.

16 *Decretum, quod vſu non recipitur perinde habetur, ac ſi conditum non eſſet.*

Nullum. Pro nullo habetur, quod vſu non recipitur. ibid.

Vſus. Quod vſus non comprobat, pro nullo habetur ab vſu enim & obſeruatione lex confirmatur. ibid.

Iuramentum de obſeruandis ſtatutis editis & edendis, ad ſtatuta non trahitur, quæ vſu recepta non ſunt. ibid. ver. hoc amplius.

17 *Notoria probationem non deſiderant, declaratur ad procedere in notorio facti permanentis, in aliis vero probatio requiritur citata parte, iuris ordine ſeruato.*

18 *Aſſertioni Papæ notorium crimen eſſe, non creditur in præiudicium alterius.*

19 *Excuſabile habetur quod de genere prohibitorum eſt, ſi caſu aliquo licite fieri poſſit ver. ſubiicit ... Aret.*

Cauſa vel ſi ... non ſit, ad dolum excludendum & delictum excuſandum prodeſt. ibid.

20 *Vaſallus Principi reſiſtere & arma contra eum capere poteſt, ſi de facto & cauſa incognita feudum ab eo auferat.*

21 *Tyrannus dicitur non is tantum, qui nullo iure Imperium Regnumue occupat, ſed & is, qui iure ad principatum admiſſus exercet iniuſte ... eos opprimit, vel ... bellum ſubditi gerunt.*

Vaſallus fidelitatis ſacramento ... & à domino deficit, ... ges Cæſarum fidem ... ſuam domino directo non obſeruat. ibid. ver. idem ... Calca.

22 *Citatio etiam in notoriis exigitur, ne defenſionis facultas tollatur.*

23 *Vaſallo deſ... domino directo ... debet.*

Delictum conſtare ante oportet, quam ... cauſa turbari quis poſſit. ibid. ver. Vitioſam plane ... Vbi ampliatur etiam in crimine læſæ Maieſtatis, & vbi delictum à ... quis confitetur.

24 *Tatm. Citatio ad locum non tutum ... parere, nec ſi de publica data citetur, niſi delicti ratione tutus locus non ſit, ad quem citatio ſit. quo caſu ... locus non eſt.*

25 *Ab executione exordium fieri non debet.*

26 *Notorium. Quod dicitur, in notoriis iuris ordinem omnino deſiderari, ſic ... vt vaſallo delinquenti feudum redditus aliis detur, ... poſſeſſione vaſallum ſpoliare ante poſſit, quam ſubſequuta citatione cauſa ... cognita ſit.*

27 *Cauſa iuſta in principe non præſumitur vaſallum feudo priuante.*

Cauſa in principe non præſumitur iuris ordine non ſeruato, & citatione neceſſaria procedente. ibid. ver. ... ondetur.

28 *Plenitudo poteſtatis nihil operatur, quoties citra iuris ordinem & cauſæ cognitionem actum ſit.*

Plenitudo poteſtatis nihil in hoc operatur, quia ... ſunt. num. ... 27. verſic. Non obſtat de plenitudine poteſtatis, & nu. ſeq. ver. ... reſpondetur.

29 Tyran-

29 *Tyrannus. Acta per ordinarios iudices Tyranno ſubditos rata firmaq; habentur, ſecus ſi per delegatos. Declaratur paulo infra verſic. ſecundo reſpondetur. valida eſſe, quæ acta ſub tyranno ſunt, ſi à populo, non à tyranno iuriſdictionem iudex habeat.*

30 *Donandi ius Caſari non datur ſi aſſionem Imperium patiatur.*

31 *Deus quod malum eſt facere non poteſt, quia potentia non tribuuntur, quod malum eſt facere, ſed potentia defectum.*

Conſentire is dici non poteſt, qui etſi vellet, impedire tamen actum non poſſet. ibid. ver. Secundo principaliter.

Conſentire delicto is dicitur, qui illud non prohibet, cum poſſit. ibid. ver. Secundo principaliter.

32 *Perinde ſunt fieri aliquid non poſſe, vel minus commode.*

Commode quod non poſſumus facere, perinde eſt, ac ſi fieri non poſſet. ibid.

33 *Proclamata abſentes, & certos non afficiunt, ſed nominatim eos citari oportet. Ibiq; ampliatio ſubiicitur.*

34 *Renunciat is ei cenſideratur, qui intra terminum ad opponendum præſtitutum, nequaquam non opponit.*

35 *Subditis mediatis oppreſſis ad dominum directum adeundi facultas datur.*

Feudum à vaſallo in ſubditos ſæuiente, & indebbite eos tractante auferre Princeps poteſt. ibid.

36 *Princeps legitimandi poteſtatem etiam in terris vaſallorum habet.*

Legitimandi ius etiam in ſolo alieno Cæſari datur. ibid.

37 *Nullum & inutile æquiparantur, quod pluribus exornatur.*

Vacare beneficium non dicitur, quo per ſententiam nullam quis priuatur, ibid. verſ. Inde fit.

Præſcriptio in titulo improbato non procedit. ibid. verſic. His propius accedit.

Titulus improbatus ad præſcribendum non prodeſt. ibid. ver. His propius accedit, ſed nec ad fructus quærendos valet, vt ibi habetur, quod tamen ampliorem deſiderare tractatum, Author ſcribit.

38 *Citatione omiſſa attentatum parte etiam non vocata reuocandum.*

39 *Notorium dicitur, quod ex actu apparet.*

ARGVMENTVM.

Tota materia iudicij poſſeſſorii perpenditur, & præſertim iudicij poſſeſſorij illati ex can. reintegranda, 3. q. 1. vbi etiam habetur cui competat poſſeſſorium remedium, & poſſeſſorium recuperandæ, cui detur. Nonnulla de præſcriptione diſcutiuntur, & de fidelitate vaſalli domino ſeruanda, & de reſtitutione quando, & cui facienda, &c.

CONSILIVM DCCCCXCIII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. In iudicio hoc poſſeſſorio Illuſtrium dominorum Herculis, Octauii, & Alphonſi à Vicecomitibus fratrum, necnon, & Illuſtris domini Petri Franciſci etiam ex Vicecomitibus, aduerſus Illuſtres Comites dominos Camillum, & Marſilium à Rubeis fratres de Arce Cornilii inſtituto facti originem repetendam altius non duxi, vtpote quæ perſpicua ſatis ex reſponſo primo Pariſii, *lib. 1.* facta eſt. In quo partes diuerſas tuetur. Rurſus planiſſima etiam facti ſeries ex argumentis fiet, quæ in vtranque partem allegantur.

Recte igitur iudicium poſſeſſorium illatum ex *can. reintegranda. 3. quæſt. 1.* ratione prima nemo non crederet. omnibus enim

1 † datur, quicunque nulla eorum culpa poſſeſſionem amiſerunt. Innoc. & alii in *capit. querelam. de elect. in capit. ſæpe. de reſtitut. ſpoliat.* Anton. de But. & alii *in cap. cum ad ſedem eo. tit.* Bertol. *in leg. ſi colonus. Cod. de agric. & cenſi. lib. 11.* Alexand. *in conſ. 100. in prin. lib. 2. & in conſ. 90. in prin. lib. 5.* & apud nos *in conſil. 747. numer. 8. conſ. 819. numer. 6.* ſed enim de poſſeſſione Cornilii abſque vlla eorum culpa actores ſeu autores eorum deciderunt: ſiquidem à iure culpa non præſumitur, ſed probationes deſiderat. *leg. exceptione. ibiq; Bartol. ff. de fideiuſ.* gl. & Doct. *in l. ſi quis ex argentariis. §. final. ff. de edendo.* Alexand. *in conſ. 183. column. fin. lib. 7.* Atque in ſpecie culpam in poſſeſſiona amittenda non præſumi ex Inn. oſtenditur *in c. poſt electionem. in fin. de conceſ. præb.* vbi poſſeſſionis ſolius probatione contentus eſt. Idque expreſſius Alexand. docet *in conſ. 6. numer. 5. lib. 3.* Rui. *in conſ. 49. in prin. lib. 4.* Poſſeſſionem plane apud actores ſeu auctores eorum fuiſſe, non ambigitur: æque iuris incerti non eſt, ad hæredes remedium poſſeſſorium tranſire, quod defuncto competebat; qui de poſſeſſione abſque facto ſuo cecidit. *leg. 1. § hoc interdictum. ff. de vi & vi armat.* Socin. *in l. rem quæ nobis. in vlt. q. ſecunda q. princ. ff. de acq. poſ.* Ruin. *in conſ. 45. column. 4. in fin. lib. 1.*

Neque refragari actorum expectationi videtur, antiquiorem reorum ſeu autorum ſuorum poſſeſſionem videri; quoniam ad rem poſſeſſio illa non attinet, vtpote quæ ex culpa eorum & longe grauiſſima amiſſa ſit, id eſt, ex defectione ſeu perduellione Comitis Petri Mariæ. Cũ plane perduelliõis & defectionis verbis pluribus Pariſ. enarrat *in d. conſ. 1. num. 9. & pluribus ſeq. lib. 1.* Eam ob rem cum facto ſuo tam improbiſſimo perdita poſſeſſio ſit, nihil eſt, † quod de antiquitate eius diſceptatio fiat. Prodeſſe enim poſſeſſio vetuſtior non ſolet, quæ amiſſa ex cauſa iuſta eſt, vt probatur *in d. c. ap. reintegranda. in ver. propter iniuſtas cauſas.* à ſenſu contrario; quem text. ita Socin. inducit *in conſ. 39. column. 3. ante med. lib. 3. in d. l. rem quæ nobis in 5. quæſt. ſecunda q. princip.* Hoſt. & alii *in cap. accedens. 1. vt lite non conteſta. deciſ. Neapolit. 392. in 5 dubio.* Ernn. Aſt. *in conſil. 21. column. 2. verſic. tertio ex qualitate.* Quæ autem maior, aut iuſtior excogitari cauſa poteſt poſſeſſionis feudi amittendæ, quam propter defectionis ſcelus? *c. 1. §. porro & ſeq. quæ ſit prima cau. beneſ. amitten.* 2

Secundo, † factum iudicis parti tribuitur, & quod aduerſus aliquem iudex facit, pro eo eſt, atque ſi factum à parte ipſa ſit. *l. profectitia. § 2. de iure dot. l. ſi ob cauſam. Cod. de condict. l. 1. Cod. ſi in cau. iud. c. quod ad conſultationem. de re iud.* Io. And. *in cap. fin. colum. 7. in 3. quæſt. in fin. de conſuetu.* ſi in iudice ſtatutum hoc eſt, multo magis locum in principe habebit, tanquam in cauſa prima, vnde iudicum poteſtas deſcendit, ne plus cauſato, quam cauſæ tribueret. *l. digna vox Cod. de legib. cap. 1. § hoc autem notandum. qui feud. dare poſ.* Bald. *in l. 1. ff. de ſenator.* Proinde cum authoritate principis ablata poſſeſſio Comiti Petro Mariæ ſit, ſimiliter res iudicatur, vt ſi Comes ipſe poſſeſſionem in fiſcum tranſtuliſſet. Enimuero iuris apertiſſimi eſt, poſſeſſorium ei recuperandæ non competere, qui facto ſuo eam amiſit, vendendo puta, donando, aut aliter contrahendo. Inno & alii *in d. capit. ſæpe. de reſt. ſpol.* Lapus *alleg. 52.* Alexand. *in conſ. 91. lib. 1. in d. conſ. 6. lib. 3. in conſil. 103. colum. 3. lib. 7.* Deci. *in conſ. 56. colum. fin.* 3

Atque in terminis cum iudicis autoritate quis ſpoliatur, reſtituendam ei poſſeſſionem non fore, gl. not. *in c. præſentium 7. quæſt. 1.* cui ſententiæ non inepte text. ſeruit *in l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſ. & in c. notum. 2. quæſt. 1.* Tradit Feli. *in c. dilectus. de reſcript.* Dec. *in l. non videtur data § qui iuſſu ff. de reg. iur.* cumulatius Iaſ. *in conſ. 158. li. 2.* Curt. minor *in conſ. 175. colum. fi.* ſi poſſeſſio ei non reſtituitur, quia à iudice ſpoliatur; longe minus facienda reſtitutio erit, vbicunque authoritate principis poſſeſſio aufertur, vt in ſpecie Bald. not. *in conſ. 345. ad euidentiam præmittendum eſt, quod Imperator. column. 1. circa med. lib. 1.*

Si dixeris, prædictis locum eſſe, ſi cauſa cognita & iuris ordine ſeruato iudex procedat, diuerſum eſſe ſi nullo ordine, nullo iure, nulloque iudicio, at impetu quodam animi ſententiam iudex præcipitat, aut poſſeſſionem cui eripit: tum enim interdicto recuperandæ locum eſſe, ne iniuriæ inde naſcantur; vnde naſci iura oportet. *l. meminerint. Cod. vnde vi. c. ex inſinuatione. de procur. c. conquerente de reſt. ſpol. c. a. cauſam matrimonii & c. cum cauſam. ibique Abb. in 4. notab. de offi. deleg. c. referente. ibiq; Dec. in 2. not. de prob.* Oldrad *in conſ. 227 de toto themate colum. 1. verſic. ſecunda regula & ver. ſi ergo tali commiſſione.* Bald. *in conſ. 357. iniuſtiſſima. lib. 2. in conſ. 134.* copioſe *in conſ. 147. ſpoliatus. & in conſ. 149 proponitur, quod quadam tutela in fin. lib. 3.* Ant. de But. *in conſ 62. hic de duob. colum. 1.* Calder. *in conſ. 1. colum. 3 in fin. de treu. & pace.* Card. *in conſ. 132. colum. 3. numer. 4.* Roman. *in conſ. 158. circa articulum colum. 2. verſ. 5 quia iniuſte.* Abb. *in d. cap ex inſinuatione in 3. not. de procur.* Veron. *in conſ. 19.* Socin. *in conſ. 82. colum. 2 in fin. & in conſ. 18. colum. 10. verſic. nec obſtat, quod Cinus li. 1.* Dec. *in l. factum a iudice. ff de reg. iur. & in l. fin. colum. 10. Cod. de edict. diui Adria. toll.* Hic planum cauſa prorſus indigeſta, ſententia vlla, declaratoria ſaltem, non interueniente, parte abſente neque citata, vique ac belli iure potius poſſeſſionem abreptam.

Reſpondet † Pariſ. *in dict. conſil. 1 numer. 38. & pluribus ſequen.* rem peragi ad eum modum poſſe in crimine notorio: ibique cauſam iuſtam in principe præſumi, ſidemque de crimine aſſertioni eius haberi, cum iure communi, per *clemen. 1. de probatio.* cum decreto principali, aut ducali: luceque his ſine dubitatione eſſe, vbicunque ea poteſtate legibus ſoluta ita princeps verſatur: qua poteſtate vti principem voluiſſe clauſulis illis oſtenditur, *motu proprio, ex certa ſcientia.* 4

Rationes & Doct. teſtimonia repetenda, ſeu transferenda non duxi, quibus reſponſiones ſuas Pariſ. confirmat, ne inepte his chartas infarciam, quæ omnibus patent. Atque in facto notorio idem in ſpecie poſſeſſionis a Principe parte non citata ablatæ

ablatæ, ſcriptum apud nos eſt *in conſ. 5. num. 6. 7.* In facto etiam notorio ſuperuacuam ſententiam declaratoriam Ruin. putat, *in conſ. 181. colum. 4. circa princip. lib. 1. & in conſ. 2. colum. final. circa med. lib. 5.* Bald. huc pertinet, *in conſ. 160. Gulielmus adultus. colum. 2. circa med. lib. 2.* quod repetitum legitur *in conſ. 391. lib. 5.* niſi ad cautelam in notoriis opus ſententia declaratoria non eſſe, per text. *in leg. emptorem. ff. de actio. empt.* Atque in delicto vaſalli notorio liberum principi eſſe feudum altericauſa incognita concedere Gozadin. ſcribit, *in conſil. 1. colum. 7. in princip.* Deci. *Reſponſ. 18. num. 355. lib. 1.* Criminis plane euidentiam ſeu notorietatem, vt craſſius dicam, verbis pluribus Pariſ. demonſtrat.

5 Secundo reſpondet Pariſ. † neceſſariam citationem ordiniſque obſeruationem non eſſe, vbicumque ex poteſtate abſoluta extra iudicium princeps procedit, ita ſcriptum apud eum eſt in *d. conſ. 1. num. 27.* ex Roma *in conſil. 369. n. 29.* quem ſub alio numero imprudens citat.

Tertio remitti citandi neceſſitatem Pariſ. ſcribit in *d. conſ. 1. num. 33.* vbicunque certum eſt, defenſionis quicquam abſenti non competere, idem Dec. putat in *leg. ſi pacto quo pœnam. colum. 2. in fin. Cod. de pactis.* Iaſ. in *conſil. 68. circa fin. lib. 2. & in conſil. 86. colum. 7. poſt med. lib. 3.* ex text. in *cap. nunc ſit Romana. ibique Abb. in penult. notab. de appellatio.* Quid porro defendere vaſallum poteſt, qui arma contra dominum arripit, ab eoque ad hoſtes eius deficit? Sed & denuo admiſſam perduellionem, in d. conſil. Pariſ. demonſtrat, *col. pen.* quæ iteratio grauius delictum reddit. *leg. 3. Cod. de epiſ. audi.*

Quarto, prædictis etiam remotis, nihilo magis irrita fieri poſſunt, quæ acta contra Comitem ſunt. Immo enim vitio omni, ſi quod incurriſſet, renunciatum à Comite ipſo videtur, bonis eius proſcriptis publice pronunciatis, termino omnibus præſtituto, quicunque ius ſibi competere in bonis ipſis putarent, quo termino tranſacto ſilentium denonciabatur, ne præterea audirentur. Quod tempus ſicut excurſum oppoſitione vlla non facta, eſt; ita iure omni, ſi quod erat, Comes excidit tam iure communi, iuxta *l. ſi eo tempore. Cod. de remiſſ. pig.* quam iure proprio Mediolanenſium ex decreto principali, vti Pariſ. refert in *d. conſ. 1. num. 53. & ſeq.* vbi tamen, quod ad ius commune attinet, *l. diffamari. Cod. de ingen. man.* nititur, quæ materiam proclamationum non contingit.

Simili modo obſtare agentium deſiderio non videtur, quod à Duce tyranno ſpoliationem paſſus Comes dicatur, eoque nomine vitioſa acta omnia fieri: multifariam enim obiectionem hanc Pariſ. diluit, in *d. conſ. 1. numer. 57. & plurib. ſeq.* cuius dicta inculcare ſuperfluum putaui, ſiquidem in ipſis diluendis manifeſta fient.

Æque opem ferre reis non videtur, quod in integrum conceſſa reſtitutio ſit ab Imperatore Maximiliano, offenſioque omnis condonata etiam, quod ad perduellionem ſpectat, omniaque à Cæſare Carolo confirmata clauſulis ampliſſimis interpoſitis, argumentis enim duobus omnia hæc Pariſ. proſternit, id eſt, voluntatis poteſtatiſque defectu. Voluntatem ſuperiorum abfuiſſe ex obreptionibus, ſubreptionibuſque multiplicibus Pariſ. oſtendit, *num. 69. ver. vlterius etiam in facto aduertendum eſt, &c. & pluribus ſequen.* Ibique ad clauſulas reſcriptis reſtitutionis inſertas ſermone longiore reſpondet, vitia etiam obreptionum & ſubreptionum reperit *nu. 112. & ſeq.* poteſtatis defectum *n. 97. & plurib. ſeq.* oſtendit.

Rurſus cum tempore longiſſimo poſſeſſa bona ab authoribus agentium fuerint, eorum facta præſcriptione ſunt tam communi, quam illa ſpeciali, de qua in *leg. bene à Zenone. Cod. de quadrien. præſcri.* quã adhuc caſum pertinere ſcribit. Cui præſcriptioni conſequens fieri videtur, vitia omnia purgata, quæcunque aduerſus proſcriptionem ſeu confiſcationem bonorum opponuntur. Satis enim actoribus videtur legitime ab eis & ex titulo iuſto bona poſſeſſa, vt reſtitui ad poſſeſſionem ipſam debeant.

Alia etiam in conſilio memorato Pariſ. attingit, quæ ad cauſam hanc non pertinent, veluti quæ de inſtrumento quodam tranſactionis ſcribit: bona enim aliaqua controuerſia tranſactione illa comprehendi reſponſum mihi eſt.

Argumenta hæc quamquam vrgere prima ſtatione videntur, tanti tamen facienda non duxi, quin potiorem, æquioremve reorum cauſam exiſtimem. Et monendi principio ſumus antiquiorem poſſeſſionem eorum, aſcendentiumque ſuorum non dubitari. Id enim & pars ipſa diuerſa confitetur, cum iuſtam proſcriptionem ſeu confiſcationem bonorum tueri ſtudet. Sic poſſeſſionem ipſam apud Comitem Petrum Mariam prius fuiſſe non obſcure concedit. Hoc itaque facto præmonſtrato, conſequens fit, vt ſi apud aduerſarios poſſeſſio hæreſſet controuerſorum bonorum, hæredibus eam D. Petri Mariæ reſtitui oporteat ex remedio, quo actores ipſi vtuntur, id eſt, *c. reintegranda* quoniam ſine cauſa vlla iuſta & ſine facto vllo ipſius D. Petri Mariæ ablata ab eo poſſeſſio fuerat, vt inferius demonſtrabimus, argumenta oppoſita refellendo. Quo admiſſo, ſi poſſeſſionem apud actores occupatam rei ipſi agendo euincerent, longe magis aduerſus actores ipſos ad eam aſpirantes retinere licebit; † cum fauorabilior non paulo retinendi 6
cauſa ſit quam petendi. & facilius quid retineatur, quam peti poſſit. *leg. ſi in area. in fin. leg. ex quibus. ff. de condictio. indeb. leg. 1. in princip. ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. leg. Paulus. ff. de except. doli. leg. per retentionem. Cod. de vſuris. l. 2. ibique Bald. in tertio notab. Cod. de fideicom. leg. vnica. Cod. etiam ob chirogra. pecu. cap. cum inter. de except. cap. Iudei. & cap. conſuluit. de Iudæis.* Hoc amplius, cum prohibita exceptio eſt, iuſtamen retinendi datur. Baldus in *l. ſi traditio. quæſt. 3. Cod. de actio. empti.* Quod dictum pro memorabili Iaſ. refert in *§. actionum. numer. 133. Inſtitut. de actio.* Sed ſcitu dignum non illud minus Caſtrenſ. eſt in *conſil. 93. in cauſa quæ vertitur coram nobili viro. colum. penult. ante med. lib. 2.* locum retentioni eſſe, quamuis permiſſa compenſatio non ſit, per text. in *l. ſi neceſſarias. § ſi pignori. ff. de pigno. actio.* Rurſus ſi actionem rei ad poſſeſſionem auferendam haberent, longe magis habituri exceptionem erunt. *l. minimus. § cui damus. ff. de reg. iuris.*

Secundo gratioſior fauorabiliorque reorum cauſa, quam agentium eſt; quoniam id ſtudent, vt naturæ ſuæ vetuſtiſſimæ res conſeruetur, id eſt, vt apud eos bona controuerſa maneant, in familia quorum ſemper fuerunt, à maioribus eorum æuo omni poſſeſſa. † Cuius conſeruationis cauſam fauorabilem ſanam eſſe iure expreſſum eſt. *leg. 1. ff. ſolut. matrimon. leg. 1. § meminiſſe & § iure noſtro. ff. de operis noui nunciat.* ex quibus Iſta Signorol. ſcribit in *conſil. 21. colum. 8. in princ. verſicul. tertiodecimo probat.* Inde fit, vt facilius quid conſeruetur, quam nouum acquiratur. *leg. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. leg. vt pomum & leg. pro parte. ff. de ſeruitut. leg. à tes. ff. de teſtam. leg. ſeruum. §. final. ff. de acqu. hered. l. final. ff. de verbor. oblig.* Quinetiam bonis ipſis apud partem diuerſam exiſtentibus; fauorabilior tamen reorum cauſa haberetur, ſi bona ipſa vendicarent, vt priſtinæ eorum naturæ reddantur, ad priſcosve poſſeſſores redeant. *l. ſi vnus. § pactus ne peteret. ibique Iaſ. in quarto notab. ff. de pactis.*

Tertio laborandum in re hac non videtur, id eſt, vt oſtendamus locum reintegrandæ poſſeſſioni non eſſe, poſſeſſione antiquiore reorum demonſtrata, quibus poſſeſſorium ipſum recuperandæ competeret, ſi occupata ad aduerſariis poſſeſſio ſit: namque ex Pariſio ipſo aperte id probatur in *d. conſ. 1. numer. 145. & ſeq.* vbi † exceptionẽ prioris ſpolii ſpoliato agenti obſtare ſcribit, per text. in *c. 2. & c. ſi de ordi. cogni. in c. grauis. de reſti. ſpol. & in c. 1. eo titu. li. 6.* 8

Cui ſententiæ & Signorol. accedit in *conſil. 150. colum. 2. in princip.* Idque & in poſſeſſorio procedere, quod ex canone illo *reintegranda* datur, Pariſ. ait in *conſil. 1. numer. 150. verſicul. quæ procedunt.* Immo enim facilius id non paulo in d. remedio obtinere puto, in quo niſi poſſeſſio antiquior non exquiritur, quam in interdicto *vnde vi*, in quo ſpoliatio interuenit, quæ prohibita regulariter eſt, niſi incontinenti poſſeſſionis recuperandæ cauſa interueniat: ob id difficilius exceptio ſpoliationis anterioris admittitur, ex his, quæ ſcripta apud Alexand. ſunt in *leg. ſi quis ad ſe fundum. Cod. ad legem Iul. de vi.* Quæ ratio ceſſat, ſpoliatione remota, hoc eſt, cum vi ſpoliationeque nulla, poſſeſſio recuperatur, at ſuperioris iuſſu permiſſuve, ſimiliter vt factum hic eſt. Quæ res in cauſa fuit, quamobrem ab interdicto *vnde vi* actores diſceſſerint, ad canonemque *reintegranda* adierint, impoſſibilem nimirum ſpoliationis probationem animaduertentes.

Præfari hæc in reorum gratiam volui, quo perlucidum magis eorum ius appareat, tametſi ſatis eis ſit actorum intentionem elidere, ſeu impletam eam non eſſe docere, quamuis ius vllum reis non competat. *leg. vtifrui. § 1. ff. ſi vſuſfruct. pet. leg. qui accuſare. Cod. de edend. leg. 2. Cod. de probatio. leg. final. Cod. de rei vendi. § commodum. Inſt. de interdict.* Quid ſi illud accedat, vt iuris quicquã

acto-

actoribus non eſſe oſtendamus? Eam ob cauſam in eo ſumma negocii totius erit, in eo demum elaborandum, vt ea profligemus, quibus tantopere niti aduerſarii videntur, & quæ ex diuerſo oppoſita in ſuperioribus ſunt.

Itaque argumentum primum non mouet, ſine vlla actorũ culpa poſſeſſionem amiſſam, ob id reintegrandos eos fore. Quoniam etſi culpa eorum nulla interuenerit, ex cauſa tamen iuſta de poſſeſſione exciderunt, cum ad eos non pertineret, verum ad reos, vtpote quorum iuſtiorem antiquioremve poſ-
9 ſeſſionem eſſe ante demonſtrauimus, quo caſu † defendi reos in poſſeſſione eorum antiquiori oportet, tantum abeſt, vt reſtituere eam debeant, *capit. licet cauſam. de probat.* Bar. *in l. ſi duo. in princ. num. 4. verſi. quandoque vterq. probant ff. vti poſſ.* cum aliis apud Decium relatis *in conſ. 56. colum. fin. & in conſil. 169. numer. 5. verſi. præterea.* vt concludit ibi Peruſinus, vbi in ſpecie etiam *cap. ſi à ſede. de preben. libr. 6.* potiorem poſſeſſionem ait, quæ vetuſtior eſt.

Secundo reſpondetur, locum argumenti in ſpecie hac non eſſe, vbi ab actoribus ipſis reſtituenda poſſeſſio foret, ſi apud eos eſſet: abſurdum quippe fieret, retinendi excipiendive ius reis non eſſe, quibus agendi facultas daretur, vt probatum in ſuperioribus habemus.

Neque mutat, quod e contrario dicitur, poſſeſſionis huius ſenioris habendam rationem non eſſe, quæ perdita poſſeſſorum culpa eſt, in quo argumento certaminis totius onus verſatur. Quocirca prœlii hic commiſſio incipit. Reſponſio enim in promptu per ſtatutum inficialem apparet, hoc eſt, inficias plane imus, rei quicquam reorum autores commeritos, vnde poſſeſſione carere Cornilii debuerint. Facinus quippe vllum eorum non oſtenditur, propter quod auferri ab eis Cornilium
10 debuerit, neque † præſumi in eos delictum poteſt. *l. merito ff. pro ſocio, l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. l. cum quidam. 2. in princ. ibique gl. in ver. offenderit. ff. de leg. 2. l. dolum. C. de dolo. c. ſi. de præſumptio.* vſq; adeo, vt bonitatis huius præſumendæ cauſa offendere verba liceat. Glo. *in c. ne quis arbitretur. in gloſſ. 1. prope fin. 22. quæſt. 2.* Marſil. *in conſ. 2. colum. 2.* Soci. iun. *in conſ. 83. num. 3. in fin. lib. 2.* ſed & recte intelligi verba conuenit potius, quam dolus præſumatur, vt habetur *in c. cum tu de teſtib. in l. 2. §. creditum ff. ſi cer. pet.* apud nos in *conſ. 6. num. 126. in conſ. 8 num. 2. & in conſ. 9. num. 24.* Delicto igitur aut culpa vlla poſſeſſorum non apparente, quamobrem auelli ab eis poſſeſſio debuerit, perinde res eſt, vt ſi commiſſa cul-
11 pa omnino non ſit, cum † iure pari indicetur, non eſſe, atque non probari, *l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum. in fi. ff. de rei vendica. l. in lege. ff. de contrahen. empt. l. duo ſunt Titii ff. de teſtam. tut. l. quidam tabularum ff. de furtis. l. cum precibus. Cod. de probat. in præſentia. & c. licet cauſam. eo. tit. c. cum ſuper. de conceſſ. preben. cap. cum ad ſedem. de reſti. ſpolia. cap. 1. de presby. nondum baptiza. mine. c. ordinarii. de offi. ordin. lib. 6 c. ſolemnitates. 1. de con. ſecra. diſt. 1.* qui neſtam iure carere dicitur, qui probatione deficit. Bald. *in conſ. 67. quæ ex facto. col. 2. circa med. lib. 5.* Vtrumque hic interuenit, id eſt, & veritas ipſa, quod admiſſum ſcelus vllum non eſt feudi iactura dignum, & probationum inopia.

12 Neque obſtat, † quod ſcriptum à Pariſio eſt, Principis aſſertioni de perduellione credi tam iure communi, quam decretorum Mediolani. Namque quod ad ius commune attinet, grauiſſime hic offenſũ à Pariſio videtur. Cuius rei gratia ſciendum, in poteſtate principis non eſſe, feudo ſuo cauſa indicta atque incognita vaſallum ſpoliare, ne quidem ex poteſtate ſuprema legibus ſoluta; quia conuentio aut contractus in feudo verſatur, & mutua vtrinq; obligatio ex parte domini & vaſalli. *c. de forma. 22. q. 5.* Abb. & alii *in c. quæ in eccleſiarum. colum. fin. de conſtitu.* Bar. *in l. iuris gentium. § quinimo. num. 19. ibique Iaſ. num. 16. & ſeq. ff. de pactis* not. item Iaſ. *in l. ſi pecuniam num. 14. ff. de condi. ob cau. & in vſibus feud. nu. 34.* Iuri plane contractus derogare, nec ex poteſtate eius ſumma princeps permittitur. *cap. 1. ibique Doct. de probat.* Atque in ſpecie contractus feudi Iaſ. tradit *in d. l. ſi pecuniam. num. 14.* cum aliis apud nos cumulatis *in tract. de antiq. temp. parte 1. num. 5. verſic. ſed tamen vera & communis. & pluribus ſeq. in conſ. 135. n. 29. & in conſil. 214. num. 4. in conſ. 592. num. 54. & num. 114. in conſ. 933. num. 2. & ſeq. in conſ. 951. num 8. in conſ. 973. num. 19.* Quibus Rum. accedit *in conſ. 7. colum. 9. poſt med. verſic. & hoc eſt etiam verum. in conſ. 36 colum. 7. poſt med. & colum. penult. in fi. in conſ. 40. nu. 10. lib. 1.* Guido Papæ *in conſ. 195. num. 6.* Socin. iun. *in conſ. 115. num. 9. & ſeq. lib. 2.* Pariſ. *in d. conſ. 1. num. 97. & pluribus ſeq. & num. 108. lib. 1.* Qua ratione igitur liberum principi non eſt de poteſtate ſua plenissima ius contractus feudalis lædere, neque à vaſallo id ſine cauſa aut culpa eius auferre; ita † nec delictum huiuſmodi ad- 13
miſſum eſſe à vaſallo confiteri in vaſalli ipſius perniciem poterit, vnde feudi ſui iacturã vaſallus faciat, ne indirecte poteſtatem feudi ſine cauſa reuocandi ita confitendo ſibi faciat, etiam ſi factum ipſius principis confeſſio illa contingat: ita innumeris locupletiſſimiſque Doct. teſtimoniis confirmatum à nobis eſt *in d. tract. de antiquis temp. parte 1. num. 5. verſi. ſed quæro iuxta prædict. & pluribus ſeq.* Quæ Doct. teſtimonia iuxta ac rationes eorum ſi recte perpendimus, receptam ſententiam hanc eſſe fateri nos oportet. Addo Bal. *in l. penult. C. de donat. inter vir. & vxo. in c. 1. de natura feu.* idem ſcriptum habemus *in conſ. 48. num. 1. & in conſ. 293. n. 4.* ibique nominatim de aſſertione principis expreſſum habemus, circa delictum, quod admiſſum à vaſallo ait, propter quod feudum ei ablatum eſt, & *in conſ. 640. num. 25. in conſ. 664. num. 11. in conſ. 749 num. 5. in conſ. 851. num. 8.* Idem præter Doct. à nobis relatos Curt. ſenior probat *in conſ. 48. memoria recolendæ. nu. 51. & ſeq. & in conſ. 49. num. 89. verſi. tamen iterato videndo ad ipſum decretum. & pluribus num. ſeq.* vbi diſerte & prolixe rem hanc Cur. exequitur. Roma. *conſil. 352. in fi.* Idem Rui. reſpondet *in conſ. 7. colum. 7. ante med. in conſ. 41. num. 12. in conſ. 46. num. 10. in conſ. 147. colum. 3. ante med. in conſ. 175. num. 8. lib. 1. in conſ. 98. colum. 8 in fin. lib. 4. & in conſil. 3. num. 5. lib. 5.* Deci. *in conſ. 606. num. 6. & ſeq.* vbi inquit non eſſe credendum aſſertioni Imperatoris de rebellione factã; quia agatur de eius intereſſe: allegat Iſern. *in c. 1. in prin. in ſi. quo temp. miles.* & quod eadem ratione ſummi Pontificis aſſertioni non eſſet credendum, & alia plura allegat. idem vult Iaſ. *in conſ. 34. num. 8. & ſeq. lib. 1.* vbi loquitur de aſſertione principis, quod quis ſit rebellis, de qua mentionem fecerat in donatione per eum facta de bonis talis ſui rebellis, & *in conſ. 86. num. 7. colum. 3. lib. 3.* vbi loquitur in aſſertione ſummi Pontificis, quod aliquis ſit rebellis, ne illi credatur. Campeg. *inter conſil. Bruni Aſtenſ. conſ. 2. colum. 6. verſ. confirmari poſſunt.* Gozadi. *conſ. 5. num. 15. & conſ. 27. columm. 7.* Ripa *lib. 2. Reſp. ſub tit. de reſcrip. c. 19. colum. 7. verſi. & ſi forte dicatur in Papa.* Alcia. *conſ. 598. numer 5.* Addo Bertran. *conſ. 206 num. 1. & pluribus ſeq. lib. 2.* Dec. *Reſponſ. 23. num. 6. lib. 1.* vbi teſtatur communem hanc eſſe opinionem, quod principi aſſerenti aliquem eſſe rebellem, non ſit credendum, niſi de tali rebellione aliter legitime conſtet. Alioquin eſſet in facultate principis, quemuis vaſallum feudo priuare, & à contractu ſuo vel ſuorum recedere cõtra ius naturale & gentium. Præterea deſtrueretur imperium; quia nullus pateret principi, qui ſola aſſertione poſſet priuare, & princeps non eſſet præſul, ſed omnium exul, & *num. 17. & ſeq.* pluribus rationibus hanc ſententiam confirmat, ne credatur aſſertioni principis in præiudicium tertii: addo eundem Dec. *in reſpon. 75. num 80. lib. 1. & reſpon. 75. num 1. lib. 2.* Cephal. *conſ. 302. num. 79 & ſeq. lib. 4.* vbi nos allegat. Addo Curt. Iun. *in 2. parte tract. feu. q. 12. circa fi.* Gramma. *de. eſ. 25.* Capit. *deciſ. 166. num. 7.* Gigas *in tract. de crimi. læſæ maieſt. lib. 3. q. 14.* & infra *nu. 18.*

Quo magis admiror contra tot tamque grauiſſima Doct. teſtimonia non dubitaſſe Pariſium obloqui *in d. conſ. 1. numer. 41.* Namque ſi Doct. enumeramus, qui commemorati à nobis in d. tracta. dictiſque conſi. ſunt, & quos aliis hic adiecimus, mirum ni à ſaniore & maxima Doctorum parte aberraſſe Pariſiũ dicimus. Quod idem & in locis aliis non paucis factum ab eo legimus: & quod non credatur aſſertioni Papæ vel Cardinalis in præiudicium alterius, voluit ipſe Pariſ. *in conſ. 67. n. 28. & in conſil. ſeq. n. 128. in conſ. 136. n. 31. lib. 4.*

Non obſtat, fidem ſaltẽ aſſertioni principis ex decreto habendam. Inutili enim prorſus nulliuſque roboris huiuſmodi decretum arbitror poteſtatis defectu: ſicut enim confeſſioni credi principis non debet, per quam licentia ei datur iure ſuo, cauſa indicta culpaque nulla interueniente vaſallũ priuandi: ita legem condere non permittitur, ex qua fidem confeſſio eius accipit. Eadem quippe ratio in caſu vtroque verſatur. *l. illud. ff. ad legem Aquil. l. non poſſunt. ff. de legib. l. à Titio. ff. de verbor. obligat.*

Secundo, iuri diuino † decretum hoc reſtagatur, de quo 14
Deuterono. c. 19. *non ſtabit vnus teſtis contra aliquem, ſed in ore duorum vel trium ſtabit omne verbum.* Idem Matthæi habetur c. 18. à quo iure diuino, cui omnes obediunt, caſus decreti iſtius exceptus nõ inuenitur.

Idem expreſſum iure ciuili eſt. *l. vbi numerus. ff. de teſtib. l. omnibus. C. eodem tit. l. 3. C. de naufra. lib. 10.* Iure item canonico idem de-

tiſoni legitur. *c. nouit. de iudi. c. in omni negotio. & c. licet vniuerſis. de teſtib. c. ſi peccauerit. 2. q. 1.* Si ocrteſti vni io cauſa aliena iure diuino humanoq; creditur, longe minus fides alicui habenda in cauſa propria erit.

Tertio ſanctam legem & rationabilem eſſe oportet, *c. erit autem lex. 4. diſtin. Eſaia c. 10.* At enim ſanctimonie rationique congruere non videtur, vt fides principi io cauſa ſua & in tertiu pręiudicium habeatur.

15 Siquidem † integri principes omnes non ſunt: malos enim ob populorum ſcelera interdum Deus permittit, iuxta illud Oſeæ, *dabo regem in furore meo.* Et Iob. cap. 34. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* & Regum lib. 1. cap. 8. *filios veſtros tollet.* Nemo igitur ſanctū rationabileq; decretum iſtud in principe præſertim minus religioſo dixerit.

Quarto ita lex habetur, vnde delinquendi occaſio detur. *l. ſi vnus §. illud nulla. ibique Iaſ. colum. 1. in fi. ff. de pactis, l. conuenire. ff. de pactis dotal. cap. ex parte. de conſuetu.* Roma. *in conſ. 90 in fi.* Areti. *in conſ. 58 diligenter conſideratis num. 0.* Deci. *in cap. cognoſcentes colum. 1. poſt med. in 1. lectu. & in altera lectura, colum. 2. ante med. de conſtit. & in cap. 2. colum. 7. circa med. de probat.* Iaſon *in l. 3. in princip. in 4. nota. ff. de iureiurand. & in l. admonendi. colum. 18. in princip. in prima limitatione &c. item. in prima lectura.* Occaſionem plane delinquendi e l. hac naſci non ambigitur; ſiquidem principem irreligioſum imperare ſuperi ſinanti facinus enim patratū à vaſallo dicet, vt feudo eum deiiciat. Quare etſi maxime tolerabilis huiuſmodi lex videtur, principis ſanctimonia admiſſa, è contrario tamen iniquitatem euidentem eiuſmodi lex habet.

16 Quinto reſpondetur † vſu receptum decretum hoc non eſſe, atque ideo pro eo habendum, vt ſi conditum non ſit. gloſſ. & Bal. *in l. rem non nouam. C. de iudi.* gloſſ. *in c. 1. de treuga & pace* Alex. *in conſil. 6. colum. 1. in fi. & in conſ. 132. in primo dubio. lib. 1.* pro nullis enim ita habentur, quæ conſuetudine non ſeruantur. Bald. *in cap. fin. colum. 7. de conſuetu.* Ruſus ab vſu & obſeruatione comprobationem lex accepit *l. ſi filius, qui in poteſtate. ibique Iaſ. in ſexto nota. ff. de lib. & poſt.* not. idem Iaſ. *in l. de quibus. in ſexta nota. ff. de legib.* Tex. huc ſcitus accedit in *§. fin. in Authen. quibus modis natu. eff. ſui. ibi; quoniam non vtendo neglecta eſt.*

Hoc amplius, quotiens ſtatuta ſeruaturum ſe iuratus quiſpiam promittit, tam edita, quam quæ edita poſtea erunt, ad ſtatutum iuramentum non trahitur, quod approbatum vtentium moribus non eſt *c. a. 1. ibique Inno. & alii de his quæ fiunt à maiore parte Cap.* Bald. *in prælud. feu. l. numer. 15.* Ripa *li. 1. reſponſ. capit. 5. num. 3. 4.*

17 Non obſtat, † notorium factum hoc perduellionis adeo fuiſſe, vt celari tergiuerſatione vlla non poſſit, cum relatum id inter annales aeterum publice geſtarum monumenta dicatur. Atque ideo indigens probationis non eſſe. *l. ſi vero. §. qui pro rei. ff qui ſat. cog. l. emptorem. in fine primi reſpon. ff. de actio emp. l. 1. in fin. ff. de dote prælega. l. cum. ibi: & gl. & Doct. C. de appella. l. ea quidem. C. de accuſa. c. tua. de cohabi. cler. & mul. c. de manifeſta. 2. q. 1.*

Argumentum hoc ſicut præcipuum omnium eſt, quibus Pariſ. nitit. *in d. conſ. 1. num. 33.* vſque ad *num. 40.* ita indignum tanto viro fuit, quo in re tam odioſiſſima vteretur: leue enim admodum videtur, ex cuius confutatione optimum liquidiſſimumve reorum ius emicabit. Pluribus enim argumentum hoc proſternitur. Principio, quod dicitur, ſuperuacuam probationem in notoriis eſſe, ad facta permanentia pertinet, non ea, quæ abeunt, aut effluunt. Innoc. & alii *in d. l. tua. de cohabi. cleri. & mul.* Card. *in conſ. 56. colum. 2. poſt med. verſi. ad quod reſpondeo.* Bald. *in l. cum fratrem. num. 5. C. de his quibus vt indig.* Hoc amplius Bal. ibi ſubiicit, *num. 5.* notorium nullum in mundo eſſe, quod oneri probandi eximat, præter id, quod in facto permanente eſt Baldo ſimpliciter Alex. ſubſcribit *in d. l. emptorem. ff. de actio emp.* apud Bart. Cum eo plane defectionis aut perduellionis admiſſum, arma in principem capta, in facto permanenti non refertur, ita vt factum ipſum ſemper ſpectetur, quamuis memoria eius reſideat; ſed enim facti, non memoriæ perſeuerentiam Doct. hic exigunt. Neque de notorio hoc fides principi habetur, qui id teſtatur, ex his, quæ dicta ante de aſſertione principis ſunt. At-

18 que nominatim † in Papa notorium crimen aſſerente in perniciem alienam Aret. ita ſcribit *in conſ. 163. ſicut Ioannes n. 5.* cui ſubſcriptum à Hieronymo Torto eſt *in conſ. poſt Antonium de But. reſponſ. num. 10. verſi. nec obſt. et ſi aliquis dixerit.* & apud Ang. Malet. *in ver. & per modum notorii. in notulis eius.* Idque ex tex. probatur *in clem. paſtoralis. de re iudi.* vbi Henricus Imperator rebellionem Roberti regis notoriam declarauerat: atqui eādem aſſertionem & declarationem id genus habendam nō fore Pontifex ibi reſpondet, *ver. cæterum.* not. Iaſ. *in conſ. 80 num. 7. lib. 3.* ibiq; idem in Papa laſat. Idem in Papa Soci. ſcribit *in conſ. 20 num. 12. ver. ſed contra hanc reſponſionem. inter conſ. Curtii ſenioris.* Proinde vbicunque notorium facti huius tranſeuntis vertitur, ad probationem eius præſtandam iuris ordinem ſeruari oportet parte citata, vt Bal. tradit *in c. 1. § iniuriam. 14. de pace iura. fir.* Areti. *in d. conſil. 163. num. 5.* Tortus *in d. conſ. num. 27. in fi. notul.* Ang. Malet. *in ver. & per modum notorii.*

Secundo reſponſione altera, & ipſa inuictiſſima argumentum hoc Pariſ. perimitur: Eſto ſane, notiſſimum manifeſtiſſimumve ſit, ita à Comite Petro Maria actum, ad hoſtes Ducis eum acceſſiſſe, arma ab eo contra Ducem capta, idque tergiuerſatione vlla tegi non poſſe; conſequens tamen non fit, licentiam Duci fuiſſe Comitem ipſum abſentem, non citatum atq; indefenſum prorſus, nullo iuris ordine, cauſa omnino incognita, feudo bonisque ſuis omnibus ſpoliandi. Cuius rei gratia ſciendum eſt, mali aut flagitii quicquam in terris nō eſſe, quod excuſatione adumbrari aliqua nō poſſit, præter id, quod in Deum ipſum omnipotentem non admittitur, blaſphemia puta, adulterium, & id genus alia, in quibus excuſatio vlla non cadit. Ad delicta alia, quæ in hominem homo committit, mo-

19 neri † quiſpiam ex cauſa aliqua iuſta poteſt, vel ſi iuſta omnino non ſit, ad excluſionem tamen doli vel delicti extenuationem valebit, vti videre apud Inno. Ant. & Abb. eſt *in d. c. veſtra. de cohabi. cler. & mul.* Aret. *in d. conſ. 163. ſicut Ioannes num. 6. verſi. venio ad ſecundum.* Tortus *in d. conſ. poſt Anto. de But. reſponſa. num. 28. ver. ſed quid fortius & in vocul.* Ange. Malet. *ver. & per modum notorii.* Iaſon *in d. conſ. 56 n. 7. in fi lib. 3.* Subiicitq; Aret. *in d. conſ. 163. nu. 6.* quod vbicunq; in caſu aliquo licite fieri id poteſt, quod de genere prohibitorum eſt, excuſabile id haberi, per tex. *in c. venerabilibus. § fi. de ſenten. excom. li. 6.* idq; ex ſententia Innoc. eſſe *in d. c. veſtra.*

20 Secundo monendi ſumus, † caſus ſubeſſe, in quibus non vaſallo ſubditove eſt arma in principem capiendi eidemque reſiſtendi: de quo genere caſus iſte eſt, cum de facto culpaque vaſalli non conuicta, feudum ab eo princeps aufert, vt in ſpecie Iaſ. ſcribit *in d. conſ. 76. num. 4. lib. 3.* Idem vltra Iaſonem Abb. probat *in conſ. 3. col. penult. in fi. ver. ſertium remedium. lib. 2.* Idem And. de Iſer. ſcribit *in c. 1. de milit. vaſallo qui contu. eſt.* quem deciſio Neapoli. ſequitur *deciſ. 265. numer. 76. 77.* ſed vberius & in ſpecie magis Calca. id exequitur *in conſ. 52. colum. 1. & 2.* vbi eum de facto rebus ſuis à Principe quis ſpoliatur, fas ei eſſe ſcribit, bellum cum eo gerere. Id: quia tyrannidem princeps exercet, quotiens iuris ordine non ſeruato bonis ſuis ſubditum ſpoliat, etiam ſi Princeps verus legitimuſque alias ſit, ex tituloque iuſto ad regnum

21 peruenerit. Tyrannos † enim dicitur non modo qui iure nullo imperium regnumve occupat, verum etiā qui iure ad principatum euectus, iuſtitiam ſubditis non miniſtrat eoſve opprimit, vt Bar. docet *in tracta. de tyrannide, q. 8.* Iaſ. *in conſ. 72. colum. 2. lib. 1.* Ruin. *in conſ. 121. col. 1. in fi. lib. 4.* Cum principe plane tyrannidem exercente recte bellum geri Calca. probat *in d. conſil. 52. n. 3.* per tex. *in l. decernimus. C. de ſacroſ. eccl.* Idem præter Calca. ex Roma. probatur *ſing. 494. criminalis.* vbi cum leges Cæſaris dominus directus non ſequitur, impune ab eo fidelitatisque ſacramento vaſallus diſcedit. Simili modo impune à domino vaſallus deficit, cui fidem vel promiſſa dominus non ſeruat. gl. *in c. 1. in ver. vtilitatem de noua forma fidelit.* Deci. *in conſ. 282. col. 2 poſt prin. verſ. & vlterius ex alio capite.* Iaſ. *in conſ. 208. col. 3 in fin. lib. 2.* His Abb. accedit *in conſ. 94. in tertio dubio. lib. 2.*

His ita prænarratis, conſequens fit, licentiam Principi non fuiſſe Comitem abſentem, non citatum, inauditum, indefenſum, perperam, nullo iuris ordine, bonis ſuis ſpoliandi, etiam ſi notiſſimum in manifeſtoq; ſit contrariū Duci ipſi Comitem fuiſſe, damnaq;, negotiū, & moleſtiam à Comite Ducem paſſum, Ducis hoſtibus auxilio Comitem fuiſſe, inimicorumque odium à Comite ipſo in Ducem concitatum. Namque cum caſus interuenire poſſit, in quo id facere vaſallo liceat, vti demonſtratū paulo ante habemus, citari vaſallum oportebat, ſi cauſam iuſtam forte oſtendere vellet, quamobrē deſertus ab eo dominus eſſet, & cum hoſtib. eius ſocietas amicitiave con-

22 iuncta. Alioquin ſi † impune omittere citationem liceat, defendendi excuſationiſq; proponendæ facultas eripitur. Ita Aret. in ſpecie docet, *in d. conſ. 163 n. 7.* ex Hoſti. & Abba. *in c. cum ſit Romana. de appellat.* Anton. de But. *in d. c. veſtra. de coh. cler. & mul.*

Hierony-

Digitized by Google

Hieron. Tocrus *in d. conſ. poſt Ant. de But. reſponſa. nu. 29. ver. & hanc ſententiam firmat Bal.* idem ex Bald. oſtenditur *in l. presbyteri. num. 11. C. de epi. & cleri. in l. cum ſi patrem. num. 8. C. de his quib. vt indig.* quem Alex. ſequitur *in d. l. emptorem. ff. de actio. empt.* apud Bart. Idem præter Alexan. Bald. ſcribit *in conſ. 141. thema huiuſmodi ſubiicitur. in fin. lib. 2.*

Apparet ex his toto cœlo totaq; terra, vt aiunt, à Pariſio erratum in iudicio hoc criminali, qui conſequentia id genus vſus ſit: notorium eſt à domino Comitem defeciſſe, arma ab eo contra dominum capta, hoſtibus opem latam: ergo perduellionis reus Comes eſt: quandoquidem incidere caſus poterat, in quo citra defectionis flagitium id ita fieret. Quamob cauſam citandus Comes ante erat, quam ita perperam bonis ſuis excuderetur. Conſequens item prædictis ſit, ex diuerſis penituſque ſeparatis à Pariſio argumentum deduci: notorium eſt, ita à Comite rem actam; ergo notorium eſt, ita fieri non potuiſſe *l. ſi. ff. de calumnia. l. Papinianus exul. ff. de mino. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ.*

Rurſus ſi vbi excuſatio defenſiove vlla rei non conſtat, vitioſa nihilominus fiunt quæcunque geſta contra ipſum abſentem, nec citatum ſunt, id; quia fieri poſſet, vt defenſio aut excuſatio ei aliqua competeret, etiam ſi euidens aut notorium factum ſit: quid dicendum hic habemus, vbi defenſionis excuſationiſque cauſæ in promptu ſunt? Prima cauſa, quod iuſſus fuit Comes ad dominum venire, indiciis vllis omnino non præeuntibus, neque delicto vllo à Comite admiſſo, odio demum ex cauſis contracto, quas recenſendas non duxi, vtpote non obſcuras, & quarum certiores facile fieri iudices potetunt: vnde ſient vitioſa iniquaque modis omnibus id genus ci-
23 tatio fuit, vaſallum domino † offendente, à quo defenſionem ſuſcipi eius oportebat. *d. c. 1. in ſi. de forma fidel. d. c. de forma. 22. qu. 5.* Alex. *in conſ. 15. num. 5. lib. 5.* deciſio Neapoli *deciſ. 265. num. 6.* ita fas vaſallo fuit à domino deficere, ex his, quæ ſcripta in ſuperioribus habemus. Quis enim dominum audiat vaſallo nocentem, quem habere in tutela debet? *c. vnico. de natu ex libero ven.* Hoſt. *in c. ſignific. aut. column. 1. circa ſi. de pœni. & remiſſio.* Vitioſam plane citationem huiuſmodi fuiſſe non dubitatur, cum inquietari quempiam criminis vllius cauſa non oporteat, niſi commiſſum crimen eſſe ante omnia appareat. *l. 1. §. item illud & l. neceſſarios. §. non aliter ff. ad Syllania. l. ſi quando. in ver. pateſacta. vbique Iaſ. poſt Bal. in quarto nota. C. vnde vi. l. 1. C. vbi cau. fiſcal. l. diuus vbique Bar. & Ang. ff. de teſtam. milit.* Idque locum in crimine etiam læſæ maieſtatis obtinet. Deci. *in conſ. 410. col. 2.* Sed nec confeſſio rei ad pœnam irrogandam valet, quod commiſſum ab eo delictum ſit, niſi commiſſum delictum eſſe aliter appareat. Ang. *in d. l. certum. in princip. ff. de confeſſ.* Iaſ. *in l. uſſura vdum quod ex tonnuntione §. fin. num. 21. verſi. ſecundo limita. ff. de iureiuran.* Marſil. in ſua *praxi, §. principium. num. 6.* declarationes tamen accipere nonnullas ſolet, quod dictum de confeſſione eſt. Quid autẽ delicti oſtenditur, propter quod negotium criminale pati Comes deberet? Neque dici poteſt ex ſententia contra eum lata ſolenniter acta omnia præſumi, poſtquam ad rem iudicatam peruenit; quoniam ſententia ne vlla quidem allegatur.

Secunda cauſa à domino diſcedendi & ad eum non venien-
24 di; quoniam † ad locum non tutum venire iuſſus Comes eſt; quo caſu iuſſioni parere nec fide publica data tenebatur. *c. accedens. 2. vt lite non contes. c. accepimus. de fide inſtrum. c. cum dilecto. de confir. vtili vel inutili. d. clem. paſtoralis. verſ. Piſana. de re iud. l. de ætate. ff. ad Trebel. l. ſecundum. §. ſi accuſatio. ff. de accu. gl. in c. ex parte. 1. de appell. in c. ſtatutum §. cum vero. in ver ſecure. de reſcrip. lib. 6.* Neque dicatur locum excuſationi huic non eſſe, vbicunque delicti ratione tutus locus non eſt, ad quem citatio fit. Alex. *in l. recuſare. §. fin. column. 3. ff. ad Trebell.* quoniam delicti vllius fides omnino non ſit, neq; fieri poteſt.

Hicque obſeruandum in ſecunda hac cauſa, etſi maxime iuris ordine proceſſum contra Comitem eſſet, lataque in eum citatum ſententia eſſet, cum factum quicquam horum omnium non ſit, pro eo tamen rem habendam, atque ſi neglectus omiſſuſque omnino ordo iuris ſit, citatioque vlla non facta, poſtquam citatus ad locum non tutum eſt: atque ideo reintegrari rem ad poſſeſſionem oportet, quæ amiſſa ex proceſſu hoc eſt. Ita Bal. docet *in conſ. 327. iniuſtiſſima. lib. 2.* cuius ſententia admiſſa à nobis eſt *in conſ. 3. c. a. num. 1. verſi. amplius datur.* Locũ plane tutum non fuiſſe, neq; citantis fidem ſequendam, nemo eſt qui neſciat.

Tertia cauſa excuſationis & defenſionis, quæ proponi poterat, & ipſa euidens & pluſquam notoria eſt, quod initium factum ab executione eſt, reo ſeu Comite ipſo Petro Maria poſſeſſione ſua initio ipſo vi armorũ deturbato, antequam ad iuris remedia adiretur: ſic non tam iure quid actum, quam præcipitata omnia apparent. † exordio ab executione facto. *l.* 25 *ſi cum nulla. ff. de re iudi. l. ſi pacto. in fi. C. de pactis. l. prolatam. C. de ſenten. l. 1. C. de execu. rei iud.* Scite Bald. *in conſ. 274. quia de ſola nullitate. verſi. ſecundo præmittẽ. lib. 3.* vbi fieri de iure non poſſe ait, vt cauſa exequibili non præcedente, executio fiat, per *d. l. ſi cum nulla.* tradit Fulgoſ. *in conſ. 176. Iacobus. numer. 2.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 463. in cauſa vertente coram egregio legum Doctore. colum. 4. in fin. lib. 5.* Apparet ex his reſponſione vna atque altera argumentum hoc Pariſii funditus deletum, quod in crimine notorio poſitũ eſt, & in quo ſumma reſponſi totius poſita ab eo eſt. Ea quia argumenti huius diſſolutione ſola optimum æquiſſimumve teſtiũ ius dilucide magis apparet, quã vt obſcurari tenebris vllis poſſit; quam rem ſolam ad victoriam ferendam valere arbitror.

Quanquam autẽ duplex hęc reſponſio ad Pariſii argumentum conterendum ſufficiat, quod in crimine notorio ponitur; tertia tamen reſponſio, & ipſa potens reis fauet. Quod enim dicitur, † ſuperuacuum iuris ordinem in notoriis videri, eo 26 pertinet, vt vaſalli delinquentis feudum recte alii à domino detur, vigoremq; conceſſio id genus habeat, vaſallo etiam non citato, delictum cuius euidens aut palam eſſe narratur. Cæterum de poſſeſſione vaſallum exturbari ante nõ oportet, quam ſecuta citatio cauſæve cognitio ſit. Ita nominatim Bald. præcipit *in c. 2. num. 3. de feudo ſine culpa non amitten. & in d. conſ. 141. thema huiuſmodi ſubiicitur. colum. 2. poſt princip. lib. 2.* per tex. *in c. licet epiſcopus. de præb. lib. 6.*

Non obſtat, neceſſariam ſententiã declaratoriã in crimine notorio non eſſe. Reſponſio n. ex prædictis apparet, id eſt, locum hoc tum deniq; habere, ſi id genus delictum vertitur, in quo excuſationis aut defenſionis cadere quicquam nõ poteſt. De quo genere crimen controuerſum nõ eſſe, teſtatum abunde ſatis in ſuperioribus habemus. Atque ita in ſpecie Ancha. & Domini. ſcribunt *in cap. cum ſecundum. de hæret. lib. 6.* cum quibus Socin. conſentit *in conſ. 50. num. 32. verſ. quarto & vltimo inter Curtii ſeniores reſponſa.* idem & Aretin. nominatim ſcribit *in d. conſil. 163. num 9.*

Secundo reſpondetur, ſententiam declaratoriam in his non exquiri, quæ notoria ſunt, id eſt, factum ita eſſe à Comite, arma ab eo contra dominum ſumpta. Cæterum notorium non eſt, defectionis aut perduellionis eum reum fuiſſe, cum accipi arma & alia id genus fieri citra perduellionem potuerint, vti ſupra oſtendimus. Quocirca neceſſaria ſententia declaratoria in eo ſine dubitatione aliqua erat, quod notorium eſſe non poterat, ea his quæ ſcripta verbis plurib. ante ſunt. Et qua ratione opus ſententia declaratoria erat: ita & citatio.

Tertio reſpondetur. Sententiam declaratoriam neceſſariam fac non eſſe, poſſeſſio tamen corporalis à Comite auferri ante non debuit quam citatio fieret. *d. c. licet epiſcopus. de præben. lib. 6.* Bal. *in d. cap. 2. num. 3. de feudo ſine culpa non amitten. & in d. conſil. 141. colum. 1. poſt prin. lib. 2.* Idem Bald. ſcribit *in cap. quæ in eccleſiarum. colum. 9. de conſtit.* quem Alex. ſequitur *in conſil. 103. num. 22. in fi. verſ. prætereà etiam quando. lib. 1.* Dec. *in conſ. 144. col. pen. poſt med.* Socin. iun. *in conſ. 121. nu. 12. & 13. lib. 2.*

Nõ obſtat, quod Pariſ. ait ex cauſa iuſta feudum Comiti abreptum, cauſamque iuſtam in principe præſumi: namque cum cauſas Pariſ. exprimat, propter quas ademptum feudum Comiti ait, fruſtra ad cauſæ præſumptionem adit. In re enim dubia præſumptio cadit, non in clara. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* Inde dicimus tacitum ſilere cum expreſſio ſit. *l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulga.* Cauſas plane expreſſas, id eſt, perduellionis ſatis ad priuationem feudi contra Comitem abſentem & inauditum non fuiſſe, abunde ſatiſque teſtatum in ſuperioribus habemus.

Secundo reſpondetur, † qua ratione ſuperius oſtendimus, 27 in his principi non credi, quæ à poteſtate eius nõ pendent, velut cum cauſa indicta, feudum à vaſallo auocat: ita cauſam in principe non præſumi, locupletiſſime declaratum à nobis eſt *in d. tract. de antiq. tem. parte · num 9.* Quibus Fulgo. accedit *in conſil. 61. domina Catharina. colum. 2. circa med. verſ. & licet adiiciat.* Ruin. *in conſil. 7. colum. 6. in fin. in conſil. 21. num. 12. in conſil. 36. num. 16. in conſil. 39. num. 17. in conſil. 229. in fin. lib. 4. & in conſil. 95. colum. pen. circa med.*

lib.5. Quare ſi Doct. obſeruamus, tam *in d. tract.* quam hic enarratos, dubitatio non eſt, quin vulgatiſſima & probatiſſima ſententia hæc inuenia tur.

Tertio reſpondetur, cauſam in principe non præſumi, qui iuris ordine non ſeruato, citationeq; omiſſa procedit, vt factũ hic eſt: ita ex Abb. Soci. probat *in d. conſ. 10. num. 10. inter conſ. Curtii ſenioris*, cum aliis à nobis relatis *in conſ. 5. num. 5.* Quibus Abb. adiungimus *in 3. q. Sempronius. colum. 2. in fi. verſic. ſit autem heres prælat.* Curt. ſeniorem *in d. conſ. 40. num. 92.* Iaſ. *in conſ. 213. in fi.* Aliter porro interpretantibus, licentia per indirectum principibus erit, cauſa indicta ſubditos opprimendi, ſi cauſam in eis iuſtam paſſim præſumimus, etiam eum nullo iuris ordine, pro arbitrio quid agant; ſiquidem æqui boniq; cultores non omnes ſunt, quicunq; diuitias habent, in poteſtate veagunt.

Non obſtat, de plenitudine poteſtatis rem ita actam: reſpõſum enim in ſuperioribus eſt, momenti vllius poteſtatẽ hanc plenam in his non eſſe, quæ à iure gentium ſunt, quales contractus ſunt, in quibus feudum continetur.

Atque ideo licentiam principi non eſſe ius lædendi, quod ex contractu naſcitur, niſi ſi ex cauſa legitima id fiat, ex delicto vaſalli aut ſubditi puta. Et qua ratione facultas principi non eſt, ſine cauſa feudum auferendi; ita nec delictum aſſerendi, vnde indirecto feudum vaſallus immeritus amittat.

Neque in caſu hoc cauſam in principe præſumi: ob id, citatione omiſſa, contra vaſallum aut ſubditum procedere principi non licet. Idque ex tex. probat *in d. clem. paſtoralis. ver. caterum de re iud.* cum aliis apud nos allegatis *in d. conſ. 5. num. 3.* Ad quæ Feli. accedit *in d. c. quæ in eccleſiarum num. 46. de conſti.* Ruin. *in conſ. 46. colum. 3. in fi. lib. 2.* Hierony. Torniis *in d. conſ. post reſponſa Anto. de Butr. num. 24. ver. in ſed. quod fortius* Idem Pariſ. admittit *in d. conſ. num. 86.* Clauſularum igitur inſpectio, quibus Pariſ. ſubniti laborat, ad ſolam eam ſuperioris oſtendendam faceret. Atqui fruſtra voluntatem obſeruamus, cui coniuncta poteſtas non ſit. Quo ... velles quod ... poſſis. *l. Barbarius ver. cum etiam potuit ff. de offi. præto. l. imperium ff. de iuriſd. omn. iud.* Signorol *in conſ. 28. columna 6. post med.* Text. huc ſpectat *in l. ſi quis annus ff. de teſtament.*

28 Secundo reſpondetur, † inutiles clauſulas de plenitudine poteſtatis & his idem pollentes fieri, vbicunque præter ordinem, perperam, atque extra cauſæ cognitionem actum quid eſt. Rota *decis. 2. 130. ... confirmando* & alia à nobis commemorata *in conſ. 241. colum. 9. ver. præterea ſſ. etiam clauſula.* Idem Ruin. placet *in conſ. 9. col. 10. lib. 4.*

Tertio reſpondetur, contrarium ſui ipſius in ſpecie hac atq; in eodem reſponſo Pariſium deprehendi. Initio enim cum vitioſum id genus proceſſum parte non vocata, iuriſque ordine omiſſo perſpiceret, auxilium à clauſulis petit, *de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia,* &c. quo tam inſignem proceſſus iniquitatem tueretur. Deinde cum reſtitutionem in integrum eludere certat, quam ab Imperatore Maximiliano, & Carolo Quinto Petrus Maria Comes acceperat, clauſulis illis interpoſitis, *de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, non obſtantibus,* &c. defectum poteſtatis in Cæſarem obiicit, *num. 86.* vbi iuris demum ciuilis ſeu poſitiui (quod vocitant) vitia per clauſulas has purgari ait. Dii boni! iuriſne poſitiui vitium in citatione prætermiſſa verſatur? quam à iure diuino demanatam vulgo Doct. cõſentiunt, quod paradiſo terreſtri eiectus ante Adam non fuerit quam à Deo citaretur, ſi defendere quid vellet: *Adam vbi es?* Bart. *in extrauag. ad reprimendum in ver. & figura iudicii.* Bald. *in l. fin. C. de legib. & ad gentes innumera.* Nihil igitur Pariſii teſtimonium faciendum, qui in loco conſiſtere nec in eodem conſilio potuit. *l. qui falſo vel vario ff. de teſtib.* Quo nomine male interpres noſter Martianus audit, de quo fert ... gl. eſt *in l. Lucius ſuroſi. §. fin. ff. de petit. heredit.* Scutum eius albo nigroq; ab eo variatum, quo telorum omnium amaritudinem deuitaret: refert Fulgo. *in conſ. 41. col. 3. ante med.* Perpetuus tamen temporis noſtri Doctorum mos iſte videtur, vt in eadem manere ſententia nequeant. Atq; vtinam æris cupiditate id non fiat.

Argumentum & illud diſſolutum ex prædictis apparet, reſtitutionem ad poſſeſſionem ſui in Comitem Petrum Mariam non eſſe, ſi apud actores poſſeſſio ſit, vtpote principis autoritate ſpoliatum, cuius factum parti ipſi tribuitur, perindeque rem habent, atque ſi traſita actoribus poſſeſſio à Comite ipſo ſit. Locum enim argumentum non habet, vbicunque perperam, iuris ordine omnino poſthabito, princeps aut iudex procedit.

Bal. *in d. l. ſi ob cauſam tutela § C. de euictio. & in conſ. 61. in gl. 1. queſtione colum. 1. poſt med. verſ. & ſi dicatur, quod hæc loquuntur lib. 2.* Soci. *in conſ. 258 col. 4. verſ. nec hoc caſu. lib. 2.* vitioſe hic nulloque iuris ordine rem actam, ſæpius repertum.

Reſponſio & alia ad argumẽta omnia ſinarrata generaliter accommodatur, facto admiſſo, quod mihi propoſitũ eſt; Ducem verum Ludouicum Sfortiam non fuiſſe, at tyrannum Idque hiſtoriarum monumentis liquere, quorum verba ſicut peruulgata narrantur, ita adeundũ ad ea erit. Qua re admiſſa, argumentum ſuum Pariſius patietur, qui Petri Mariæ Comitis defectionem annalibus rerumque geſtarum libris conſcriptã ait. Facto hoc enim ita præſuppoſito, mouere ea non videntur, quæ in rei geſtæ confirmationem Pariſ. affert. Et principio non obſtat, rata ea haberi † quæ acta per iuſtitiam, ſeu iuſtitiæ figura ſunt, vt Pariſ. ait *in d. conſ. 1. num. 63. 65. lib. 1.* ex Barto. *in d. tracta. de tyrannis. q. 7.* Caſtren. *in d. l. decernimus. C. de ſacroſ. eccleſ.* verum enim id ita habetur, ſi ab iudicibus ordinariis tyranno ſubditis quid agitur, à quibus peccatum quicquam in ditione occupanda non ſit. deciſio Neapoli *deciſ. 77. num. 5.* ex Iſer. *in conſtit. regni, priuileg. 2.* Cæterum per D. Ioannem de Zuchis, quaſi delegatum, ita hæc peracta leguntur, atque ideo in perſona delegantis fundamentum omne ponitur, in quo ſi iuriſdictio non erat, vtique nec in delegato. *l. traditio. ff. de acq. rerum domi. l. nemo plus. ff. de reg. iuris.* 29

Secundo reſpondetur, vtilia ita haberi, quæ acta ſub Tyranno ſunt, ſi à populo iuriſdictionem iudex cõſequitur, non à Tyranno ipſo, vt Bal. docet *in d. l. decernimus num. 5.* Ruſus in officialibus ſeu ordinariis Caſtren. ibi loquitur, quaſi territorio, non tyranni perſonæ iuriſdictio cohæreat. Ex quibus apparet irrita apud Bal. Caſtrenſemq; haberi, quæcunque geſta à delegato Tyranni ſunt.

Tertio reſpondetur, firma rata eſſe, quæ acta ſub Tyranno contra reum ſunt, ſi admiſſum delictum ſit, pro quo pœnas dari omnino oportet. Pariſ. *in d. conſil. 1. num. 63.* ex Bald. *in d. l. decernimus colum. 2.* vbi meritum vel demeritum conſiderat.

Atqui Tyrannide præſuppoſita, laudi dandũ, quod actum contra Tyrannum eſt, tantum abeſt, vt vindicari id debeat. *d. l. decernimus.* & dictum ſuperius eſt ex Calca. *in conſ. 52. colum. 2.* Si dixeris, Cæſarem & ipſum Maximilianum offenſum, negatur; quia nihil quicquam actum odio Cæſaris eſt, à gratia cuius Comes non diſceſſit. Et præterea de iure tertii aut Cæſaris opponi non poteſt. *l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. erc.* Soc. *in conſ. 78. colum. 2. post med. lib. 4.* Ripa *in rubr. ff. ſolut. matrimon. numer. 29. ver. non obſtat, quod Doct.* quid hic dicendum vbi ius ſuum tertius remiſit?

Non obſtat toleratum ducem Ludouicum, Pontifice Cæſareque patientibus, vt Pariſ. obſeruat *in d. conſ. 1. num. 57. & 66.* Nam quæ dici non poteſt ex voluntate Cæſaris ante ducem toleratum, quam imperio eius pareret, & pro domino directo agnoſceret inueſtituramque peteret; quoniam remiſſionẽ donationemq; iuris ſui in Cæſare tunc præſumimus, quod iuri repugnat. *l. cum de indebito. §. 1. ff. de cond. indeb. l. ſi filius familias. ff. de dona. l. ſi cum aurum ff. de ſolut.* Bar. & alii *in l. cum quid. ff. ſi certum petat.*

Hoc amplius, ſi † ius id tum ampliſſimum donare in animo Cæſar habuerat, poteſtas tamen ita faciendi non erat, vnde læſionem grauiſſimam imperium acciperet. *c. intellecto. de iureiur. c. grandi. de ſuppl. neglig. prælat. lib. 6.* Bar. *in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.* In re igitur prohibita nihil eſt, quod donatio præſumatur, gl. *in l. ſi vxor. in gl. 5. ff. de dona. inter vir. & vx.* argu. *l. qui ad certum ff. locat.* ſequitur Signorol. *in conſ. 49. colum. 2. ante med.* Nemo igitur ſani capitis dixerit, ex conſenſu Cæſaris principatum ab eo geri, qui Cæſarem ipſum contemnit, & in ſuperiorem eum non agnoſcit. 30

Rurſus inueſtitura poſtea conceſſa nihil eſt, quod pars ſidat; quoniam ad perniciem alienam illa non trahitur, vt dariquiſſe Petrus Maria intelligatur, qui iure licito bellũ cum Tyranno geſſerat. *l. 2. § merito & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publico. l. nec auus. C. de emancipa. lib.* quinetiam ſi expreſſim nominatimque acta ipſa contra Comitem Cæſar approbaſſet, nihilo magis noxia approbatio eſſet; quia ad eum modum nullo iure, nullaq; cauſa Comitem abſentem nec citatum bonis ſuis ſpoliaſſet, quod fieri non poſſe reſtatum abunde in ſuperioribus eſt.

Rurſus ſi poteſtatem hanc eſſe Cæſari dicimus, fraudem ab eo ſubditi acciperent, qui permiſſu eius, de quo *in d. l. decernimus,* bellum

Digitized by Google

bellum cum Tyrannis gerunt: namque ſi proſcripta ſubditi bona ob eam cauſam à Tyranno ſunt, & Tyranni geſta à ſuperiore confirmantur, ſub auctoritate & permiſſu ipſius ſuperioris, rerum ſuarum iacturam ſubditus faceret, ſi & proſcriptionem illam confirmatam dicimus: quo quid abſurdius? *l. ſi. Cod. de his qui veniam æta. impet.* Sed nec † Deus ipſe omnipotens

31 hoc poſſet, fraudem videlicet alicui facere; quoniam potentiæ non tribuitur, quod malum eſt facere, ſed potentiæ defectui. *c. ſin verſum. charitas. de pœniten. diſtinct. 2.* & Ioan. 1. *Et ſine ipſo factum eſt nihil, i. peccatum.* cum aliis apud nos conſcriptis *in d. conſ. 241. num. 20. verſ. non obſtant illæ clauſulæ. & in conſ. 592.* pro republica noſtra Sauilliani edit o, *num. 65. & num. 117.*

Secundo principaliter reſpondetur, ex patientia ſuperioris tyrannidis vitium ita purgari, ſi in manu poteſtateve ſuperioris ſit pro arbitrio commodeque tyrannum eiicere. Quomodo enim conſentire ad actum eum dicemus, qui etſi velit, impedire tamen actum non poſſet? *l. 2. ff. de noxal. l. in cunis. ibiq; Bal. Ang. & Flori. ff. ſi ſerui vendi. c. ſicut dignum. de homici.* à ſenſu contrario argumentando. Vbi conſentire delicto dicitur, qui id non prohibet, cum poſſit: potentia igitur remota, non poteſt conſenſus non remoueri. tex. huc pertinet *in l. rem legatam. in fi. de adim. leg.* Enimuero non aliter repelli à principatu Dux poterat, niſi bello illato, quod commode geri non poſſe, nemo eſt qui ignoret. Nihil plane † intereſt, vtrum quis quid non poſſit, an

32 minus commode *l. diuortio. in prin. adi iuncta gl. in ver. facere. ff. de nego. geſt. l. ſi ſeruus depoſitum. §. 1. ver. quid eſt habere facultatem repetendi ff. de noxal. l. ſi peculium. §. final. ff. de ſtatulib. l. Nepos Proculo. ff. de verbor. ſignif.* & quod in caſu ſcito Bald. ſcribit *in conſil. 101. quidam teſtes. column. 1. lib. 1.*

Tertio reſpondetur, tyrannidem ſac à titulo ceſſare, Ducemque verum eum fuiſſe, tyrannidis tamen excuſari factum controuerſum non poteſt, id eſt, ſpoliatio Comitis vi armorũ, iuris ordine omnino non adhibito, ex his, quæ fuſius dicta in re hac habemus.

Non obſtat, renunciationem tacitam in Comite præſumi, quod ad proclamata non oppoſuit ad formam decretorum.

33 Reſponſio enim parata † proclamationibus eum non adſtringi, qui abſens à loco & certus eſt. Certum enim nominatim citari aduerſarium oportet, non generaliter voce præconia, aut per edictum. *l. 1. §. pen. ff. de ventre inſpi. §. ſancimus. cum gl. in verb. agentes. in Authen. de heredi. & Falci. d. l. ſi in tempore. C. de remiſſio pig. authen. ſi omnes. C. ſi min. ſe ab heredit. abſti.* Bar. & alii *in l. decem ff. de verb. obli. & in extrauag. ad reprimendum in verb. per edictum.* Bal. *in conſ. 126. vxor lib. 2.* Idque locum tum etiam habet, cum permiſſa citatio generalis ſtatuto eſt: ad eos enim ſtatutum reſtringitur, qui ignorari facile poſſint, vt quam minimum poſſit, commune ius lædatur. Alex. *in conſ. 5. column. 1. in fi. lib. 2.* Ruin. *in conſ. 24. column. 1. circa fin. in conſ. 52. col. 2. in fi. lib. 4.* Inculpletius *in conſ. 17. colum. 2. poſt med. & in conſ. 62. colum. 9. circa fin. lib. 5.* Atque certiſſimus Comes erat.

Secunda reſponſio ex prænarratis excipitur, locum argumento non eſſe, vbicunq; tutus locus non eſt, ad quem venire citatus iubetur. Etenim ſi citatio etiã ſpecialis non adſtringit, vti declaratum ante habemus; longe minus generalis, quæ debilior hoc paulo ſpeciali eſt. Innoc. & alii *in c. humilis. de maiori. & obed.* Sed nec vigoris quicquam ſtatutum haberet, quo ad locum non tutum adeſſe quiſpiam cogeretur, vtpote iuri omni contrarium iuxta diuino atque humano, quo ſeipſum vitæ diſcrimini apponere nemo debet. *leg. vt vim. ff. de iuſti. & iure.* Qua ratione factũ eſt ut tolli citatio à Principe ſtatutove non poſſit; id quia defenſionem auferret iure diuino humanoq; permiſſam, vti expreſſum in ſuperioribus eſt.

Tertio mirari ſatis nequeo, quo ore id ita ſcribi à Pariſio potuerit, extinctum ius omne Petri Mariæ Comitis eſſe ex lapſu

34 termini proclamationum: neceſſario enim conſequitur, † iuri ſuo ab eo renunciari, qui intra terminum ad id præſtitutum non opponit. *l. Titia. ff. de accuſat. l. 2. § ſpectandi. ff. de bon. poſ. ſec. tab.* gl. & Ang. *in l. ſi ego ff. de nego. geſt.* Bart. *in l. honorum ff. rem ra. hab.* Roma. *in conſ. 431. in terminis* Soci. *in conſ. 16. num. 19. lib. 4.* Renunciatio plane conſenſum deſiderat, quo dempto, induci ea non poteſt. *l. mater decedens. ff. de inoffic. teſt. cum l. tres fratres. ibique Bart. in fin. ff. de pactis. l. de his. ff. de tranſact. l. in repudianda. ff. de acq. heredi. l. iubemus. Cod. ad Velleian.*

Quo pacto porro conſenſum in Comite fuiſſe aſſeremus, qui paſſus vim eſt, contra quem exordium factum ab executione eſt, cui ad locum proclamationum adire non licebat? *l. 1. ff. quod metus cau. l. 2. in prin. ff. de iud.* Atque in ſpecie renunciationis Anto. de But. tradit *in c. 1. de iudi.* Areti. *in conſ. 87. in præmiſſa. num. 2.*

Reſponſio alia & ipſa generalis ſupereſt, vnde argumenta omnia euertuntur, quæcunque obiecta ex diuerſo ſunt, id eſt, reſtitutum Comitem ad bona omnia fuiſſe, adiectum actaomnia deducta Maximiliani & Caroli quinti beneficio; quantum poreſt a ſin dubium vocari à Pariſio non debuit *in d. conſ. 1. num. 103.* quaſi ius domino directo non ſit in ſolo vaſalli quicquam attentare.

Namque ſicut duci ipſi Mediolani Cæſar præeſt, in ſuperioremque agnoſcitur quaſi dominus directus; ita † ad eum li- 35 cuit Comiti adire veluti oppreſſo iniuriamque patienti. *l. 2. §. ſed dominorum. ibi; ideoque cognoſce. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. §. dominorum. inſti. eo. titu.* vſq; adeo, vt auferri feudum à vaſallo poſſit, qui in ſubditos ſæuit, diriterque & iniuſte cum eis agit, vt not. *in c. 1. quali. dom. proprie. feu. pri.* Bal. *in c. 1. § publici latrones num. 2. de pace tenen. & in conſ. 328. quæritur, ſi rex. colum. fin. lib. 1.* Alexand. *in l. diuortio. §. ſi fundum num. 5 ff. ſolut. matrim.* Caſtren. *in authen. qui rem. num. 3. in fin. ibique Iaſ. num. 5. C. de ſacro ſan. Eccleſ.* deciſio Neapoli. *deciſ. 265 num. 72.* Curt. Iun. *in conſ. 137. num. 4. 20.* & apud nos *in conſ. 6. num. 108.* vbi declaratur.

Neque Doct. teſtimonia mouent, quibus vſus Pariſ. eſt *in d. conſ. 1 num. 103.* in caſibus enim diuerſis loquuntur præter Curtium ſen. id eſt, cum in ſolo alieno Papa aut Cæſar quid agit, legitimum puta in terris Imperii Pontifex facit, vel ex diuerſo in terris Eccleſiæ Cæſar legitimat. Diuerſum eſt, † vbi- 36 cunque in terris vaſallorum legitimum princeps facit: prohibitum enim id non eſſe, ex Curtio Iuniori oſtenditur *in conſ. 157. num 10.* Et quod Curt. idem ſcribit *in conſ. 137. numer. 7.* Sed & diſſimilis ſui Pariſ. deprehenditur *in conſ. 10. num. 120. lib. 2.* vbi generalius putat, vbiq; legitimandi ius Cæſari eſſe.

Neq; auctoritas Curtii ſenioris contraria mouet *in conſil. 65. ſuper præmiſſa n. 16.* vbi ius eſſe Cæſari negat, legitimũ in ſolo Mediolani facere: falſo enim fundamento nititur, quod ſuperiorem Mediolani Dux non agnoſcit, & ſententiam diuerſam Curt. ipſe ſenior admittit *in conſ. 73. ſuper memorata num. 28. in quarto dubio.*

Non obſtat reſtitutionem hanc obreptionis ſubreptioniſque vitiis laborare. Verum eſt enim obreptionem ibi admiſſam, aliter tamen atque pars credit, defectionis enim commemoratio ibi fit, quæ aduerſus Tyrannum non committitur. Quare ſi Tyrannidem admittimus, falſo ſermo habitus de perduellione eſt, quæ contra Tyrannum non cadit.

Secundo reſpondetur, neceſſariam expreſſionem actorum non fuiſſe, quæ geſta contra ipſum Comitem ſunt; quandoquidem vitioſe inutiliterque proceſſum ad ea ſit, *c. dilecta. ibique Ant. & alii de exceptio. c. oblata. ibique Doct. de appella.* Gemin. *in conſ. 129. colum. 2. in prin.* Alex. *in conſ. 42. lib. 4.* Curt. Sen. *in conſ. 13 nu. 15. circa fi. ver. ſtatutum eſt nullum.*

Hoc amplius id exprimi non oportet, quod elidi exceptione poteſt, quamuis nullum non ſit. Doct. *in c. in noſtra. de reſcript.* Gemini. *in conſil. 41. colum. 1.* Socin. *in conſ. 120. col. 2. circa med. lib. 4.*

Tertio reſpondetur, negando obreptionẽ, ſubreptionemve commiſſam, recteque narratum contra maieſtatem Cæſaream quicquam actum: in facto enim crimen eſt, quod probari debet. *d. l. merito. ff. pro ſocio. l. quotiens. § qui dolo ff. de proba. l. fi. C. eod. tit.* vbi probationes exiguntur luce meridiana clariores.

Atqui probatio vlla perduellionis non affertur, præterquam ex aſſertione ipſius principis, ſub eo colore, quaſi notoria eſſet. Ad quæ omnia verbis pluribus reſponſum in ſuperioribus eſt.

Non obſtat, pernicialem reſtitutionem memoratam iuri actorum non eſſe, quod quæſitum antea erat: quoniam negatur iuris quicquam quæſitum eis, auctoribuſve ipſorum ex conceſſione aliqua fuiſſe, cum iuris aliquid in bonis controuerſis princeps non haberet. Siquidem ius omne in aſſerta bonorum publicatione, aut proſcriptione fundatur. Vnde qua ratione vitioſam, nullamq; prorſus proſcriptionem eſſe ſupra oſtendimus; ita iuris quicquam ex ea fiſco aut principi concedenti acquiri non potuit. Nihil enim † intereſt, vtrum proſcripta bo- 37 na non ſint, an vitioſe aut inutiliter. *l. fin. ff. de lib. & poſth. l. 1. in fi. ff. quan. dies vſusf. ced. leg. a cod.* Idem in ſententia nulla, quæ pro nõ lata

habetur. *l.1.§.2 ibique Dec. in quarto not. ff. quod quiſque iur.* Iote item pariudicatur, conditum teſtamentum non eſſe, atque inutilecer. *l.1. in fi. ff. ſi tab. teſt. nulla exta. l. ſi aut nullum. C. de legiti. heredi.* ſcite hue Cardi. accedit *in conſ. 30. circa fi.* pro non exiſtente haberi, quod nullum aut inutile eſt. *gl. in l. cum in. §. 1. verſi. quod ſi ad præſens. ff. de inni. teſta.* Caſtellion. *in allegatio ſua poſt Sign. Cremen. col. antepen.* Inde fit, vt vacare beneficium non dicatur, quo per ſententiam nullam quiſpiam priuatus. *c. in primus. verſ. di Epiſcopi perſona. 2. q. 1.* Geminia. *in conſ. 88 col. 2. ante med. & in conſil. 141. col. 8 ante med.* Atq; in vniuerſum, ex actu nullo effectus nullus ſequitur neq; iuris neq; facti. *l. ſi quis Sempronium ff. de heredi. inſt. authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi.* iunctis not. per gl. *clem. 2. de immun. Eccleſ.* ex qua coniunctione ita Gomeſ. ſcribit *in reg. de annali. quæſt. 45. colum. 2. poſt med. pagi.* 589. in quam ſententiam tex. venit *in ca. audito de elect.* quem Cardi. citat *in conſ. 92. num. 9.* His propius accedit, quod dici ſolet, ex titulo improbato præſcriptionē non procedere. *l. quod vxor ibique gl. & Doct. ff. de acq. poſſ. l. fi. §. fin autem. C. com. de lega. l. quemadmodum. C. de agri. & conſi. lib. 11. cap. dudum. 1. de electio.* Alexand. *in conſ. 47 in vltimis verbis. lib. 3.* quod repetitum eſt *in conſ. 54. lib. 6.* Curt. Iun. *in conſ. 60. in fi.* Corn. *in conſ. 65. lib. 1.* Soc. iun. *in conſ. 69 num. 37. lib. 1.* & vberius apud nos *in tracta. de antiq. temp. parte 4. num. 160.* De præſcriptione tamen agere ſuperuacuum hic eſt, quatenus controuerſia de ea non fit. Satis igitur abundeq; erit, oſtendiſſe ex titulo aſſerto confiſcationis vitiis vndique ſcatentibus iuris quicquam quæſitum principi non eſſe, qui ne ad præſcribendum quidem principem iuuaret. Sed nec ad fructus quærēdos id genus titulus damnatus valet, Bar. auctore *in l. ſed et ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. heredit.* Quæ res tamen longiorem & ipſa in fructibus tractatum exigeret. Subiicere tamen id volui, quo planius fieret, nihil eſſe, quod iure aut titulo confiſcationis pars fidat.

Non obſtat, citandos actores aut autores eorum ad reſtitutionem hanc fuiſſe, aliter onerosum eis non eſſe: quoniam in notorio iuris locum id non habet, id eſt, cum non facti vllius, ſed iuris tantū quæſtio verſatur, quod certum apparet. Ibi enim ſuperuacua citatio eſt; ſiquidem in poteſtate citati nō eſt, iuris formam mutare, de quo genere ſpecies controuerſa eſt, in qua ſpoliatus Comes quaſi reus perduellionis eſt, citatione omiſſa, iuris ordine non ſeruato, quo caſu vitium patens notoriumq; ſpoliationis apparet, cum citandus Comes foret, etiamſi arma ab eo capta contra Principem verum eſſent; quoniam incurrere caſus poteſt, quo licite id fiat, vti dilucide in ſuperioribus oſtendimus: vnde in notorio hoc iuris citanda pars non

38 fuit. At enim † rectum æquumue fuit, parte non citata à Cæſare reuocari, quod attentatum parte etiā non citata non fuit. Bald. & alii *in l. ſi pacto quo pœnam. in quinto notab. C. de pactis.* Idem Bald. *in l. 2. num. 45 q. 4. C. de ſeruitut.* cum aliis apud Alexan. relatis *in conſ. 5. num 8. lib 2. & in conſ. 179. in fin. lib. 6.* Deci. *in cap. cum ceſſante. in fin. de appellat.* Felin. *in cap. qualiter. 1. numer. 15. verſ. tertio limita. de accuſat.*

Immo enim æquitas maior cum omiſſione hac citationis in poſſeſſione reſtituenda facit, quam in ea auferenda, quæ iure omni refragatur. Itaque ſi parte non citata erepta poſſeſſio eſt; quanto ſanctius parte non citata reſtitutio eius fiet?

Apparet ex reſponſione hac imprudenter Socini teſtimonio, *in conſ. 4 num. 13. lib. 3.* Paritium vti, *in d. conſ. 1. num. 39.* Aduerſarium enim Paritio teſtimonium Socini euidenter eſt, reorūque iuri non mediocriter fauet: ſiquidem *num. 14. in fin.* in notorio iuris loquitur, in quo excuſatio verſari vlla non poteſt, cum ait notum Duci Sabaudiæ fuiſſe dominos à Rotanis abſque cauſa, atque ex proceſſu vitioſo ſeu inualido poſſeſſione

39 deturbatos. Sic † notorium ius ex actis erat. Innocen. & alii, *in capit. ex confirmatione. de appellat.* Socin. *in conſ. 96. num 15. lib. 4.* Conſequens his fit, notorium hoc iuris ſimile notorio facti permanentis eſſe, in quo tergiuerſatio vlla non cadit. Hoc ipſo enim, quod acta ſpoliationis iudex, aut ſuperior legit, in quibus omiſſa citatio apparet, euidens iudici ſuperiori que fit, de facto & perperam ſpoliationem præcipitatam; quia notorium vtrinque verſatur, non ſolum facti, id eſt, ſpoliationis, ſed & iuris, quod nullo iuris ordine proceſſum ad ſpoliationē eſt: qua in re excuſatio vlla non ſubeſt.

Cauſa alia eſt, cum facti tantummodo notorium apparet, veluti arma à Comite aut vaſallo contra dominū capta. Conſequens enim non fit; ergo domini læſa maieſtas eſt, cum caſus interuenient, quibus iure licito fieri id poteſt. Sic quamuis factum notorium ſit; ius tamen ex facto deſcendens liquere, aut in manifeſto eſſe ante non poteſt, quā cauſa cognita excuſſum ventilatumque factum ſit, vtrum caſus permiſſus interuenerit, in quo ita venitur ad arma potuerit. Quæ res præter teſtimonia torante producta, iure diuino etiam probatur. *Geneſis c. 4.* Ibi enim etſi maxime notorium Deo Caini delictum eſſet, à Deo tamen citatus ipſe eſt: *Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Sic videre & etiam probare parte vocata ante Deus voluit, quam præceps iudicium faceret. Quem tex. iuris diuini ſententiam hanc Io. Mona. citat *in extrauag. rem non nouam.* cum quo Geminia. conſentit, *in conſ. 53. num. 3.* Conſequens his fit, cum Soetnum Pariſ. profert, ſuo ipſum iudicio, ſoricis exemplo, lædi, vt Terentii ſententia vtar. Ruſſus ex diuerſis penitus Paritius argumentatur, id eſt, ex notorio iuris, in quo incertitudinis excuſationiſve quippiam non verſatur, & quod iure eodem indicatur, atq; notorium facti permanentis ad notorium facti tranſeuntis, in quo & incertitudo & excuſatio ineſſe multiplex poteſt; quamuis ſatis ſit excuſationem interuenire vel vnicam poſſe, ſic quomodo ex Aret. demonſtratum *in d. conſ. 163.* Doct. que aliis in ſuperioribus habemus.

Apparet etiam ex prænarratis neceſſariam reſtitutionem illam non fuiſſe. Ea q; remota optimum nihilo minus reorum ius eſſe, quorum poſſeſſio antiquior eſt, quæ ablata ſine cauſa vlla legitima à Comite Petro Maria fuerat, vſque adeo, vt reintegrandos ad eam fore, ſi apud actores eſſet, demonſtratum ſatis in ſuperioribus habeamus, nedum auferri eam à reis ipſis poſſidentibus oporteat, Tyrannidis etiam quantum ad titulum, & reſtitutionis memoratæ adminiculo remoto. Ad extremum, etſi liquidiſſimum factum reorum ius arbitret, ſecundum eos tamen in re dubia iudicium ferendum, iuris incerti non eſt, *reg. fauorabiliores. ff. de reg. iur.* Accedat, quod lucri cauſa in actorib. verſatur ex grauiſſimo reorum incommodo. *l. ſi C. de cod. & huius generis vulgatiſſima.*

De vltimo argumento præſcriptionis verbum non facio: quoniam iudicium poſſeſſorium verſatur, in quo præſcriptio non cadit. Ruſus quia probationis quicquam præſtitum de præſcriptione non eſt. Neq; *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.* locum eſſe poſſe facile oſtendemus, cum ad petitorium venietur. Papiæ 10. Nouembris 1558.

Aymo Crauetta à Sauiliano, I.V. Doctor, primum Iuris Ciuilis interpretum gradum hora veſpertina Papiæ obtinens.

Conſilium deciſorium in cauſa Simonis Becii ex Tridento ciuis, contra Mariam vxorem Simonis Cellauinarii. Quæ cauſa dirimenda mihi credita eſt ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo domino, domino Chriſtophoro à Madruciis Cardinale & Principe Tridentino ac Brixinenſi, &c. mihi ſemper obſeruandiſſimo.

SVMMARIA.

1 *Conditio. Ademptum ſub vna conditione, ſub contraria datum intelligitur.*
2 *Conditionis expreſſa euentus ab eo probandus, qui conditione ipſa expreſſa nititur. ibiq; ampliatur in conditione negatiua.*
3 *Dictio. Item, idem poteſt ac copula Et.*
Conditiones plures ſi adiiciantur, impleri omnes oportet. vt admitti inſtitutus vel ſubſtitutus poſſit. ibid. verſ. permanendi ſumus. Vide nu. 6.
4 *Copula in disiunctiuam reſoluitur ex voluntate teſtatoris*
5 *Copula. Vbicunque per copulā pœna promittitur ſi facta plurima non erunt, vno tantum facto inſolidum pœna committitur.*
Inſolidum committitur pœna, quotiens per copulam illa promittitur, ſi facta plura non erunt, vno tantum facto. ibid.
6 *Conditionum concurſus non requiritur. vbicunq; propter aliud, non propter ſe copula interponitur, nam in disiunctiuam tunc reſoluitur.*
7 *Conditio, non modus dicitur, quotiens impleri ante eam oportet, quam ad fideicommiſſum ſubſtitutus admittatur, etiam ſi modum alias verba ſignificent.*
8 *Conditio mixta pro impleta habetur, ſi per eum, cui implēda erat, ſtat, quominus impleatur. Hoc amplius etiam ex facto tertii impleta conditio habetur, quotiens per tertium quis impeditur, quominus parere conditioni poſſit. nu. 12.*
Subſtitutus vxori ſi cum ea habitauerit, & ei opem tulerit, ſubſtitutione non priuatur, ſi per vxorem ſteterit, ſtare autem per eam dicitur, ſi malis moribus ſit, imbuta, vel commoda pro vtroque non ſit habitatio. ib. verſ. conſequenter.
9 *Culpa non præſumitur, ſed ab eo probanda, à quo allegatur, cum ei ratio duplex ſubſiſtat.*

Culpa

Digitized by Google

Culpa probatio certa ſpecialis limitataue eſſe debet, quomodocunq; culpa opponatur, ſiue agendo, ſiue excipiendo. ibid. ver. In qua culpa probanda.

10 *Scientia teſtamenti ex quibus præſumatur.*

Scientia teſtamenti, ſeu codicillorum ex eo arguitur, quod de conditionibus in illis appoſitis nonnullas quis impleuit. ibid.

Neceſſarium. Ob cauſam neceſſariam, non voluntariam actum in dubio ais, iudicatur. ibid. ver. In re plane dubia.

Scientia præſumpta ſufficit, vt damnum quis patiatur, ideo emphyteuta à iure ſuo cadit, ſi canonem non ſoluit, nec ex eo excuſatur, quod emphyteuticam bona eſſe ignorauerit. ſi emphyteuticæ eſſe apud omnes fere notum erat. ibid. ver. ſecundo præſumitur ſcientia.

Ignorantia teſtamenti an ex aſſertione iurata præſumatur. ibid. ver. quarto codicillorum ſcientia.

11 *Interpellatio non exigitur, vbi dies & pœna adijcitur.*

Interpellatio in conditione implenda non deſideratur, ſed ab eo offerri implementum debet à quo impleri oportet, quantum ad eum adire oportet, cui implenda conditio eſt. ibid. ver. ſecundo fruſtra de interpellatione.

12 *Impedimentum non excuſat, niſi potuerit impeditus, quod in ſe erat, vt illud non remoueret, ver. non ait. et quippe.*

Culpa ei imputatur, qui potuit impedimentum amouere, & non amouit. ibid. ver. & culpa imputatur.

13 *Renunciare fauori ſuo quis non poteſt, ſi cum eo fauor alterius fuerit permixtus.*

14 *Nolle is dicitur, qui facto ſuo impeditus exequi aliquid non poteſt.*

Impeditus facto ſuo aliquid facere, nolle illud dicitur. ibid.

Interpellatio non exigitur, quoties certum eſt fieri illud non; eſſe, de cuius interpellatione agitur. ibid. ver. Atque in ſpecie interpellationis.

Interpellatio ab eo non deſideratur, cui implenda conditio eſt, id eſt, quod aliquem, vt impleat, interpellet. ibid. ver. Neq; dixeris.

15 *Interpellatio, vt modum quis impleat, vbi exigitur, tunc fieri debet, cum legatum aut hæreditas petitur.*

Tempus conditionis exiſtentis inſpicitur, vtrum talis eo tempore ſit, quo ad fideicommiſſum conditionale admitti debet. ibid. verſic. iam textus id refragatur.

ARGVMENTVM.

Subſtitutus poſt mortem vxoris, iuſſus fuit, illam loco matris habere ac ex neptibus eiuſdem vnam in vxorem ducere, quod ſi matrimonium contrahere noluerit, neque pro matre vxorem habere alium ſubſtitui. De eo dubitatur vltimo ſubſtituto fideicommiſſum vendicante, an primo loco ſubſtitutus probare debeat, teſtatoris voluntati ſatisfactum, an vero negatiua ab vltimo ſubſtituto ſit probanda.

CONSILIVM DCCCCXCIIII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Ioannes Boni Hominis ciuis Tridentinus, de anno 1540. dieq; vltimo Augusti Mariæ vxori ex teſtamento hæredi ſcriptæ, ſub codicillis Simonem Becium nepotem poſt vxoris mortem ſubſtituit. A quo vice matris vxorem ipſam haberi, eidemque operas, atque opem præſtari, ſeu ſuccurri in domo iuſſit. Eoque amplius ex neptibus eiuſdem vxoris vnam in matrimonio habere Simonem ipſum voluit. Cæterum ſi neptem vnam ex memoratis vxorem ducere nollet, neque pro matre coniugem ipſam teſtatoris tractaret, tunc, & eo caſu loco ipſius Simonis Petrum nepotem alium ſub lege conſimili ſubſtituit. Maria vxore teſtatoris ab humanis ſubtracta, fideicommiſſum Simon vendicat, ab vxore dicti Petri ſecundo loco ſubſtituti, quæ neptis dictæ Mariæ erat. Exceptione rea vtitur, quod in pœnam tranſlati fideicommiſſi Simon offendit, à quo neque vxor ducta ex neptibus prædictis, neque pro matre teſtatoris vxor habita eſt. In qua ſpecie teſtes producti vtrinque ſunt. Petitorum reſponſa pugnantia reddita: diuerſæ denique ſententiæ prolatæ. In ſecunda appellatione cauſa mihi demandata ab Illuſtriſſimo, atque Reuerendiſſimo Cardinale, & Principe Tridentino & Brixinenſi, Dominoq; mihi obſeruandiſſimo, domino Chriſtophoro Madrutio: vt ſententiam meam in controuerſia hac dicerem, conſiliumq; deciſorium proferrem.

Nodus hic ſine perdifficilis vertitur. In quo diſſoluendo ſi excutere ſingula velim, menſes ad diſceptationem hanc dirimendam mihi deficerent. Locos præcipuos obſeruandos, attingendoſque duxi, in quibus negotij totius ſumma verſatur. Principio igitur videndum, vtrum ex conditione ſubſtitutus Simon Becius intelligatur. In qua ſpecie acriter ſecum aduocationes pugnant. Sine conditione aliis, per modum aliis ſubſtitutionem factam contendentibus. Qui ſane locus vnus ex his eſt, in quo explicando laborem poſitum præcipue comperi. Quam diſceptationem otioſam hic ego, ea ratione cenſeo, quod & ſi maxime conditioné ſubſtitutio hæc Simonis habeat, vel quia ante implenda eſſet, quam ſubſtitutio cederet, quod ad tractatum vxoris pro matre attinet, vel quia conditionem contrariam ademptio habet, dum in pœnam tamen ea non fiat: Attamen locus ademptioni non aliter ſit, neque † contraria deficere conditio intelligitur, ſub qua datum quid creditur, niſi ſi conditio ipſa ademptionis eueniat, vtpote qua deficiente, quod datum ſub conditione contraria erat, vires accipit, vt ex text. probatur in *leg. ſi poſt mortem. §. 2. ff. de legat. 1. ibi & ideo exiſtente conditione legatum perimetur.* 1

Idque ſatis iura innuunt, quæ in eandem ſententiam, proferri ſolent, in *leg. ſi legatum pure & l. legata inutiliter ff de adim. lega. in l. aliquando in fine ff de condit. & demonſt.*

Atque vbi lege in ſpecie hac deficeremus, ſenſu ipſo communi ſolo, rationeque coacta, confitendum id eſſet. Namque conditio hæc contraria, quæ in legato alioquin puro intelligitur, tacita æſtimatur, quæ ſub expreſſa ipſa conditione ademptionis latet, vt expreſſim gloſ. obſeruat in *d. leg. ſi legatum pure.* Vnde cum tacita ſit, atque expreſſe contraria, non dicet deficere conditio tacita, tolliq; ab expreſſa potuit, quam ſi expreſſa ipſa eueniat, effectumque habeat. Quomodo enim conditio expreſſa ademptionis, tacitam illam contrariam extinguet, aut perimet, niſi expreſſa ipſa impleretur? Siquidem ab eo, quod effectum non habet, rumpi, aut diſſolui aliud non poteſt. *l. iure. ff de legat 3. § poſteriore. Inſtitut. quibus mod teſt. in fir l. ſi filius qui in poteſtate ff. de libe. & poſthu. l. 2. ff de iniuſto teſtam.*

Secundo, non aliter conditionem hanc tacitam, contrariamque deficere, niſi conditio ipſa exiſtat, aut impleatur, quæ expreſſim adiecta ademptioni eſt, ex eo etiam clare oſtenditur, quod de ſubſtitutione pupillari dici tacita ſolet, quæ ſub vulgari expreſſa includitur, iuxta *l. iam hoc iure. ff de vulg.* tacita demum enim conditio tacita pupillaris deficit, quæ & ipſa contraria expreſſe eſt, ſub qua vulgaris concipitur, ſi conditio vulgaris expreſſe impletur, vt habetur in *l. ſi. Cod. de inſtitutio. & ſubſtitut.*

Hoc ita prænarrato, verum denique conditione tacita deficere ſubſtitutionis intelligatur, ſi conditio ademptionis expreſſa, impleta ſit, conſequens ſit, † probandum conditionis expreſſæ euentum ab eo eſſe, qui conditione ipſa expreſſa nititur *leg. hoc iure, ibique Iaſ. numer. 9. ff de verbor. obligatio* quam legem vna ſimul cum *leg. nulla* interpretatus eſt. not Socin. in *conſil. 116. numer. 3. lib. 4.* Ruin. in *conſil 34. in princip. lib. 2.* Neque mouet, negatiuam conditionem eſſe, ſub qua adempta, aut reuocata ſubſtitutio eſt, ſi pro matre accepta teſtatoris vxor, aut matrimonio copulata neptis, vna vxoris non erit, quoniam & conditionem hanc negatiuam probari ab eo oportet, qui in conditione ipſa fundamentum collocat, vt in ſpecie conditionis negatiuæ Dec. tradit in *conſ. 177. poſt prin.* 2

Conſequenter his dicendum, partis onus eſſe, quæ locum reuocationi ſubſtitutionis, eſſe contendit, conditionem impletam oſtendere, ſub qua facta reuocatio eſt, videlicet quod pro matre habita, tractataue vxor teſtatoris non ſit, & quod vxorem ſubſtitutus neptem vnam ex memoratis non habet.

Secundo principaliter videndum, vtrum ſatis ſit, conditionem alteram impletam non eſſe, vt locus reuocationi ſubſtitutionis dicatur, an vero defectus neceſſarius, conditionis vtriuſque ſit, quaſi ſub conditione duplici coniunctim, aut copulate reuocata ſubſtitutio ſit, ſi neque matris vice vxorem teſtatoris habuerit, neque cum nepte eius vna nuptias fecerit. Ne multis, argumentiſque in partem vtranque poſthabitis, conditionis alterius defectum ſatis eſſe arbitror.

Namque ſciendum eſt, generis duplicis conditionem hic verſari, affirmatiuam, & negatiuam; facta enim ſubſtitutio ſub conditione duplici videtur, ſi vxorem pro matre ſubſtitutus Simon haberet, & in obſequiis eius eſſet operas præſtando & ſuccurrendo. Item ſi neptem vxoris vnam matrimonio ſibi adiungeret. Et quamuis ad modum referri poſterior conditio poſſit, ſi poſt ſubſtitutionem impletam nuptiæ fierent; attamen quantum ad caſum, de quo agitur, ius idem modi atque conditionis videtur, cum impleri & modum

oporteat, eoq; non impleto, ademptioni locus hæreditatis eſt.

Rurſus per copulam conditionem hanc duplicem affirmatiuam adiectam, ex dictione item apparet, † cuius poteſtas
3 eadem atque copulæ, Et, eſt, vt Bar. not. in *l. Seia. § Cato. num. 1. in fin. verſic. nam idem eſt in dictione, &c. ff. de fundo inſtru.* Bald. in *conſ. 362. quaritur à me. in prin. lib. 1.* Ruin. in *conſ. 56. col. 1. in fi. & col. pen. ante med. lib. 1.*

Prima hæc duplexque conditio affirmatiua ſubſtitutioni ipſi adiecta, vti dixi, eſt. Secunda conditio negatiua per copulam & ipſa duplex inſerta in reuocatione ipſius ſubſtitutionis eſt, videlicet ſi pro matre vxorem teſtatoris, & neptem vnam vxoris habere in matrimonio nollet, ſeu caſu quo in vxorem habere neptem ipſam nollet, & vxorem ipſam pro matre non tractaret.

Hoc ita prænarrato, conditionem duplicem hic verſari affirmatiuam, & negatiuam. Id eſt ſubſtitutionem ipſam ſub cõditione duplici affirmatiua, & reuocationem eius ſub conditione duplici negatiua per copulam factam. Monendi ſumus, quod ad conditionem duplicem affirmatiuam attinet, dubitationem non eſſe, quin impleri vtranque neceſſe ſit, *l. ſi heredi plures. ff. de cond. inſtit. §. ſi vero plures. Inſti. de hereds. inſti.* Rom. *in conſ. 131. & in conſ. 138.* Deci. in *conſ. 177. poſt prin.*

Conſequenter ſatis non erit ad ſubſtitutionem conſequendam alteram ſolummodo conditionem implere, conſequenter conditionis vnius defectu ſubſtitutionis commodum ceſſat. Quod cum ita ſit, ad eundem modum intelligi & conditio duplex negatiua debebit, reuocationi ſeu ademptioni ſubſtitutionis adiecta, vt ex defectu alterius conditionis locus reuocationi ſubſtitutionis ſit, commodumque eius à ſubſtituto auferatur, qui conditioni vtrique non paruit.

Idque ratione vna atque altera. Prima, ne incontinenti ſeipſum corrigere teſtator videatur, qui conditionem duplicem affirmatiuam per copulam initio appoſuit; quo caſu vtramque impleri voluit, *d. l. ſi heredi plures.* atque correctio ſequeretur, niſi conditionis vnius defectu locus reuocationi ſit. Etenim ſi conditionem vtranque negatiuam impleri neceſſe eſt, vt locum reuocatio ſubſtitutionis habeat; ergo alteram tantum impleri ſatis erit. Sic contradictio in eadem diſpoſitione apparet, con-
4 tra *l. nam ad ea. ff. de cond. & demon.* Vnde † cum manifeſta teſtatoris voluntas ſit, vt conditioni vtrique pareatur, tam circa tractatum vxoris, quam circa matrimonium neptis, copula illa in conditione negatiua, & circa reuocationem ſubſtitutionis adiecta, reſolui in diſiunctam debet: vt ſatis ſit ad pœnam reuocationis ſubeundam, alteri obtemperatum conditioni non eſſe. *l. Lucius. §. Cato ff. ad Trebell. l. generaliter in prin. C. de inſt. & ſubſtitu. l. alienationis. § ſi & l. ſeq. ff. de verb. ſign.* Secunda ratio; quoniam conditio iſta duplex negatiua per copulam, ſi pro matre vxorem non tractauerit, & in matrimonio habere neptem nollet, acceſſorie ad confirmationem conditionis duplicis affirmatiuæ venit, quo magis pœnæ metu conditionibus ipſis affirmatiuis pareatur.

Proinde ſecundum naturam ipſam conditionum affirmatiuarum conditiones has intelligi negatiuas oportet; vt quemadmodum ex defectu conditionis alterius affirmatiuę locus ſubſtitutioni non erat, ita ſi par vni ſolummodo ſit, locum reuocatio habeat, vt ad naturam ſui principalis acceſſorium intelligatur, ita in ſpecie hac Ruin. declarat in *conſ. 52. nu. 3. li. 3.* ex not. in *l. ſi is qui 200. § cum ita. & §. ſeq. ff. de rebus dub.*

Secundo principaliter obſeruandum in ſpecie hac, etiam ſi à conditione duplici affirmatiua ſubſtitutio non inciperet; quia facta ſimpliciter ſubſtitutio ſine conditione vlla ſit, ac citra grauamen illud vxorem pro matre tractandi, & neptem eius ducendi. Verum reuocata ſub conditione duplici negatiua ſubſtitutio ſit, ſi in matrem vxorem non habuerit, & in coniugeio habere neptem noluit. Satis nihilominus ad reuocationem committendam eſſe, ſi alteri paritum conditioni non ſit, quãuis per copulam duplex adiecta conditio ſit.

Immo enim copulæ argumentum retorquetur; quoniam in
5 materia etiam pœnali, † vbicunque per copulam pœna promittitur, ſi facta plura non erunt, vno tantum facto, in ſolidum pœna committitur, verbi gratia, ſi Stichum, Herotem, & Damam non ſtetero, pœnam promitto, ſi vnus tantum ſtiterit, ſolida pœna committitur, *d. l. ſi ſeruus §. ſi plurium. & d. l. ſi is qui cc. §. cum quidam.* Cuius rei ratio illa eſt; quoniam in vniuerſalem affirmatiuam promiſſio iſta reſoluitur, & perinde eſt, ac ſi dictũ ſit, ſi ſeruos iſtos omnes non ſtetero, pœnam promitto; at enim falſum eſt, ſtatos omnes eſſe, vno non ſtato. vt in locis memoratis habetur, & apud Bart. in *l. 4. §. Cato. in nona & decima oppo. ff. de verb. obl.*

Ratio porro, cur in dictionem vniuerſalem affirmatiuam, non etiam in vniuerſalem negatiuam reſolutio fiat, illa eſt, quoniam ſicut à poteſtate promittentis implementum totius pendet; ita in culpa eſt, ſi ex toto non implet.

Vnde ratione iſta ceſſante, quotiens à poteſtate hominis res non pendet, ſatis abunde eſt, in partem conditionem deficere, vt ex toto diſpoſitio pereat, veluti cum ita ſubſtitutio ſit, ſi neque Titius, neque Seius hæredes erunt, Titium ſubſtituo, altero adeunte, ſubſtitutio euaneſcit: ſic ſatis cohæredi eſt, quod ipſe adeat; quia imputari ei non poteſt, cur non & alter adeat, cum in poteſtate ſua id non ſit. ob id in vniuerſalem negatiuam reſolutio ſit, perindeque eſt, vt ſi dictum ſit, ſi hæres nullus erit; at enim falſum eſt, hæredem nullum eſſe, vno adeunte. Ita varie pro rationis diuerſitate in vniuerſalem affirmatiuam, aut negatiuam reſolutio fit. In ſpecie plane controuerſa à poteſtate Simonis ſubſtituti implementum vtrunque pendebat tam circa tractatum vxoris pro matre, quam circa matrimonium cum nepte copulandum, quod in ſe erat, id eſt ne per ſe ſtaret: ob id etiam ſi alteri ab eo paritum conditioni, aut modo ſit, locus tamen reuocationi eſſet, id quia in vniuerſalem affirmatiuam reſolutio ſit, id eſt, ſi omnia iſta non fecerit, aut facere noluerit. At enim verum eſt, facta omnia non eſſe, vno tantum non facto. Iam ſi vbi pœna verſatur primi patrimonii diminutio, interpretatio recipi hæc ſolet, vt in vniuerſalem affirmatiuam conuerſio orationis fiat; quanto magis idem dicendum in ſpecie hac erit, vbi à lucro tantum ſubſtitutus excluditur, cum facilius in damno vitando, quam lucro faciẽdo ſuccurri debeat. *l. verius ignorã. 2. & l. ſeq. ff. de iure & facti ignorã.*

Tertio principaliter ſciendum, conditiones has vxorem teſtatoris vice matris tractandi, neptemque eius ei connubio adiungendi propter ſubſtitutionem ipſam non opponi, verum propter vxorem, neptemque eius, & propter Petrum, qui legi atque voluntati teſtatoris pareret. Enimuero † neceſſarius conditionum concurſus non eſt, vbicunque propter aliud, 6
non propter ſe copula interponitur. Quocirca in diſiunctam tum reſoluitur, *dict. l. ſi is qui cc. §. verum. l. eg. falſa. § fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. Lucius. §. Cato ff. ad Trebell. a l. ſtire debemus. ibique Barto. circa princip. ff. de verbor. obligatio.* Ruin. *in conſi. 41. colum. 4. in fine lib. 3.* Conſequenter his dicendum, pro eo rem eſſe, atque ſi adempta, aut reuocata ſubſtitutio ita ſit, ſi aut matris loco tractata vxor teſtatoris non erit, aut in matrimonium coire cum nepte vxoris noluerit.

His ita ꝑ faciliori huius cõtrouerſiæ explicatione commemoratis, etiam ſi conditionis probandæ onus, ſub qua reuocata ſubſtitutio eſt, parti conuentæ incumbat, vti demonſtratum in ſuperioribus habemus; manifeſtam tamen probationem ex actis fieri, ex quibus liquet, neque in obſequio vxoris defuncti Simonem fuiſſe, neque vxorem ductam neptem eius eſſe, nuptiis cum alia factis. Quocirca illud videndum eſt, viſum defenſiones, aut replicationes admitti Simonis oporteat, quibus contra oppoſitiones, ſeu exceptiones partis reæ vtitur. Cuius rei gratia monendi ſumus, quod ad obſequia vxori defuncti præſtanda attinet, † conditionem non modum verſari, cum ante præſtanda eſſent, quam ad fideicommiſſum ſubſtitutus 7
perueniret, etiam ſi modo alias verborum ſignificatio denotet, Baldus in *conſil. 219. Pepus Nicolaus. numer. 5. lib. 2.* Alex. in *conſ. 119. colum. 1. poſt med. lib. 1.* quod repetitum eſt *in conſ. 20. lib. 6.* Aretin. in *conſ. 93. verſ. legato. in fine.* Bald. Nouel. *de dote. parte. 6. priuil. 76. colum. 2. in fine verſic. vnde mihi videtur, quod verior.* Corn. *in conſ. 102. colum. 4. lib. 2.* Deci. *in l. cum notã. num. 6. verſic. Vnde vera reſolutio. C. de tranſact.* Conditio hæc vxori obſequendi, & ſuccurrendi, non tam tacita videtur, quæ ex conditione reuocationi adiecta deducitur, vti dictum ſupra eſt, quam expreſſa; quoniam expreſſim de ea cautum eſt. Neque refert, quod adiecta cõditio hæc, poſt ſubſtitutionem factam ſit, vt Caſtren. docet *in conſ. 292. circa primum dubium videtur, quod inſtitutio dicti Galgani colum. 2. circa med. verſic. in contrarium facit lib 2.* argum. *l. Lucius. §. quæ habebat ff. ad Trebellian.* Vnde dici poteſt in parte hac, locum iuri illi non eſſe, ſub conditione contraria datum intelligi, quod ademptum ſub conditione eſt: ſiquidem cum expreſſa conditio ſit, tacita ſilet. *l. cum ex filio. 3. 1. ff. de vulg.*

Secun-

Secundo in conditione hac obſeruandum, mixtam eam iudicari, quod ea facto duorum pendeat, & ſubſtituti, & vxoris defuncti, qua nolente in obſequio eius eſſe ſubſtitutus non
8 poterat. In qua † conditione mixta iure hoc vtimur, vt pro impleta habeatur, ſi per eum ſtat, quo minus impleatur, cui implenda erat, *leg. in teſtamento ſecundo ff. de conditio. & demonſtratio. leg. 5. ibique Doctor. Cod. de inſtitutio. & ſubſtitutio.* Conſequenter cum vere appareat, impletam conditionem hanc non eſſe, quia cum vxore teſtatoris moratus Simon non eſt, ſeu operas ei non præſtitit, neque ſuccurrit, in eo ſumma iuris eius verſatur, vtrum quæ impleta conditio non eſt, pro impleta tamen habeatur, id quod fit, ſi per vxorem ipſam, non per Simonem factum ſit, quo minus cum ea agere habitareque, atque eo modo laborare ſuccurrereque ei potuerit. *leg. Titia § ſi ea conditione. ff. de legat. 2. leg. qui concubinam. § penult. ff. de legat. 3. leg. Caio. in fin. ff. de alim. legat. leg. ſi quis ita. & leg. illis libertis. ff. de conditio. & demonſtratio.* Sic iſſe plane per vxorem diceretur, ſi ob mores eius illiberales, illaudatosve commode eum ea degere Simoni non licuit, vt Bartol. not. in *conſil. 211. quidam ſibi filias. numer. 6.* quem Alexander ſequitur *in conſil. 100. colum. 1 lib. 1.* Morandi item commoditatem Abbas obſeruat in *conſil. 90. numer. 3. lib. 1.* Culpæ plane huius † probandæ onus, id eſt, per vxorem ipſam factum eſ-
9 ſe, quo minus cum ea morari Simon potuerit, Simoni ipſi incumbit; ſiquidem præſumi culpa non ſolet. *l. exceptione. ibique glo. & Bart. ff. de fideiuſ.* cum alijs apud nos relatis *in conſ. 8. num. 20. & in conſil. 51. num. 11. 18. & 19.* Rei cuius ratio duplex conſtat. Prima; quoniam in facto culpa eſt, quod probationem deſiderat. *l. demiq. ff. ex quibus cau. maior. l. quacunque §. qui à pupillo ff. de publica. l. qui à quolibet. ff. de contrah. emptio leg. in bello § facta. ff. de captiu.* Altera ratio, quod benignior lex eſt, quam vt mali quicquam in re dubia præſumere, aut cogitare poſſit. *leg. merito. ff. pro ſocio. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio.* culpam plane malo, vitioque, non bono dari, non ambigitur. In qua culpa probanda monendi ſumus, ſatis non eſſe, in genere culpam proponi, aut probari, quod vitio puta vxoris euenit, quo minus in ſeruitiis eius eſſe Simon potuerit.

At enim certam, ſpecialem, limitatamve culpę probationem eſſe oportet, quomodocunque culpa opponatur ſiue agendo, ſiue excipiendo, vt Bart. præcipit in *conſ. 193. communis Lucignan. in tertio dubio.* Qua doctrina in ſpecie controuerſa Aleander vtitur in *d. conſil. 100. num. 4. lib. 1.* Tradit idem Aleand. in *conſil. 136. numer. 3. lib. 7.* Decian *conſ. 562. numer. 11.* Eandem Corn. ſpectat in *conſil. 221. colum. 2. circa med. verſic. nec probatur. lib. 2.* Quæ cum ita ſint, oſtendendum in ſpecie à Simone fuerat, quam ob cauſam vna ſimul cum vxore in domo eadem eſſe ipſi non licuerit. Id quod non modo præſtitum ab eo non legitur, verum è contrario, non morigerum potius vxori fuiſſe doceri videtur. Cauſam quidem in replicationibus, & in allegationibus exprimit. Sed enim probatione non iuuatur. Quocirca gl. ei obſtat in *l. 2. in ver. docatur. ff. ſi quadrup. pau. fec. dic.*

Neque refragari his videtur, quod incognitos ſibi codicil-
10 los fuiſſe Simon obijcit. Ex pluribus quippe ſcientia † præſumitur. Principio, quod monita verbis eius vxor teſtatoris eſt, vt ex neptibus ſuis vnam ei vxorem daret. Rurſus, quod vna cum ea aliquandiu teſtatore mortuo moratus eſt, quod vtrunque præſtandum teſtamenti ſcriptura præcipiebat. Ita ſcientiam Bartol. arguit in *leg. qui Romæ. § duo fratres. quæſtio. 3. verſicul. pone ex alio ff. de verbor. obligatio.* Deci. in *conſil. 267. colum. 1. circa med. & in conſil. 287. colum. fin.* Socin. iun. in *conſil. 116 numer. 42. & 43. lib. 1.* & apud nos, in *conſil. 193. numer. 7 verſicul. item ſi probetur.* Et quod excuſando dicitur, hortatu id teſtatoris inter viuos factum, non apparet. Ex cauſa igitur, de qua apparet, facta monitio præſumi debet, non ex ea, quæ non conſtat *leg. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tut.* Anchar. in *conſil. 302. materia ante finem.* Hoc amplius, cauſa quam Simon exprimit, voluntaria omnino eſt; ea vero, quæ ſub codicillis enarratur, neceſſaria neceſſitate cauſatiua; ſiquidem aſpirare ad hæreditatem vellet. In re plane dubia ex cauſa neceſſaria actum quid creditur, non voluntaria. *leg. ſideicommiſſa. § ſi rem. ff. de legat. 3. leg. ventilegatam ff. de adim. lega. leg. final. Cod. de alim. pup. præſt.* Bartol. in *l. 2. ff. de conditio. & demonſt.* cum alijs apud nos relatis in *rubr. ff. de leg. 1. num. 112. in conſ. 206. numer. 8. in conſ. 149. n. 12 & in conſ. 22c. num. 4.*

Secundo præſumitur ſcientia; quia notum id in publico erat. *leg. ſi tutor potius. ibi quo gloſ. & Bartol. Cod. de peri. tutor.* cum alijs apud nos relatis in *dict. conſil. 193. numer. 3.* & apud Socin. iun. in *conſil. et numer. 36. lib. 2.* In qua re ſciendum, ſatis ſcientiam hanc præſumptam ad damnum etiam ſubeundum eſſe, vt emphyteuta, puta iure ſuo cadat, ſi canonem non ſoluit, neque excuſare ignorantiam poteſt, quod emphyteutica eſſe bona ignoraret, ſi vulgarior fama ſit, emphyteutica bona eſſe, vt Roman. docet in *conſ. 127. poſito in fin.* Quid hic dicendum, vbi lucri omittendi, non iacturæ faciendæ cauſa agitur. *l. fin. Cod. de codicil.* Rurſus ſi notum id apud alienos erat, quid in Simone coniunctum dicendum, ad quem res pertinebat, & qui apud teſtatorem ipſum morabatur.

Tertio ea communi habitatione ſcientia præſumitur. *leg. 1. §. hoc autem. ff. ad Sillani. leg. ad inſtruendam. ff. de adminiſt. tutor. leg. conſenſu. § ſeruis. Cod. de repud.* Anchar. in *conſil. 170. principaliter. num. 7.* Baldus in *conſil. 295. Petrus Lombardus colum. 1 lib. 3.* quibus in locis Bald. & Anchar. in ſpecie de ſcientia teſtamenti præſumenda loquuntur.

Quarto codicillorum ſcientia ea productione eorum præſumitur. *leg. non eſt ferendus ff. de tranſactio* cum alijs apud nos aſcriptis in *dict. conſil. 121. numer. 6.* Neque contrarium præſumptioni huic videtur, quod iuratus Simon aſſerit, ſibi poſt ſeſquiannum cognitum apud ſe teſtamentum non fuiſſe. Etenim ſicut coniecturis, & præſumptionibus prædictis ignorantiæ excuſatio reijcitur; ita aſſertioni eius quamuis iuratæ, fidem haberi non conuenit Bart. authore in *l. inter omnes. § recte ff. de furtis.* cum alijs apud Iaſ. collectis in *l. pro herede in prime colum. pen. in fin. ff. de acquir. heredit. & in §. ſed iſte num. 19. Inſtit. de actio.*

Simili modo non obſtat, quod interpellandum Simonem dicitur, vel egi teſtatoris paterei. Namque quod ad habitandi inſeruiendique neceſſitatem attinet, nulla † interpellandi neceſſitas; ſi quidem & diem, & pœnam teſtatoris iuſſio habet; ſtatim enim vxori habitandum ſuccurrendumve erat, quam mortuus teſtator eſſet; immo enim mora ipſa continuanda, cum ante mortem, iam in eadem domo ageret. Quo caſu interpellandi neceſſitas remitti ſolet, vt Caſtrenſ. ſcribit, in *conſ. 292. circa primum dubium* [illegible] *ſituatio in octauo dubio. lib. 2.* Gozadi. in *conſil. 44 colum. 2 circa med.* Secundo fruſtra de interpellatione hic agitur; quoniam non interpellatus ea aliquo temporis ſpatio cum vxore teſtatoris Simon fuit. Vnde propter diſceſſum ab ea ſine cauſa, quæ ſane liqueat, culpæ reus accuſatur. Tertio quicquid ſtaturum in ſpecie alia ſit, in conditione implenda iuris exploratiſſimi eſt, neceſſariam interpellationem non eſſe. Imo ab eo offerri implementum debet, à quo impleri oportet, vſque adeo, vt adire ad eum neceſſe habeat, cui implenda conditio eſt. *l. Mutianæ. ibi per Bald. & Caſtrenſ. ff. de conditio. & demonſt.* Dec. in *conſ. 261. num. 4. verſ. & ad hoc facit, quia oblatio.*

Otioſum ex his apparet, de capite altero verba facere, ex quo pœna etiam commiſſa dicitur in teſtamento aſcripta, quod ex variis neptibus nullam ſibi in matrimonio iunxit. Rei tamen ſignificantius explanandæ gratia, quæſtionem & hanc paucioribus attingendam cenſui. Ad quam dirimendam non mediocriter ea conferunt, quę præſcripta in capite ſuperiore ſunt. Namque ſiue modum, ſiue conditionem ineſſe in capite hoc dicimus; impleri tamen voluntatem teſtatoris oportebat. Quam impletam non eſſe conſtat, vxorem aliam Simone habente. Vnde id ſolummodo videndum; verum pro impleta habenda conditio videatur. Pro impleta habenda bitam Simon contendit.

Principio ex monitione memorata; quia monita teſtatoris vxor eſt, vt ex neptibus ſuis, nuptui Simoni vnam collocaret, quod facere omnimodo vxor tenuit, ſic quomodo præter Simonis teſtes, ex teſtibus partis conuentæ vnus etiam oſtendit. Sed reſpondetur, ſicut in forma expreſſa, aut ſpecifica, vt vulgatius loquar, impleri conditionem oportet, id eſt in perſona à teſtatore nominata. *leg. qui heredi in princip. ff. de conditio. & demonſtratio.* Ita vt pro impleta ficte habeatur, per eum ſtare debet, cui implenda conditio erat, quominus impleri potuerit, ne plus fictioni, quam veritati tribuatur, *leg. qui ad certum. ff. loca. leg. plus quam pater ff. de lib. & poſthu.* Eam ob cauſam docendum erat per neptam aliquã factum eſſe, quo minus cum ea nuptiæ fierent.

Dixerit hic aliquis, † etiam ex facto tertii pro impleta conditionem haberi; quotiens per tertium quippiam impeditur, quominus parere conditioni poſſit. *l. 3 § ſi quis ſeruum. & leg. non omnes. ff. de ſtatulib.* cum alijs apud Socinum iuniorem relatis in *conſil. 10. numer. 7 lib. 1.* Sed reſpondetur, tertii impedimentum non 12

tum non probari, ob id enim, quod negatiue reſponſum ab vxore eſt, impeditus implere Simon non dicitur, cum adeundus pater neptium eſſet; ſed & vna ſaltem ex neptibus petenda, an conſentire in matrimonium vellet. Quod cum factum non ſit, fruſtra impedimentum implendi excuſatur, vt pro impleta conditio, ſeu pro impleto, modus habeatur. Non aliter quippe impedimentum iuuat, niſi factum ab impedito ſit, quod in ſe erat, vt illud ceſſaret. *l. ſed & ſi per prætorem. § hac clauſula. ff. ex quibus cau. maior. l. quibus diebus in princ. ibiq; Socin. in tertio nota. ff. de condi. & demon.* Inno. & alii in *c. ex transmiſſa. de præſcript.* vbi non aliter proficere impedimenti allegationem ſcribunt, niſi ſi oſtenditur diligentiam adhibitam, ne impedimentum accideret, vel illud obſtaret, aliter volens quis impedimentum patitur, *l. 1. C. ne ſacrum bapt. iter.* Probationem item diligentiæ & conatus ad impedimentum amouendum Feli. deſiderat, in *c. venerabilis col. 3. verſ. tertio limita. de iudi.* per tex. in *l. fin. ibique Bald. & Salic. C. de adul.* dixi in *conſ. 327. num. 25. & ſeq. in conſ. 716. num 9. conſ. 401. num. 7* & culpa imputatur ei, qui impedimentum potuit amouere, & non amouit, vt apud nos in *conſ. 270. num. 3.* vbi legibus plurib. id comprobauimus in *Reſponſ. pro genero. nu. 89.*

Non obſtat, contemplatione vxoris legem hanc Simoni ſubſtituto impoſitam, vt ex vxoris neptibus vnam duceret, ob id illud ſufficere, ſi repulſam paſſus ab vxore eſt, quaſi legem ſubſtitutioni adiectam remittere vxor potuerit. Locus enim argumento eſſet, † niſi vxoris fauore diſpoſitio hæc teſtatoris
13 haberet; tum enim fauori ſuo renunciare permittitur. *l. pactum. ff. de pactis. l. ſi iudex. ff. de minor. l. final. §. pen in fin. ff. ad Velleia. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epi. & cler. c. ad Apoſtolicam. de regular.* Enimuero permixtus fauor neptis & Petri ſecundo loco ſubſtituti fauori huic vxoris erat, quo caſu fauori ſuo renunciare in neptis Petrique perniciem vxori non licuit, vt Bar. docet in *l. pen. colum 1. circa fin. verſic. ſecundo caſu. C. de pactis.* per text. in *l. ſi poſt mortem. ff. de bon. poſſ. contra tab.* & in *l. 1. C. de com. rerum. ali.* Idem Calder. ſcribit in *conſ. 1. in fin. de pactis* Idque propius à Caſtren. declaratur in *conſ. 77. vi... & conſideratis omnibus diligenter colum. 2. circa fin. verſic. & poſito, quod non reddat a ſenatione m factam & in conſ. 247. in cauſa, quæ vertitur Saonæ col. 2. poſt med. verſic. per quod etiam patet non obſtare. lib. 1.* vbi quotiens in alium hæreditas transfertur, ſi paritum voluntati aut præcepto teſtatoris non erit, licentiam ei eſſe, negat, cuius fauore adiectum præceptum eſt eidem renunciandi in perniciem eius, ad quem tranſire hæreditas debet.

Miſſum hic illud facio, an proteſtatio ſaltem à Simone interponenda per ſe non fuerit, quo minus matrimonii legem ad formam teſtamenti exequeretur: ſuffarcinata enim nimis mole ſua ſpecies hæc controuerſa apparet.

Secundo principaliter neceſſariam interpellationem ad matrimonium contrahendum Simonis aduocatio putat: qua interpellatione prætermiſſa, pro impleto grauamen hoc matrimonii iungendi haberi. In quo argumento explicando verbis pluribus occuparer, ſi accepta alia vxor non eſſet, qua ducta, quorſum interpellationē adhiberet, vt neptem vnam in vxorem admittat, quam habere ex facto ſuo non poteſt? quo caſu et ſi facta interpellatio ſit, nolle eam ducere intelligitur.
14 Nolle † quippe is dicitur, qui facto ſuo impeditus, exequi quid non poteſt. *l. 1. ibique gl. in ver. pacto. in fin. C. de natu. lib.* Bald. in *conſ. 113. videtur, quod non poſſit. li. 3.* & in *c. 1. §. 1. in fin. de feudo ſine culpa non amitt.*

Atque in ſpecie interpellationis neceſſariam eam non eſſe, vbicunque certum eſt fieri id non poſſe, de cuius interpellatione agitur, Bartol. tradit in *conſ. 29. proponitur, quod in teſtamento Franciſcini.* quod repetitum eſt in *conſ. 140.* Et quamuis in oculis ibi Barto. mordeatur, illud non fit; quia verum dictum non ſit; at quia falſum eſſet Bart. præſuppoſitum, obſeruari aut impleri ab hærede non poſſe. Impotentia plane implendi admiſſa, à Bart. ibi non diſceditur, neque diſcedi poteſt.

Neque dixeris, neceſſe neptem aut Petrum habuiſſe Simonem ante interpellare, quam matrimonium cum alia celebraret, quoniam non cogitur is, cui impleri conditio debet, quempiam vt impleat interpellare.

Similiter vt neceſſitas creditori non imponitur debitorem interpellandi vt ſoluat; verum ſi in mora creditorem conſtituere debitor velit, offerre ei debet. *l. qui decem. in princ. ibique not. ff. de ſolutio.* Vnde interpellatione vlla à Simone ipſo non facta, liberatus à neceſſitate implendi ob id non dicitur, quod interpellatus à nepte non eſt.

Conſequenter matrimonio cum alia perfecto, per Simonem ipſum factum dicitur, quo minus teſtatoris legi pareri poſſet. Quocirca ſi impune nuptias facere cum alia propoſuerat, interpellanda neptis prius erat, paratum ſe cum ea iungi declarando. Secūdo neceſſariam † fac interpellationē eſſe, vt
modum quia impleat; ſatis cū eſt interpellationē tum fieri, cum legatum aut hæreditas petitur. *l. ſi tibi legatum. ff. de lega. 3. l. quibus diebus. § ſi. ff. de condi. & demonſt. l. 1. C. de his quæ ſub modo.* Vnde cum impleri modus tempore iudicii facto ipſius petitoris non poſſit, fruſtra interpellationis omiſſionem cauſatur. Et quod ait, paratum ſe modum implere matrimonio dirempto, in quo nunc eſt, nō tam ridiculum, quam turpe videtur. Iam textui id refragatur in *l. in vercedit. & l. cum qui poſt. ff. de condi. & demonſt.* vbi tempus conditionis exiſtentis ſpectatur, verum talis eo tempore ſit, qui admitti ad fideicommiſſum conditionale debeat. Idem ex text. probatur in *l. ſi vſusfructus. 2. in fine. ff. de vſufruct.* vnde cum tempore conditionis cedentis matrimonium cum nepte vxore contrahere ſubſtitutus non poſſit, fruſtra potentiam futuram allegat: idque expreſſius ex textu probatur in *l. cum ita §. final. ff. de lega. 2.* in *l. 5. §. fin ff. quan. dies lega. ced.* not. Roma. in *conſil. 238. in princip. & in conſ. 408. in fin.* ſcite Fulgo. in *conſ. 93. ex facto. Et id genus innumera.* Iam caſum iſtum triſtem deteſtandumque ſpectare non conuenit. *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. oblig.* Sed & votum ex eo induci mortis captandæ poſſit: quod à iure abhorret. *l. fin. C. de pactis.* 15

Si dixeris, exceptionis huius opponendæ ius, *tu non impleuiſti,* reæ conuentæ non competere, at hæredi vxoris teſtatoris.

Reſpondetur, ſicut Petro poſteriori ſubſtituto competeret; ita & vxori eius, quam hæredem fecit.

Sed dicturus iterum aliquis erit, Simoni obiici, quod voluntati teſtatoris obſequutus non ſit: enimuero implementum hoc nec ex parte Petri oſtendi; ſiquidem non apparet, in ſeruitiis eum Matiæ Bonhomæ teſtatore viduatæ fuiſſe.

Reſpondetur, ſatis reo eſſe ius actoris non probari, cui ex ſubſtitutione nitatur, *vulg. l. qui accuſare. C. de eden.* allegatum tamen per acta inuenio, fol. 24. primi proceſſus adimpletum per omnia à Petro eſſe, nec contradictum. Poſtremo obſeruandum, non modo obtemperatum voluntati teſtatoris non eſſe; quinimo illi contrauenisse, vxore alia ducta: quo caſu grauior facientis, quam omittentis culpa videtur, vt habetur in *l. ſi mora. ff. ſol. matrim.*

Quæ cum ita ſint, confirmandas ſententias poſteriores puto, ſecundam & tertiam, neutram partem expenſarum litis ex cauſis nos mouentibus, condemnantes. Et ita pronunciandum conſulo, iudicio grauiore ſaluo. *Papiæ 12. Maii 1559.*

Aymo Crauetta à Sauiliano, I. V. Doctor, primus in Iuris Ciuilis Interpretum gradum, hora veſpertina Papiæ obtinens.

Pro monaſterio Sancti Petri à Mutina ordinis Diui Benedicti, congregationis Caſſinenſis, contra magnificos Dominos de Boſchettis.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum ſeu emphyteuſis noua non dicitur, ex conceſſione inueſtiturarum, quæ veteres renouat, ad quas nominatim refertur, verum paterni antiqui que feudi nomen effectumque retinet. Ampliatur num. 2. verſic. Neq; ad rem attinet, etiamſi noua forma & pactum nouum adiectum ſit, quatenus agnatorum præiudicium eſſet. vide num. 17.*

2 *Feudum. In feudo antiquo aut paterno tranſuerſales ſuccedunt ab eodem ſtipite deſcendentes.*

Feudum nouum ex nouo pacto & noua forma in inueſtitura renouante interpoſita in ea parte dicitur, quod tamen fieri in agnatorum perniciem non poteſt, quibus iis quæ... tum in prioribus inueſtituris erat. ibid. verſic. Neq; ad rem attinet. Declaratur nu. 10.

3 *Iuriſdictio ſicut indiuidua eſt, ita locum in ea ius accreſcendi habet. Declaratur nu. 19.*

Ius accreſcendi in iuriſdictione velut indiuidua locum habet, ibid. Declaratur nu. 19.

Mandatum ad tranſigendum habens, iura ex inueſtituris antiquis quæſita remittere non poteſt. ibid. verſic. hoc ampliua.

4 *Ambiguum pactum dicitur, quod varie intelligi poteſt. & veritas eius ignorari dicitur, quod multis modis exponi poteſt, ob id ſuper pacto ambiguo fundamentum fieri non debet.*

Veritas eius ignorare dicitur, quod varie exponi poteſt, ideo ſuper eo fundamentum poni non debet. ibid.

Ambiguum pactum & obſcurum contra eum interpretari debet, qui commodum

aro dum ex ea percipere ſtudet. ibid. verſ. Rurſus ſicut commodum. Cum rei ratio ibi ſubſiſtit.

Interpretatio pacti obſcuri contra eum fit, qui ex eo ſe iuuare intendit. ibid. verſicul. Rurſus ſicut commodum. Ratio illa affertur, quod dolus ex obſcuro ſermone arguitur. ideo facultatem interpretandi ad commodum ſuum ei amittit, qui eam ſibi parare per ambiguam locutionem ſtudet.

5 Text. l. veteribus ff. de pactis an locum contra cauſam piam habeat.

Text. l. veteribus diſpoſitio doli compeſcendi cauſa introducta eſt, qui in ſermone obſcuro praeſumitur. ibid.

Pia cauſa, vbi in dolo eſt, minime fauendum, quia indignum ſe priuilegio delinquendo abutendoq; facit. ibid.

Honor omnis à reatu excluditur, neque priuilegio dignitatis decorari in maleficiis conuenit. ibid. verſ. ſed contentus.

Delictum eo grauius habetur, quo dignior eſt, qui delinquit. ibid. in fin.

6 Pia cauſa. Contra cauſam piam ſtrictam rationem ſequimur, ſecundum Socinum in l. mouere.

Intellectus Socin. Iun. ad l. ſunt perſonae. ff. de religio. ibid.

Tex. in l. ſunt perſonae. ff. de religio. in poenis locum non habet, in quibus fauor maior eccleſiae praeſtare ſolet, quaſi aliena à pietate poena ſit. ibid. ver. Tertio reſpondetur.

Poena dicitur, quoties iure ſuo quis priuatur. ibid. verſic. Tertio reſpondetur.

Interpretatio contra eccleſiam fieri ſolet, vbi ad lucrum odioſum aſpirat. ib. in fin.

Eccleſia. Contra eccleſiam fit interpretatio, vbi ad lucrum odioſum aſpirat, ibid. in 4. & in ver. interpretatio contra eccleſiam.

7 Proteſtatio cum proteſtantis tuetur.

Clauſula, Si & quatenus iura ſit, conditionem de praeſenti ſub ſe claudens, ideo ſi iure actus teneat, pro puro habetur, ſin ſecus, pro non facto reputatur. ibid. ver. Huc pertinent quae dicta de clauſula illa ſolent.

8 Inueſtitura noua non requiritur, quoties ſub antiqua comprehenſio quis eſt.

9 Inueſtiturae renouatio quoties requiritur, cum ſuis tamen qualitatibus in feudo, aut emphyteuſi illa fieri debet, ne tertii ius laedatur, cui ius quaſitum ex prioribus inueſtituris ſit.

Qualitas. Cum ſuis qualitatibus in dubio facta renouatio intelligitur. ibid.

Renouatio in dubio cum ſuis qualitatibus facta intelligitur, ibid.

Feud. renouatio ſub qualitatibus priſtinis facta intelligitur. ibid. ver. Atq; in renouatione feudi. Sed an idem ſit dicendum iure conceſſionis prioris extincto, Rum. à Bonro diſſentit. Vide omnino nu. 13.

Feudum nouum an dicatur ex renouatione inueſtiturae. nu. 9. in fi. & ſeq. & nu. 13.

10 Feudum nouum dicitur ex additione noua formae, poteſt enim noua forma adiiciendo intercedere.

11 Feudum nouum dicitur, quod tempore vetuſtiſſimo apud lineam vnam tranſuerſalem fuit, deinde ad agnatos alios tranſuerſales peruenit, qui ab eodem feudi auctore non veniant.

Vnitas dicitur ex vnitate pretii, ibid. circa med.

12 Maieſtatis laeſae crimen contra principem ſe vnimodo quantum ad hoc committitur, vt mortuo aliquando damnetur, filiique in bona plectantur. Caeterum ea dicta quantum praeiudicium crimen laeſae maieſtatis aduerſus dominum etiam inferiorem committitur.

Maieſtatis laeſae crimen. In crimine laeſae maieſtatis iure ipſo, & citra ſententiae adminiculum feudo vaſallus priuatur, ibid. verſ. In crimine plane laeſae maieſtatis.

Vaſallus in crimine laeſae maieſtatis iure ipſo, ſententia non lata feudo priuatur, quamuis aliud regulariter ſit. ibid. verſic. in crimine plane laeſae maieſtatis.

13 Feudum nouum dicitur, quod renouatum eſt, ſi amiſſum antiquum ex crimine omnino ſit.

Extinctum ſemel non remuiſcit, cauſa etiam extinctionis ceſſante. ibid.

Renouari id non poteſt, quod extinctum ſemel penitus ſit, ibid.

Feudum nouum dicitur, quod denuo ei conceditur, qui excluſus ab eo ex repudiatione ſua fuerat, item ſi ex delicto ſuo quis excluditur, ibid. circa med.

Poena, quam ex delicto ſuo quis patitur, voluntati eius tribuitur, & perinde eſt, quod ad praeiudicium ſuum attinet, ac ſi delinquens ipſe poenam ſibi irrogaret. ibid circa finem.

Impedimentum ſibi inferre dicitur, cuius culpa illud accidit, ibid circa finem.

14 Filia per ſtatutum excluſa perinde habetur, ac ſi ex cauſa iuſta exhaeredata à patre ſit.

Excluſio legis potentior, quam hominis videtur, ſicut fortior obligatio eſt à lege introducta, quam quae ab homine, ibid. verſ. Quae etiam potentior legis excluſio.

Obligatio legis fortior eſt, quam hominis. ibid. verſic. quin etiam potentior.

15 Poſſeſſio pauculorum dierum, imo & momentanea ad ius quaerendum ſufficit, & ad poſſeſſionem recuperandam momentum illud ſufficit: non aliter enim quaſi ſpoliatus exiſtimetur, qui momento poſſedit, atque ſi diu in poſſeſſione fuiſſet.

Poſſeſſorium recuperandae ei datur, qui momento poſſedit, ſi ſpoliatus deinde ſit. ibid.

Poſſeſſio pro exiſtente habetur in odium ſpoliantis, ibid. verſ. Rurſus cum pariter vitio.

Spoliatus pro poſſeſſore in odium ſpoliantis habetur. ibid. verſ. Rurſus enim pariter vitio.

Poſſeſſio, quae facta dolo ab aduerſario apprehendi non poteſt, pro apprehenſa habetur, ibid. circa fin.

16 Vaſallus Baronis aut alterius inferioris ſi principis Maieſtatem offendat, feudum etiam publicetur, quod à Barone vaſallus habet, illudq; Baroni debetur, ſi iura fiſcalia habeat.

Publicatio bonorum à principe ſaeculari facta eccleſiae praeiudicat, vt ad bona etiam eccleſiae trahatur in vtilitatem eccleſiae afferat. ſicut è contra condemnatio Clerici ab epiſcopo facta laico domino praeiudicat, à quo bona in emphyteuſim clericus tenebat, vt ad dominum ipſum pertineant, ibid. verſ. Neq; in admirationem quiſquam veniat.

17 Relatum ad caſum expreſſum reſeruatum & exceptum trahi non poteſt, ſimiliter ad ea relatio non porrigitur, in quibus prouiſum aliter eſt.

18 Excluſione aut amiſſione feudi interueniente perinde eſt, ac ſi dat. non feudum nunquam fuiſſe.

19 Diuiduum feudum iuriſdictionis dicitur feudum maioribus exceptis. Ducatus puta, Marchionatus, aut Comitatus: idem in feudo Comitatus pluribus conceſſo, licet Iuan. illud eſſe Socino placuit: idem in feudo altae dignitatis maiora, quo primogenito tantum non debentur, ac omnibus ſiue pluribus conceduntur.

Indiuiduum feudum dignitatis maioris quantum ad hoc dicitur, vt in ſuo domini directi diuidere id liceat: diuerſum eſt, ſi domini volunt ne accedit, ibid. ver. Quarto reſpondetur. Duas enim partes per pecuniam recipit, vt pecunia pro aeſtimatione portionis ſuae alteri detur, d. nu. 9. ver. ſexto reſpondetur.

Diuiduum iuriſdictionis & adminiſtrationis vſus eſt, vt alternis annis pares adminiſtratio iuriſdictionis gerant, ibid. verſicul. Quinto reſpondetur.

Feudum Ducatus ſeu Marchionatus licet indiuiduum dicatur, diuiſionem tamen per pecuniam recipit, vt pecunia ſeu aeſtimatio in portiones ſuas aliis detur, ibid. verſ. ſexto reſpondetur.

Feuda ex conſuetudine diuiſionem apud Italos recipiunt. ibid. verſ. ſeptimo reſpondetur.

Conſuetudo probatur aſſertione Doctoris clariſſimi, quo ad praeſumptionem. ibid. ver. ſeptimo reſpondetur.

Doctori clariſſimo de conſuetudine atteſtanti creditur, quo ad praeſumptionem, ibid. ver. ſeptimo reſpondetur.

20 Tranſactionis proprium eſt, vt fiat aliquo dato remiſſo vel retento.

Approbatio tranſactionis ex eo inducitur quod contenta in ipſa erat actione quae obſeruat & impleat. ibid. ver. tertio reſpondetur.

Generalis expreſſio regulariter tantum praeſtat, quantum ſpecialis, in materia etiam odioſa & poenali, in quantum proprietas eorum patitur, ibid. ver. Tantumq; generalis expreſſio.

21 Verbum nullum ita intelligi oportet, vt ſuperfluum ſiat, ſed nec ſyllabam etiam in odioſis, in quibus etiſi ſtricta fiat interpretatio; reſtricte tamen ea fieri debet, vt aliquid diſpoſitio operetur. idem in ſtatuto poenali, quod ita interpretandum, vt aliquid operetur. quinimo verba reſpondere improprie intelligere oportet, potius, quam inutile ea fiant. vbi pluribus ornatur.

Renunciatio priuilegii ad ius commune redi eius, quoties priuilegium nouum ſubeſt, in quo operari renunciatio poſſit, ibid. ver. Inde fit, vt renunciatio.

Tempus praeſens ad futurum trahitur, vbicunq; effectum habere in praeſenti non poteſt. ibid. ver. tempus item praeſens

Impreſſio in ſententia verba intelliguntur, ne inutilia maneant, ib. ver. ſed & in ſententia.

Periculi appellatio ad caſum fortuitum pertinet contra ſignificationem illam, vbi ea non inutilis alias periculi promiſſio foret. ibid. ver. eiuſdem loci & illud eſt.

Intellectus prauus habetur, vnde ſuperflua verba atq; inutilia fiant, ibid. ver. Praetermittendum tamen.

Relatio ad illa non fit, ea qua eſſet inutilis fieret, ibid. ver. atq; in ſpecie relatione.

22 Geminatio deliberationem maiorem arguit, ideo verba illa (Volo Titium haeredem inſtituere) ſi geminata ſunt, inſtitutionem arguunt, & inducunt.

Inſtitutio ex verbis illis inducitur (Volo Titium haeredem inſtituere) ſi geminata ſunt. ibid. ver. Inde fit vt inſtitutio.

23 Exceptio debet eſſe de regula, ideo exceptio vera non eſt, quae ſub praecedentibus non continetur, & natura exceptionis eſt, vt contrarium regulae inducat.

Exceptionem inutilem fieri tolerabilius, quam vt ab ea regula amplietur, ibid. ver. ſed & inutilem exceptionem.

24 Generalis procuratoris conſtitutio priorem non remouet, in qua in ſpecie & ad certam cauſam conſtitutus procurator fuerat, quoniam ſpecies generi non derogat.

Sequentia praecedentibus non derogant, niſi ſi contrarietas aut incompatibilitas interueniat, ibid. ver. tertio reſpondetur.

Dictio, Vt ſupra, relationem ad praecedentia facit, ibid. verſic. tertio reſpondetur.

Referens ſecundum relatum intelligendum, ibid. verſicul. quarto reſpondetur.

25 Neceſſitas. In caſu magis neceſſario prouiſum in dubio intelligitur.

Relatio ad ea fieri debet, in quibus maior prouidendi neceſſitas vertitur, ibid.

Dubium. Ad caſum dubium verba ſemper referenda, ne ſuperflua fiant, etiam in materia ſtricta, veluti in, atuto, ibid. verſ. Abb. hic ſcitiſſime quadrat.

Voluntas diſponentis ex natura rei declaratur, ibid. ver. ſeptimo ſicut nouum feudum.

Interpretatio ita fieri debet, vt ſecundum naturam contractus, quantum poſſit;

poteſt, verba intelligantur quinimo reſtrictionem verba patiuntur, ut ſecundum naturam actus intelligantur, ibid. verſicul. Aretin. huc ſpectat.

26 *Conſentiens actui, fruſtra deinde illi contradicit.*

Ratificans pactum facto ipſo, perinde eſt ac ſi præſens ille fuiſſet, indeque, cum ita eſſet, ibid. ver. Rurſus cum ratam pactionem.

ARGVMENTVM.

Feudum pluribus fratrib. conceſſũ ex renouatione inueſtituræ, tam pro ſe ipſis quam deſcẽdentib. eorum per rectam lineam maſculinam, non tranſuerſalem, aliquibus eorum ſine liberis mortuis, ad quos portiones ipſorum pertineant, an ad dominum directum, vel fratres ſuperſtites, & concluditur ad dominum directum pertinere.

CONSILIVM DCCCCXCV.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Donnus Paulus de Parma de anno 1517. dieque 29. Aprilis quaſi procurator monaſterii S. Petri à Mutina ordinis S. Benedicti, congregationis Caſſinenſis, inueſtituram renouauit reuerendo Domino Ioanni Galeatio fratribusque eius ac nepotibus ex fratre præmortuo, de caſtro S. Cęſarii, cæteriſque bonis ab eis progenitoribuſque eorum poſſeſſis tam quæſitis, quam quærendis, intra confines donationis Illuſtriſſimæ Comitiſſæ Matildis, videlicet tam pro ſe ipſis, quam deſcendentibus eorum per rectam lineam maſculinam, non etiam tranſuerſalem, mentione inueſtiturarum veterum in renouatione ipſa facta, ad quas relationem habendam fore expreſſum eſt, prӕterquam quod agnatis ipſorum fratrum tranſuerſalibus inueſtitura ipſa noua non prodeſſet aut ſuffragaretur, at per rectam demum lineam deſcendentibus, vt ſupra. Mortem deinde D. Galeatius, & Sigiſmundus nepos obeunt, fratribus aliis nepotibuſq; ex fratre vita ante functo relictis. Quæſtionis eſt, ad quos portiones D. Galeatii, & Sigiſmundi pertineant; vtrum ad fratres nepoteſve eorum, an ad monaſterium, Dominum directum?

Fratrum nepotumve cauſa potior primo iudicio viſa eſt,
1 Principio; quoniam † inueſtitura hæc nouiſſima noua non eſt, at veteres renouat, ad quas nominatim refertur: quo caſu feudum nouum, ſeu emphyteuſis noua non dicitur, verum paterni antiquique feudi nomen effectumque retinet. *c. 1. de vaſallo decrepit. ætat. c. 1. an agnat. vel fil. c. 1. de eo qui finem fecit* Bart. & alii in *l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obl. & in l. quod dicitur. 1. ff. de impenſ.* Roma. in *conſ.* 315. Soci. in *conſ.* 100. *col. pen. in fi. lib.* 3. Alex. in *conſ.* 30. *col.* 3. *lib.* 1. quod repetitum eſt in *conſ. 1. lib. 5.* cumulate Dec. *in conſ.* 53. *col.* 1. & 2. Iaſ. *in conſ.* 24. *col.* 2. & *in conſ.* 64. *col.* 2. *circa med. lib.* 3. neque nouum feudum dicitur, quod conceſſum aliquando eſt, gl. in *c. quacumque, in ver. nouum.* 25. *q.* 2. quam ſcitu dignam Iaſ. putat in *conſ.* 96. *col.* 2. *poſt med. lib.* 1. *in d. conſ.* 24. *col.* 4. *circa med. & in d. conſ.* 64. *col.* 2. *circa med.* vnde cum ex tempore longiſſimo quæſitum feudum hoc ſit, antiquum eſſe, aut paternum non deſinit, vt in locis memoratis habetur.
2 In feudo plane antiquo † aut paterno dubitatio non eſt, quin locus ſucceſſioni tranſuerſalibus etiam fiat, dum ab eodem ſtipite tamen omnes deſcendant. *c. 1. §. cum antem. ibiq. Doct. de his qui feu. dare poſ. c. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud. capit. 1. §. his vero deficientibus. de ſucceſ. fratrum. c. 1 de beneſi. frat.* glo. & Doct. in *l. ex facto. §. ſi ff. ad Trebell.* deciſio Neapoli. *deciſ.* 293.

Neque ad rem attinet, formam pactionemve nouam ſub inueſtitura hac poſtrema aut renouante interpoſitam, eoque nomine feudum nouum in ea parte ſaltem haberi. Oldrad. in *conſ.* 178. *quidam nobilis* Bald. in *c. 1. §. inſuper. in fin. de prohi. alie. feud. per Freder.* cum aliis apud nos relatis in *tracta. de antiq. temp. parte* 5. *nu.* 15. quoniam licentia Domino Galeatio & Syndico monaſterii non fuit, vſitatum feudi morem, nouumque feudum ex antiquo commutandi in agnatorum perniciem, quibus quæſitum ius ex prioribus inueſtituris erat. *d. c. 1. ibique not. de vaſallo decr. ata. c. 1. ibiq. Doct. an agna. vel fil.* Bald. in *c. 1. num. 2. de eo qui ſibi, & heredi. ſuis.* Iaſ. *in conſ.* 7. *col.* 5. *circa fin. & col.* 8. *lib.* 3. Socin. iun. *in conſ.* 103. *num.* 31. *lib.* 2.

Secundo nouum fac hoc feudum eſſe; nihilo magis iuris quicquam competere monaſterio viderer; quoniam † iuriſ-
3 dictionem habet, quæ ſicut indiuidua habetur; ita locus in ea iuri accreſcendi eſt, vt in ſpecie Bald. docet in *l. vnica num.* 3. *verſi. ſi vero pluribus. C. quan. non petan.* Aret. in *conſ.* 164. *magnifici. num.* 2. *in fi. & num.* 3. Curt. ſenior *in conſ.* 48. *nu.* 25. *verſic. octauo probatur. & num.* 5. *& in conſ. ſeq. num.* 51. *in fi. & ſeq.*

Hoc amplius, nec in diſpendium fratrum nepotumve domini Galeatii, à quibus mandatum tranſigendi accepit, id genus interponi pacto potuit, per quam ius ipſum ex inueſtituris vetuſtioribus quæſitum, remiſſum eſt. *l. contra. §. fi. ff. de pactis, l. pactum curatoris. C. eo. tit. l. praeſes. C. de tranſact. l. filius familias. ff. de dona. l. prohibere. §. plane ff. quod vi aut clam.*

Tertio, principaliter præmiſſis etiam remotis, poteſtateq; ad eum modum tranſigendi admiſſâ, nihilo magis ad monaſterium pertinere bona hæc controuerſa debent; ſiquidem pactum illud, ne ex linea tranſuerſali deſcendentes comprehenſi ſub inueſtitura intelligantur, ad agnatos tranſuerſaleſve alios ipſorum fratrum, & nepotum, pertinere videtur, non ad eos, qui ex fratribus nepotibusve ipſis deſcenderent, quominus inter ſe ipſi ſuccederent, ſi pactionis verba ſedulo intuemur, ibi excepto, quod dictus Donnus Paulus procurator non vult, nec intendit, quod præſens inueſtitura ſuffragetur agnatis ipſorum Ioannis Galeatii, & fratrum tranſuerſalibus, ſed ſolum per rectam lineam deſcendentibus, vt ſupra. In quibus verbis circa fratres ipſos ab eiſque deſcenſuros immutatum quicquam non eſſe apparet. At enim ad agnatos alios, & ab eis procreandos verba ſpectare conuentionis illius videntur, cum nominibus diuerſis à fratribus agnati diſtinguantur. *l. ſi idem. Cod. de codicil.* Itaque cum mutatio vlla facta inter fratres ipſos poſteroſve eorum non ſit, prioribus ſtandum inueſtituris erit. *l. ſancimus. C. de teſtam. l. præcipimus. in fin. C. de appellat.*

Quarto, inficias ſaltem ire non licet, quin † ambiguitatem 4
pactionis huius verba habeāt, cum intelligi varie poſſint, gl. a. *in l. veteribus ff. de pactis.* Ignorari enim veritas eius dicitur, quod exponi multifariam poteſt, author Philoſophus à Baldo relatus in *l. ſiue leges. num.* 3. *ff. de legib. in l. precibus. nu.* 21. *C. de impub.* in *conſ.* 218. *petita venia. col.* 1. *poſt med. & in conſ.* 340. *& promitto. col.* 2. *li.* 3. Ambiguitate igitur in pacto hoc interueniente fundamentum ponere eo nõ poteſt *d. l. veteribus.* Similiter fundamẽto legis fruſtra nititur, cui varii intellectus ſunt. Bal. in *l. in ambiguo. ff. de reb. dub.*

Rurſus, ſicut commodum monaſterium percipere ex pacto hoc ſtudet, ita interpretari contra ipſum debet propter obſcuritatem eius. Alber. in *d. l. veteribus.* Imola *in conſ.* 21. *in prin.* cum aliis apud Alex. relatis in *conſ.* 178. *col.* 1. *li.* 2. *in conſ.* 128. *in fi. li.* 5. Dec. in *conſ.* 121. *col. fi.* Pro qua ſententia tex. videtur *in l. ſi arborem. §. fi. ff. de ſeruit. vrba. prædior.* ſcite huc Bald. quadrat *in l. fin. q.* 14. *C. de heredi. inſtit.* ex obſcuro ſermone dolum argui. Inde factum eſſe, vt facultatem interpretandi ad commodum ſuum is amittat, qui eam ſibi parare per ambiguam locutionem ſtudet *d. l. veteribus.*

Neque motat, † locum *d. l. veteribus.* contra cauſam piam non 5
eſſe. *l. ſunt perſonæ ff. de religio.* quoniam ſi doli compeſcendi cauſa, qui ea ſermone obſcuro præſumitur, diſpoſitio introducta *d. l. veteribus eſt*, vt Bal. putat in *d. l. fi.* in dolo fauere, nec cauſæ piæ debemus, quæ indignam ſe priuilegio delinquendo, abutendoq; fecit. *l. qui ſine. ff. de nego. ge. l. libera. ff. de pecu. l. carceri. ff. de cuſto. reor. l. Iudæi C. de Iudæis. l. ſi quos. C. de offi. præfect. prætor. orien. c. tuarum. de priuileg. c. priuilegium.* 11. *q.* 3. Cui ſententiæ text. etiam ſeruit in *l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſ.* à reatu honorem omnem excludi. Neque priuilegio dignitatem decorari in maleficiis conuenit. *c. vt fama. de ſen. exc.* Bald. *in conſ.* 364. *quia quæſtio. nu.* 7. *li.* 3. ibique grauius delictũ fieri ea dignitate, ſeu honore ſubnixe. eo quippe grauior culpa habetur, quo maior is eſt, à quo peccatur. *l. presbyteri. C. de epiſ. & cler.*

Secundo in cauſam piam retorqueri textus poteſt in *d. l. ſunt*
perſonæ, vt † ſtrictam rationem ſequi contra cauſam piam oporteat, ſi quam Socino iuniori de tex. illo fidem habemus in *conſ.* 120. *nu.* 30. *li.* 1. *& in conſ.* 189. *n.* 11. *lib.* 2. 6

Tertio reſponderut, locum *d. l. ſunt perſonæ.* in pœnis haud dubie non eſſe, in quibus fauor minor præſtari Eccleſiæ ſolet, perinde quaſi aliena à pietate pœna ſit. *c. ſuam. ibique Doct. de pœnis.* Pœna plane verſari hic videtur, vt iure ſuo fratres, eorumque filii in feudo priuentur. *l. 1. C. de his quæ pœnæ nomi. Iaſ. in l. ſi inſulam. col.* 11. *ante med. ver. ſed aduerte ſubtiliter. ff. de verb. oblig. & in l. venia. n.* 8. *C. de in ius vocan.* Atque vbi locus pœnę non ſit, ſeu de pœna non agatur, inficias ſaltem ire non licet, quin ad lucrum odioſum eccleſia hic aſpiret, quo caſu contra Eccleſiam fieri interpretatio ſolet. Abb. in *c. filius noſter. in vltimo nota. per illum text. de teſta.* quocum Dec. conſentit in *conſ.* 259. *nu.* 5.

Quinto reis fauere proteſtatio illa videtur, non aliter ſe inueſtituram illam acceptare, niſi ſi & quatenus neceſſaria ſit.
Quocirca † ſi neceſſaria inueſtitura non erat, damno ea eſſe 7
inueſtitis non debet, quotum ius ſaluum factũ ex proteſtatione il-

ne illa eſt. l. ſi fideicommiſſ. in pr. ff. cur ſat cog. l. ſi. §. item ſi prædixeris. ff. nau. caup. ſtab. l. at ſi quis. §. plerique ff. de religio. l. 3. §. 1. ff. quib. non pag. vel hypo. ſol. l. idem ſuit ubi ſine vllo litis prauiditio. ff. de teſta. tut. l. ſi pater exheredato. ff. de bonis libe. l. penul. ff. de aqua quotid. & æſti. l. 3. §. penul. ff. de lib. homin. exhibē. l. ltab. § huiuſmodi. C. de agri. & cenſit. lib. 11. c. Cum acta. & c. ex leſia. de electio. c. nihil. de præſcrip. c. Pontifica. 6. q. 1. & id genus infinita. Huc pertinent, quæ dici de clauſula illa ſolent: ſi & quatenus iuris ſit: conditionem de præſenti ſub ea continere. quare ſi iuris actus conuenitur, pro puro habetur: ſin alienus à iure eſt, pro non facto omnino habetur, vt Bartol. ſcribit in l. ambitioſa. numer. 32. ff. de decre. ab ord. facien. Roma. in conſ. 77. pater mnet ende nu. 3. Soc. in conſ. 47. nu. 6. lib. 4. Cor. in conſ. 80 col. 1. poſt med. lib. 1. & in conſ. 305 col. 2. lib. 1. Felin. c. ſæpe. in ſecundo nota. de appell. Dec. in c. ablata. in ſecundo nota. eodem tit. Ruin. in conſ. 61. nu. 17 lib. 5.

8 Neceſſaria plane † inueſtitura noua reis non erat, quib. ſatis inueſtituræ priores erāt, vtpote ſub eis comprehenſis. Bal. in conſ. 301. proponitur, quod Petrus. n. 6. in fi. libr. 1. Paul. de Caſtro in conſ. 189. viſo inſtrumento cuiuſdam inueſtitura. col. 2. in prin. lib. 2. Iaſon in conſ. 159. col. 2. in fi. verſ. quod aūt in ca. in noſtro. lib. 2. Brun in conſ. 44. col. 2. ante med.

Secundo neceſſaria inueſtitura noua non videbatur: quoniā ex cauſa aſſertæ feloniæ, ſeu defectionis facta legitur, de qua nō apparet, neque præſumitur, atque ideo probationem deſiderat. l. merito. ff. pro ſocio. l. quotiens. §. qui dolo ff. de prob. c. nonne de præſump.

Sexto principaliter neceſſariam inueſtituram, fuiſſe fac. 1. re9 nouationem feudi faciendam, † cum ſuis tamen qualitatibus. eam fieri in feudo, aut emphyteuſi oportet, ne iuri tertii lædatur, cui ius quæſitum ex prioribus inueſtituris eſt. Bald. in l. vnica. col. pen. C. quan. non pet. par. nu. 2. § ſi. de feudo guar. & in conſ. 215. proponitur, quod inueſtitur. col. ſi lib. 2. Alex. in conſ. 29. num. 13. lib. 5. Dec. in conſ. 78. col. 5. circa med. in conſ. 263. col. 2. verſ. non obſtant allegata ſupra. Multo facilius facta in dubio cum ſuis qualitatibus renouatio intelligitur. leg. legem. ibiq. Bal. C. loca. Alex. in conſ. 28. in fin. lib. 4. Iaſ. in conſ. 49. col. 1. circa med. lib. 3. Dec. in conſ. 548. num. 4. Ruin. in conſ. 78. col. 3. in prin. lib. 1. Atque in renouatione feudi, ſub qualitatib. priſtinis, factam eam intelligi Bar. tradit in l. peculium. §. ſi are. ff. de pecul. in l. quod dicitur ff. de impen. in l. ſi mihi & Titio. ibique alii. ff. de verb. obl. Dec. in conſ. 53. vbi nominatim in cauſa hac de Boſchettis conſuluit. Ibique feudum nouum ex renouatione nun dici, verbis pluribus oſtendit. Quin etiam ius idem probandū videtur, vbicunque renouatio feudi fit, iure conceſſionis prioris extincto, vt Ruin. docet in conſ. 90. col. 4. in fi. lib. 1. quicquid ſecus viſum Boerio ſit, quæſt. 78.

10 Neque mouet † locum præmiſſis non videri, pactione, de qua ſupra, interueniente, per quam forma noua data feudo apparet, quo caſu feudum nouum haud dubie æſtimatur, vti ſcriptum apud nos eſt, in d. tract. de antiq. temp. par. 5. num. 15. in ſecunda ſpecie mutatione. quibus Bald. accedit in conſ. 142. quodam dominus Vaſſus. col. 2. libr. 2. Locum enim habere id videtur, poteſtate formæ nouæ edicien dæ interueniente. Atqui mutari formam priorum inueſtiturarum in præiudicium eorum non poſſe quib. quæſitum ius eſt, demonſtratum ante habemus. Atq. ita Iaſ. reſpondet in conſ. 7. col. 3. circa fi. & col. 8. lib. 3.

Secundo reſpondetur, verba illa pactionis ad caſum hunc non pertinere; neque monaſterium ex eis confirmari, ſic quomodo locupletius monſtratum in ſuperiorib. habemus.

11 Septimo nihil eſt, quod feudum hoc † nouum ee perſona Comitis Ludouici ſine liberis defuncti monaſterium putet, [illegible] eodem ſtipite recepti atq; Ludouicus comes non de[illegible] quo caſu feudum nouum quantū ad agnatos tranſ[illegible] qui ab eodem feudi auctore non veniunt, haud dubie [illegible] dicatur, quamuis tempore vetuſtiſſimo apud lineam aliā tranſiuerit ſalem durauerit, Bal. in c. 1. in ter. verſ. nec repugnat quod licet a diuit. ſi de feudo fuerit contro. inter dom. & agna. quod dictum memorabile Caſtr. prædicat in conſ. 262. dico, quod epiſcopus in prin. lib. 2. nos idem Caſtr. eum in conſ. 11. ſuper primo quæſito in quantum quæritur. nu. 2. eodem lib. collegium Doct. Bononien. inter Certiſſemorum reſpon. a in conſ. 50 num. 12. in fi. Soc. iun. in conſ. 103. n. 1. lib. 2. Satis enim reis videtur de bonis ſancti Cæſarei, quaſi de feudo vnico, eiuſdem inueſtitura eſſe. Feudi igitur vnitate poſita, bonisq; Comitis Ludouici, cum bonis aliis vnitis, feudum vnum iudicatur, cum ad eundem modum pro bonis omnibus facta inueſtitura ſit, argum. l. cum eiuſdem. & l. ſi plura. ff. de edil. edict. l. pradiu. §. pen. ff. de lega. 3. vbi cum res plures pretio vnico comparantur, pro vna ac omnes habentur. Vnitate igitur feudi admiſſa, fruſtra naturam eius diuidere monaſterium certat, vt nouum in par-

tem, antiquum ex alia parte iudicetur, ne diuerſo res eadem iure iudicetur. l. cum qui ædes ff. de vſucapio. l. in quartam. §. 1. ibiq. Gloſſ. ff. ad legem Falc. l. libertas. & l. ideoq. ff. de teſt. manu. c. quia circa. de priuil. c. cum in cunctis. de decimis. clem. 1. de electio. c. cognoui. in m. 12. q. 2.

Argumenta hæc, quamquam vrgere admodum prima inſpectione viſa ſunt, tanti tamen facienda ea nō duxi, quin monaſterii cauſam defendendam ſuſciperē. Et principio in facto narratam defectionem ſeu perduellionem ob his commiſſam, quib. renouatio inueſtituræ memoratæ facta eſt ſub anno 1517. Quo facto ita poſito, ſciendum eſt, † etſi contra principem ſo- 12 lummodo crimen læſæ maieſtatis quantum ad hoc committatur, vt memoria defuncti damnetur, filiique in bonis plectantur. Attamen in delinquentium perniciem crimen læſæ maieſtatis aduerſus dominum inferiorem committitur, vt Alex. an. tradit in conſ. 13. colum. 1. & 2. lib. 6. Brun. Aſten. in conſ. 18. cum aliis apud nos relatis in conſ. 224. num. 6. In crimine plane læſæ maieſtatis iure ipſo citraque ſententiæ adminiculum feudi vaſallus priuatur, Bal. in c. 1. § callidis. nu. 6. de prohibi. alien. feudi per Freder. cui ſimpliciter Alex. ſubſcribit in conſ. 60. nu. 5. lib. 5. Bald. etiam in d. §. callidis. ſimpliciter Iaſon ſe remittit in l. 2. num. 16. Cod. de rei. emph. Idem pro explorato Soc. habet in conſ. 4. nu. 24. verſ. c. iuxtmo ex quo orant. lib. 4. quamuis regulariter iure ipſo feudo vaſallus nō priuetur. c. apertis. ſi. quo temp. miles. c. 1. in inuo. de f. ad. ſine culpa non amittitur. Gl. & Doct. in c. 1. ibique Bart. nu. 2. quib. modis feud. amitt. Alex. in conſ. 124. & in conſ. 103. col. penul. lib. 1. & in d. conſ. 60. nu. 1. lib. 5.

Hoc ita admiſſo & præſuppoſito, iure ipſo priuationem induci, conſequens fit, feudum illud renouatum, † nouum ne- 13 ceſſario dici: quoniam ſi amiſſum antiquum ex commiſſione omnino eſt, per ſententiam iuris, ad vitam id reuocari non potuit. l. quæ res. § acceptam. ff. de ſolutio. l. cum ex cauſa. in fi. & l. ſi. C. de remiſſ. pignor. c. nonnulli. de reſcrip. c. ap. ſi vellit. 23. quæſtio 4. can. quæris. de conſecra. diſtinct. 4. Idque locum cauſa etiam extinctionis ceſſante habet d. § accept. l. ſi filius qui in poteſtate ff. de lib. & poſthum. & l. 1. 2. & 3. C. de poſthu. hered. inſtit. Corn. in conſ. 234. col. 3. verſ. aut volumus dicere. lib. 2. Atq; in ſpecie renouationis, renouari id non poſſe, quod extinctum penitus eſt, & textu demonſtratur in l. eg. ſi vnus. § pactus ne peteret. ff. de pactis. vbi renouari actio per pactum non poteſt, quæ perempta ea toto eſt. Verum ad obligationem, aut actionem nouam, pactum proficit. Itaque priuatione feudi à iure ipſo introducta, eoque iure ipſo extincto poſtquam voluntatem ſuam Dominus declarauit, vt amiſſum id eſſet, declarauit inquam, & re, & verbis bona ipſa apprehendendo, & dicit nonnullos poſſidendo, quomodo renouari feudum quaſi antiquum potuerit, non ſatis intelligo. Atque in ſpecie feudum nouum ee renouatione dici, quando vbicunque, poſt ſententiam priuationis ab homine, vel à iure latam renouatio fit Doctorum teſtimoniis probatum, nec leuibus habemus in tract. de antiquita. tempo. parte 5. nu. 14. verſ. [illegible] Baldus his accedit in c. 1. num. 19. an agnat vel fil. vbi cum filium, qui feudum repudiauit, agnatorum voluntate Dominus inueſtit, nouū feudum dicitur, quod antiquum ante erat, neq; antiquum ex renouatione remanet: id quia amiſſum filio per repudiationem eſt.

Quocirca filio ſine liberis defuncto agnato ad feudum illud quaſi nouum agnāti non admittuntur: quoniam, per conſenſum eorum ius apertum Domino eſt, vtpote quo conſenſu ceſſante, agnatis ipſis confirmandum feudum fuerat. Vnde, quod ad filium, & dominum attinet, antiquum dici feudum nō poteſt: quandoquidem amiſſum id in filio erat: quod Baldi dictum Ruin. amplectitur in conſ. 1. num. 18. lib. 1. Et obſeruandum eo caſu, Baldum, Ruinumque loqui, quo ſimpliciter feudum filio renouatur, à quo repudiatum erat. Quid hic dicendum, vbi facta renouatio ſimpliciter non eſt, ſed pactio interpoſita, quæ niſi nouo feudo non competit, id eſt, ne ad tranſuerſales feudum ambulet. Si nouū feudū dicitur, quod denuo ei conceditur, qui excluſus ab eo repudiatione ſua fuerat, ius idem ſeruandum, vbicunque ei feudum renouatur, qui eo excluſus à lege ex delicto ſuo eſt. Pœna enim, quam ee delicto ſuo quiſpiam patitur, voluntati eius tribuitur, & perinde eſt, quod ad præiudicium ſuum attinet, atque ſi delinquens ipſe pœnam ſibi irroget l. veteres. in fi. ff. de itin. actuque priuato. ibi impedimentorum inferre ſibi dicitur, cuius culpa id accidit, quem textum pro memorabili Socin. profert in l. Iulianus. colum. 2. poſt med. verſic. comprobatur iſta concluſio. ff. de condit. & demonſtratio. tex. huc præter Socin. accedit in l. ſi fideiuſſ. §. 1. ff. qui ſatiſdar. cog. ibi ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit. tex. item eodem ſpectat in l. ſi mulier.

in princip. ff. quod metus cau. ibi : *quia hunc ſibi metum ipſa infert.*

Hoc idem, voluntatie pati eum id dici, quod ex facto ſuo ſuffert, aut cui cauſam præbuit, ex Bal. aliſque probatur *in l. hac edictali. in prin. C. de ſecund. nupt.* Areti *in conſ. 72. præſuppono col. 3. circa fi. verſ. videtur autem pater ſatis priuari.* Sed & fortius ex Bald. hoc iuuatur *in conſ. 16. proponitur, quod Dominus Antonius col. 1 lib. 3.* cum
24 per † legem, ſeu ſtatutum ab hæreditate patris filia ſubmouetur, pro eo rem eſſe, atque ſi ea cauſa iuſta exhæredata filia à patre ſit, per textum *in l. cauſam. ff. de manumiſſ.* Si factū legis, aut ſtatuti homini aut filiæ tribuitur, pro eoque res habetur, atque ſi cauſa ab ea commiſſa ingratitudinis ſit, propter quam exhæredari à patre poſſet. Quid dicendum hic erit, cum delictum iam improbiſſimum commiſſum à vaſallo eſt? propter quod, iure ipſo à feudo excluditur, vt perinde res ſit atq; ſi ſponte à ſe feudum vaſallus abdicaſſet: Vnde ſi nouum feudum dicitur, quod vaſallo renouatur, qui renunciatione ſua excluſus ab eo erat, ius idem ſeruandum haud dubie in eo erit, qui feudi renouationem poſtea conſequitur, quam ab eo ſubmotus ex delicto ſuo fuerat. Quin ēt potentior legis excluſio, q̃ hominis videt̃, ſicut fortior obligatio eſt à lege introducta, q̃ quæ ab homine. Bald *in l. frater à fratre. in vltimo nota. ff. de condictio. indebi.* Decia. *in conſ. 204. col. 2. circa med. verſ. 6. & vltimo bonifacio.* feudo itaq; nouo poſito, vacua à dubitatione omni res videtur, ſucceſſioni locum tranſuerſalium non eſſe.

Secundo principaliter, & ſi maxime neceſſaria apprehenſio poſſeſſionis eſſet, poſt crimen admiſſum, vt nouum feudum dicatur, apprehenſam eam dico, eamq; dieb. aliquot retentam, quamuis manu armata ab ea poſtea deturbatum monaſterium
25 ſit. Sed n. † ſatis poſſeſſio ille dierum paucorum, imo & momentaria erat ad ius quærendum. *l. ſponſus §. fi. ff. de public.* Vbi ei publiciana datur, qui momento poſſedit. Inde fit, vt ad poſſeſſionem recuperandam momentum illud ſufficiat, non minus n. quaſi ſpoliatus reſtituitur, qui momento poſſedit, atq; ſi diu in poſſeſſione fuit, Card. Alexandri. *in can. quoniam. 8. diſtinctio.* quo cum Caſſad. ſentit *deciſ. 20. in ſ. de præben.*

Quid dicendū hic habemus, vbi non momento, at dieb. poſſeſſio illa durauit? Rurſus cū partis vitio culpeve factū ſit, quominus apud monaſteriū poſſeſſio remaneret, i. propter ſpoliationem memoratam, pro retēta haberi poſſeſſio debet in ſpoliantis odium atq; perniciem, ne melior conditio ſua ex ſpoliatione fiat. *l. hoc ſolum. ff. de noxal. l. ſi à domino. § ſi prædo. ff. de petitio. hered. & cum qui. de præben. lib. 6. capit. 1. de poſtul.* atq; in ſpecie, & nominatim ex tex. hoc probat̃ *in capit. contingit. de dolo, & contuma.* Vbi in odiū ſpoliantis pro poſſeſſore ſpoliatus habetur. hoc amplius ibi, probatur, pro apprehenſa poſſeſſione haberi, quæ apprehendi facto, dolo ve aduerſarii non potuit, de quo verbis plurib. apud nos *in conſ. 376. nu. 21. & 22.*

Tertio, principaliter extinctum pœnitus feudum antiquū, non ſolum ex ſententia iuris, ſed hominis etiam cum executione ſubſecuta fuit. propter perduellionem eduerſus Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Ferrariæ Ducem admiſſam, à Comite Albertino liberiſve eius: inde feudum hoc Sancti Cæſarei à Fiſco Ducali apprehenſum In cenſam iudicari deindeq; monaſterio ipſi perinde quaſi domino directo reſtitutum ita vti
26 conſentaneum iure erat. Iuris n. incerti non eſt, † quoties Baronis, aut inferioris alterius vaſallus, Principis maieſtatem offendit, feudum etiam publicari, quod à Barone vaſallus tenet, illudque Baroni deberi ſi iura fiſcalia habet, Guido Papæ *q. 76. q. 341. & in conſ. 76* deciſio Neapoli. *deciſ. 28. n. in 2. dubio.* Iaſ. *in conſil. 57. col. 2. & col. pen. lib. 3.* & plenius apud nos *in conſil. 128.* Iura plane fiſcalia monaſterio eſſe non dubitem. Atq; vbi non ſint, nihil id ad partem attinet, verum ad ſummum Pontificem, vel ad Illuſtriſſimum Ducem, vnde cauſam monaſterium duceret per reſtitutionem memoratam. Neque in admirationem quiſquā veniat, condemnationem bonorumq; publicationem à Principe ſæculari factam vtilem Eccleſiæ fieri. vt ad bona etiam Eccleſiæ trahatur, vtilitatemque Eccleſiæ afferat. Admiratio hæc enim verbis pluribus ab Oldra tollitur *in conſ. 17. num. 13.* ad finem vſque conſilii. vbi in caſu contrario cumulatiſſime ſcribit, condemnationem Clerici ab Epiſcopo factam vtilem domino laico fieri, à quo bona in emphyteuſim clericus tenebat, vt ad dominum ipſum pertineant. Idem Caſtren. Alex. *in conſ. 131. n. 1. & n. 10. verſ. venio ad reſponſionem. lib. 4.* Ex quo fundamento vel vnico, liquida ſatis fieri res videtur.

Quarto priuatio etſi inducta iure ipſo non ſit, ſententiam iterum hominis nullam interueniſſe fac, ius nihilominus fauere eum monaſterio videtur ex pacto illo, quo deſcendentes per lineam tantam maſculinam non etiam tranſuerſalem inueſtiūtur. Ita quod agnatis ipſorum fratrum tranſuerſalib. inueſtitura non ſuffragetur, ſed per rectam lineam tantum deſcendentib. Sic tranſuerſales verbis non obſcuris excluduntur, quocirca locus dubitationi non videtur. *l. ille aut ille. § cum in verbis. ff. de lega. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.*

Sententia hæc in fauorem monaſterii ita affirmata, reliqui ſupereſſe aliud non video, niſi vt contraria profligamus. Itaque argumentum primum non obſtat, in reuocatione hac inueſtiturę repetitionem, ſeu relationem veterum inueſtiturarum factam, atque tam antiquum feudum ſimiliter remanere, vti ex prioribus inueſtituris erat. Namq; argumentum hoc regeritur, quoniam non ſimpliciter facta relatio eſt, verum exceptio facta, ne agnatis tranſuerſalibus vllis inueſtitura fieret. ob id † ad 27
caſum hunc expreſſim reſeruatum & exceptum trahi relatio non poteſt. *l. 1. in fin. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de regula Catonia.* Rurſus ad ea relatio non porrigitur, in quibus prouiſum ſpecialiter eſt. Bart. *in conſ. 54. Angelus Marta col. 2. circa med.* Bal. *in l. 1. C. de legiti. hered.* At enim circa modum ſuccedendi, quæ perſonæ venire ad feudum debeant, prouiſum in ſpecie eſt, tranſuerſales excludēdo.

Non obſtat ſecundum argumentum, poteſtatem domino directo non fuiſſe ius antiqui feudi in agnatorum perniciem immutandi; quoniam mutatio facta vlla non eſt circa feudum antiquum, quod extinctum prorſus erat perduellionis crimine, tam per legis, quam hominis ſententiam, ita vti monſtratū ante habemus. Quocirca fruſtra feudo antiquo pars nititur, quod ſublatum erat: excluſione enim † aut amiſſione feudi an- 28
tiqui interueniente, pro eo res eſt, atq; ſi datum nunquam feudum id fuiſſet. *l. ſi quis ſub conditione ff. de teſta. tut. l. 2. §. ſed & ſi ſunt fin. ff. de ſuis & legi. l. vnica § pen. C. de rei vxo. act.* Iaſ. *in l. quoties. col. 4. in fin C. de hered. inſtit.* Reſponſionibus & aliis argumentum hoc ſecundum diluetur, quæ circa poteſtatem tranſigendi, & ad quintum argumentum accommodantur.

Non obſtat, feudum hic iuriſdictionis verſari, in qua locus iuri accreſcendi, ſeu non decreſcendi eſt, vtpote indiuidua, multifariam enim reſpondetur. Principio pudori non erit, inficias id ire, † indiuiduæque feudum iuriſdictionis eſſe affirma- 29
re, præterquam ſi ex feudis maioribus ſit, Ducatus, puta, Marchionatus, aut Comitatus, vt eo nulate Curt. Senior tradit *in conſ. 68. dominus Ioannes.* Soc. *in conſ. 67. viſis inueſtituris. col. 3. lib. 1.* Dec. poſt Abb. *in c. prudentiam. in prin. nu. 12. de offic. delega.* Ripa *in l. re coniuncti. nu. 167. ff. de lega. 3.*

Secundo reſpondetur, locum argumento in ſpecie hac non eſſe, in qua initio ipſo conceſſum plurib. feudum eſt, nec ſi Comitatus feudum ſit, Soc. authore *in d. conſ. 67. col. 9. verſ. quinto reſpondetur.* Quid hic dicendum, vbi non feudum Comitatus, neque omnibus ſimul conceſſum eſt, ſed & ſeparatim vni conceſſio facta.

Tertio reſpondetur etiam ſi feudum dignitatis, maioris Ducatus, puta Marchionatus aut Comitatus verſatur: attamē ſi primogenito tantum non debetur, at omnib. ſicut plurib. conceditur, ita vt inter plures diuidatur, permiſſum intelligitur, Soc. *in d. conſ. 67. col. 10. verſ. Septimo reſpondetur lib. 1.*

Quarto reſpondetur, indiuiduum feudum dignitatis maioris æſtimari, ne iniuſſu domini directi diuidere id liceat. Aliter etque ſi domini voluntas accedit Her. *in c. 1. in fi. de feudo Mar.* Alex. *in conſ. 25. num. 11. lib. 5.* Soc. *in d. conſ. 67. col. 8. verſ. pro qua concluſione. & in conſ. 278. col. 4. verſ. poſtremo dico. lib. 2.* Curt. Senior *in d. conſ. 68. nu. 9. in fi. verſ. 3. principali & ſolido fundamento.* Ruin. *in conſ. 29. circa fi. lib. 5.* Quocirca non recte cuncta dominium directum feudi indiuiduitas allegatur, etiam ſi indiuiduum foret, de maiorib. puta. Id quod nequaquam admittimus.

Quinto reſpondetur, quod dicitur indiuidua feuda maiora eſſe, Ducatus, Marchionatus, & c. ad dignitatem, iuriſdictionē- que ipſam pertinere, vt Dux, Marchio, Comes ve non plus, quā vnus ſit, cæterum vſus ipſe iuriſdictionis, & adminiſtrationis diuiduitatem recipit. vt alternis annis puta adminiſtratio iuriſdictionis geratur, vt Bar. docet *in l. inter tutores. in fi. ff. de adm. tut.* Ang. & Alex. *in l. 2. § ex his. ff. de verb. oblig.* Alex. *in conſ. 18. colum. 2. lib. 1.* plenius *in d. conſ. 25. nu. 6. lib. 5.* Soc. *in d. conſ. 67. col. 8. verſ. ſecundo principaliter. & in d. conſ. 278. col. 2. lib. 2.* Dec. *in l. nam & ſi fur. § ſi ſeruus communis. col. 1. in fi. ff. ſi cer. pet.* Iaſ. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. col. 13. & num. 16. verſ. breuis a iſta concluſione. ff. de verb. obl.*

Sexto

Sexto reſpondetur, vt indiuiduum feudum dicatur, quod inter maiora eſt, diuiſionem tamen per pecuniam recipit, vt pecunia, ſeu æſtimatio in portiones ſuas aliis detur. Socin. *in d. conſil. 67. column. 9. verſic. ſexto reſpondetur.* Ripa *in l. re coniuncti. nu. 168. ff. de lega. 3.*

Septimo reſpondetur, receptū moribus eſſe, vt diuiſionem feuda accipiant apud Italos præcipue. Io. And. *in rubr. de feu. apud Spec.* Alex. *in d. conſ. 18. num. 8. lib. 2. & in d. conſi. 25. num. 10. verſ. fortiſſicatur etiam per ea dicta lib. 5.* Soc. *in d. conſ. 67. col. 8. & in d. conſ. 178. col. 2.* Dec. *in d. c. prudentiam nu. 11. verſ. & notandum eſt de offi. de'eg.* Conſuetudinem plane Doctorum tot tamq; clariſſimorum aſſertione probari, quantum ad præſumptionem dubitatio non eſt. Bart. *in l. de quib. in quarta q. pr. ff. de legib.* cum aliis apud nos relatis *in conſ. 166. nu. 9.*

Non obſtat, licentiam domino Galeatio, quaſi procuratori non fuiſſe ius feudi antiqui, ex mandato quolibet amplo remittendi. Reſponſum n. ſuperius eſt, ius omne feudi illius antiqui peremptum ex crimine memorato fuiſſe. Quocirca nihil remiſſum à procuratore eſt: at acquiſitum.

Secundo reſpondetur, etiam ſi extinctum feudum antiquum omnino non appareret: attamen cum de huc contouerſia fieret, & negari ſaltem non poſſet, quin in dubio res eſſet, ſi litis euentum aduerſariu expectaſſent, probationib. contra eos impletis, quo caſu ablatum ab eis feudum in totum fuerat, vnde in re ambigua ad eum modum tranſigendi poteſtas fuit, mandato tranſigendi interueniente, ſecundum naturam n. tranſa-

20 ctionis facta ea apparet; proprium quippe † tranſactionis eſt, vt aliquo dato, remiſſo, vel retento fiat. *l. 1. ff. de tranſa. l. tranſactio. C. eod. tit.* Caſtren. & Alex. *in l. imuberes. C. de repu. heredi.* Ang. *in conſ. 94. cum lis & queſt. nu. 5. circa fin. verſ. poteſt etiam forſitan dicta tranſa. non impugnari.* Rui. *in conſ. 132. col. 2. poſt med. lib. 1.* neque aliter ad tranſigendum monaſterium acceſſiſſet.

Tertio reſpondetur, approbatam tranſactionem à fratribus nepotibusve domini Galeatii hoc ipſo fuiſſe, quod impleta ab eis comprehenſa in tranſactione ſunt, maxime de frumento quotannis propter molendina præſtando. *l. ad ſolutionem. C. de rond. c. quod ad conſultationem eod. titul.* Ang. *in l. cum te. C. quod metus cau.* Alex. *in conſ. 27. col. 1. lib. 5.* Dec. *in conſ. 197. col. 2. circa med.*

Non obſtat tertium principale argumentum, reorum ius liquidū ex pacto memorato videri, quaſi excluſio illa de agnatis ipſorum fratrum interpoſita fratres ipſos deſcendentesque eorum includere videatur, vt ipſi inter ſe ſuccedant, locumq; accreſcendi ius inter eos habeat. Id n. argumentandi genus in aduerſarios retorquetur. Namque ſicut generalia verba pacti ſunt, ne agnatis ipſorum fratrum tranſuerſalibus inueſtitura proſit: ita intelligi generaliter debent, vt ad agnatos omnes qui tranſuerſales eſſent, referantur. *l. de pretio. ff. de Publicia. l. quoque. § parentes. ff. de inius vocan. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præſtan. l. item apud. §. generaliter ff. de iniur.* Tantumq; re generalis expreſſio regulariter præſtat, quantum ſpecialis. *l. ſi duo. in ſi. ff. de adminiſtr. tutor. l. ſi chorus. in prin. ff. de leg. 3. l. ſi. C. de heredi. vel actio. vendit. l. omnes. C. de praſcrip. 30. vel 40. ann. l. Gallus. § inſtituens ibi 3. Alex. & Iaſ. in ſecundo notab. ff. de lib. & poſthum. c. ſi ſacerdos. de offi. ordin. & ad genus ſexcenta.* Idque locum in materia odioſa etiam & pœnali habet, in qua generaliter intelligi verba generalia oportet, in quantum proprietas eorum ſinit. *l. cum lega. ibique Areti. ff. de teſtam. c. ſi quam. de ſen. en. excom.* Calder. *in conſ. 1. de conſanguin. & affinit. & in conſ. 24. de præbend.* Alex. *in Auth. ex teſtam. C. de collatio.* Dec. *in c. non liceat col. 2. in fi. de preb. & in locis aliis non paucis.* Ad tranſuerſales igitur omnes referri verba oportet.

Non obſtat circa fratres ipſos deſcendentesve eorum immutatum quicquam non videri, at incluſos potius per excluſionem agnatorū. Reſponſio enim vel multiplex in promptu eſt. Principio de agnatis aliis ipſorum fratrum, ſuperuacuam omnino excluſionem illam fuiſſe: quandoquidem nec ex inueſtituris vetuſtiorib. admitti poſſunt, ob id ad eos referri pactio illa non debet, in quibus inutilis ridiculave relatio fieret:

21 cum † verbum nullum intelligi ita oporteat, vt ſuperfluū fiat. Bald. *in l. ne quicquam § de plano col. ſi. ff. de offi. procon. n. & in rubri. C. de contra. emp. q. 9.* & ante eum gloſſ. *in capit. ſoluta. in ver. tanquam. de maiori. & obed.* cum aliis ab Iaſ. collectis *in l. liber homo § decem col. 2. ff. de verb. obl.* ſed nec ſyllabam inertem fieri aut infructuoſam oportet. gl. & Bal. *in l. 1. ff. quod in ius cau.* Dec. *in conſ. 48. col. 1. poſt med. & in conſ. 626. column. 2. poſt med.* Locumque id in odioſis etiam obtinet, in quibus etſi ſtrictim verſari oportet *l. cum quidam ff. de lib. & poſthu reg. odia. lib. 6.* temperari tñ ita reſtrictionem oportet, vt aliquid diſpoſitio operetur. Calder. *in conſ. 13. ſuper de præben.* quin etiam, quod pœnale ſtatutum eſt, accipi ita conuenit, ne inutile effectusve nullius fiat. Cuma. *in conſ. 41. ad primum quæſitum col. 2. ver. hoc tamen non obſtante.* Hoc amplius, verba offendere impropieque intelligere oportet, potius, quam inſructuoſa, inaniaque nullius fiant. *l. ſi vno in prin. ff. locati. l. ſi eleſi. C. eodem tit. l. quibus dictus. § dominus. & quod ibi Bar. ff. de condit. & demonſtratio.* Dec. *in conſ. 69. col. 3. poſt med.* & apud nos *in conſ. 135. col. 7. ant. med.* inde fit, vt renunciatio priuilegii ad ius commune trahatur, quotiens priuilegium nullum ſubeſt, in quo operari nunciatio poſſit. *l. 1. in fi. ff. ſi quis in ius vocat. non ier.* Dec. *in c. ... in penult. verſ. ſed iſta reſponſio non tollit argumentum de iudi.* Tempus item præſens ad futurum trahitur, vbicunque effectum in eo re in præſenti non poteſt. Bal. Imol. & Caſtren. *in l. [illegible] ff. de legat. 2.* Iaſ. poſt alios *in l. cum ſtipulamur ff. de verborum oblig.* ſed & in tentatum vulnerare verba licet, impropriè ea intelligendo, ne frigida inutiliave maneant. gloſſ. *in l. & puto ff. famil. erciſ.* Roma. *in conſ. 14. idem de [illegible].* & illud eſt, quod Rom. ſcribit *ſing. 437.* in habitatione [illegible] appellationem ad caſum fortuitum pertinere contra ſignificationem eius, vbicunque inutilis alias penculi [illegible] de quo genere infinita alia cumularem, ſi in re meliſ [illegible] aut templa poterat. Prætereundum tñ Caſtr. illud [illegible] *conſ. 175. caſu præſens [illegible] de dubitabilis col. 4. poſt med. verſ. & dum [illegible] argumentum a contrario [illegible] lib. 1.* [illegible] verba non [illegible] ſunt. Ea ratione ad agnatos alios trahi pactio iſta non debet, in quibus effectum nullum haberet, vtpote ſub inueſtituris ipſis vetuſtioribus nequaquam comprehenſis. Atque in ſpecie relationis ad eos illam non fieri, in quibus inutilis foret, Rom. probat *in conſ. 185. num. 6. lib. 1.*

Secundo pro reſponſione obſeruandum, exceptionē aut reſeruationē hanc, *ne ad tranſuerſales ipſorum fratrum feudum ambularet,* geminatam fuiſſe: ex qua geminatione † deliberata magis monaſterii intentio deprehendit, circa pactionē ipſam. *l. cum filio. ſecundū 4. lectu. gl. vulgo recep. tam ff. de legat. 1. l. epiſtolam § [illegible] ff. ad Trebell. l. 1. & 2. ff. de appell. recip. l. ſi mulier ... C. ad Vellei. a cap. & ſi Chriſtus de iureiurand. clem. quamuis de appel.* inde fit, vt inſtitutio ex verbis illis inducatur, *Volo Titium inſtituere,* ſi geminata ſunt. Rom. *in l. quæſit. ff. de acq. hæred.* cui ſubſcriptum à Ruino eſt *in conſ. 9. col. 4. ſupr. lib. 1.* itaque ſi verbum nullum nullamve ſyllabam ſine myſterio aſcriptam eſſe intelligimus: quid in proteſtatione aut reſeruatione hac dicendum geminata habemus? 22

Tertio reſpondetur, exceptionem illam, *ne ad agnatos tranſuerſales inueſtitura porrigatur,* neceſſario ad fratres ipſos deſcendentesve eorum referendam. Cuius rei gratia ſciendum eſt, ad ea exceptionem † referendam, quæ ſub regula comprehendun- 23 tur, non quæ extra regulam ſunt: præſupponitur enim ſub regula contineri, quod excipitur, ſi facta exceptio non eſſet. Verbi gratia, cum dicitur, omnes ſcholares ſtudent excepto Petro; Petrum ſcholaſticū eſſe præſupponitur, alioquin inepta exceptio de eo eſſet, quod liquide oſtenditur. *§. fin. ff. de penul. gat.* Similiter cum alienatio rei litigioſæ inhibetur, tranſactione excepta, ſignū eſt, alienationis appellatione tranſactionem cōtineri; aliter inepta tranſactionis exceptio foret. *l. fina. C. de litigio.* Ita Signor. *in conſ. 71. col. 3. [illegible] verſic. præterea per hoc. in conſ. 81. col. 3. poſt med. verſ. præterea ad idem.* Rom. *conſ. 166. col. 6. in fine. & in conſ. 18. col. 6. ante med.* Idem ex glo. probatur *in cap. cordi. in glo. 3. de appell. in lib. 6.* vbi veram exceptionem eſſe non putat, quæ ſub præcedentibus non continetur. Bald. huc pertinet *in l. actione. num. 4. C. de tranſactio.* naturam exceptionis eſſe, vt contrarium regulæ inducat. Vnde cum ex relatione facta ad priores inueſtituras caſus iſte excipiatur de ſucceſſione agnatorum tranſuerſalium, non obſcure demonſtratur, de agnatis his excipientem ſenſiſſe, qui exceptione remota aut ceſſante, ſub inueſtituris ipſis comprehenſi antiquioribus erant, earumque iure venire ad feudum poterant. Aliter enim ſi ad agnatos exceptio referetur, qui ſub inueſtituris ipſis comprehenſi vetuſtiorib. non erant, inepta prorſus exceptio ſit, perinde vt ſi dicam; Omnes ſcholaſtici ludunt præter Petrum ſutorem. Sic ad agnatos referri exceptio debet, qui ſub regula aut ſub inueſtituris ipſis continebantur; alias recta exceptio aptave non erit.

Quarto, ſi interpretationem admittimus, de qua in tertio argumento, vt inter fratres ipſos deſcendentesve eorum locus iuri accreſcendi ſit, exceptio illa regulæ reſtringendæ aut limitandæ cauſa ſubiecta regulam ipſam ampliabit, id eſt, ſucceſ-

Digitized by Google

ſionem ſeu ius accreſcendi omnino inter fratres deſcendenteſve eorum inducet, etiam quæ ex inueſtituris ipſis antiquis non competebat.

Verbi gratia, cum fratribus quatuor conceſſum initio ipſo feudum eſſet, linea vnius finita, ad tranſuerſales linearum aliarum feudum non veniebat: quoniam nouum quantum ad eos dicebatur, etiamſi annis mille in linea alia permanſiſſet, vti dictum in ſuperioribus habemus. Enimuero abſurda res videtur, per exceptionem reſtringendi cauſa adiectã regulam ampliari. *l. generali. §. vxori. ibique Bart. ff. de vſufruct. lega. l. Lucius. §. pluribus. ibique Bart. ff. ad Trebel.* Bart. *in l. 1. in fi. ff. de regu. iuris.* Bal. *in d. l. actione. num. 4. C. de tranſactio.* Imol. *in conſil. 84. col. 2. circa med.* Alex. *in conſil. 28. num. 18. li. 1.* Sed & inutilem exceptionem fieri tolerabilius eſt, quam vt ab ea regula amplietur. Caſtren. *in conſil. 98. col. fi. inter Cuma reſponſa, & in ſubſcriptione.* vtut aliud viſum Aretino ſit *in conſil. 30. num. 9.*

Quinto, verba illa primæ reſeruationis aut exceptionis: *Eundem Dominum Ioan. Galeatium, & eius fratres, & nepotes ac eorum deſcendentes per rectam lineam, tantum maſculinam, legitimos & naturales, non autem per lineam tranſuerſalem:* reſtringendi taxandiq; cauſa adiecta eſſe, dubitatio non eſt: Namque ſi paſſim deſcendentes omnes inter ſe etiam admitti tranſigentes voluiſſent, ſatis erat relatione ſimplici ad inueſtituras priores vti, id eſt, fratres ipſos & deſcendentes eorum ad formam inueſtiturarum veterum inueſtire.

Verum quia non deſcendentes omnes ad feudum admitti quaſi antiquum vellent, reſtrictio ſubiecta verbiſque pluribus declarata eſt, primo in verbis illis *per rectam lineam.* Secundo per dictionem *tantum,* quæ taxatiua eſt: quamuis ſatis verba illa ad taxandum aut reſtringendum viderentur *per rectam lineam.* Tertio loco reſtrictio illa repetita ibi, *excepto, quod dictus dominus,* &c. ex quibus verbis euidentiſſime conſtat, quanto ſtudio quantæve curæ reſtrictionem taxationemque illam monaſterium habuerit, ex his, quæ de geminatione dicta in ſuperioribus habemus. Rurſus apparet ex verbis illis *ac eorum deſcendentib. per rectam lineam, tantum maſculinam,* in deſcendentibus ipſorum fratrum reſtrictionem adhibitam, dictionem, *eorum,* ponderando, quæ relatiua eſt & ad fratres ipſos præcedentes refertur. Corn. *in conſil. 37. colum. 5. lib. 1.* Ruin. *in conſ. 99. num. 16. & in conſ. 101. num. 9. lib. 2.* Pariſ. *in conſ. 18. nu. 31. & in conſ. 86. num. 58. lib. 2.* Si circa deſcendentes ipſorum fratrum reſtrictionem factam ipſam dicimus: ergo non ſemper locum ſucceſſioni eſſe inter deſcendentes ex fratribus ipſis tranſigentes voluerunt: at eo demum caſu, quo per lineam rectam deſcenderent, i. quoties de ſucceſſione eius ageretur, qui ab eodem & ipſe ſtirpe deſcendiſſet, vel cuius, qui venire aut ſuccedere ad feudum vult, per lineam rectam ab eodem deſcendiſſet, à quo is, qui mortuus nouiſſime eſt, & de feudi cuius ſucceſſione tractatur. Cæterum ſi ad agnatos alios tranſuerſales ipſorum fratrum & ad deſcendentes ipſorũ agnatorum tranſuerſalium verba illa exceptionis referimus: vim eis afferre videmur: quia nulla ad modum hunc circa fratrũ ipſorum deſcendentes reſtrictio fiet, contra verba ipſa exceptionis, quæ ad fratrum deſcendentes referri ex relatiuo, *Eorum,* oſtendimus.

Sexto ſatis tranſigentes non habuerunt, reſtrictione illa vti, quam tripliciter conſiderauimus, ſed & verba alia reſtringentia adiecta, *non autem per lineam tranſuerſalem:* quorum verborum excuti ſenſum oportet. Intelligi enim bifariam poſſunt, aut de linea tranſuerſali effectiue, i. quam fratres ipſi faciunt, aut producunt vel efficiunt. Aut, & ſecundo modo de linea tranſuerſali comprehenſiue aut contentiue, id eſt, ſub qua ipſi fratres deſcendentiumque parentes comprehenduntur aut continẽtur, vti grauiſſimis Docto. teſtimoniis declaratum apud nos legitur *in conſ. 250. ante fi. verſ. quod autem Conſtantius.* quod vxori patrui mei Conſtantii Crauettæ edium ante bellum Taurini habemus, lite ipſa euicta apud illuſtrem Taurini Senatum: ibiq; effectiue verba hæc interpretanda diximus, qua ſententia & Iunior Socin. vtitur *in conſil. 6. num. 11. in conſ. 11. num. 12. in fi. lib. 1. & in conſ. 97. num. 65. 68. lib. 2.* Si effectiue verba accipi illa oportet, *non per lineam tranſuerſalem,* i. quæ à fratribus ipſis proficiſcitur, ab eiſque generatur: quomodo ad lineam tranſuerſalem remotiorẽ verba illa referri reſtrictiua poterunt, i. vt de deſcendentib. ab aliis, quam à fratrib. ipſis verba illa, *per lineam tranſuerſalem,* intelligantur? Hoc amplius, ſi ad lineam tranſuerſalem remotiorem verba illa referimus, nõ modo effectiue illa non intelligimus, verũ nec contentiue aut cõprehenſiue: quoniã ſub linea agnatorũ aliorũ tranſuerſaliũ cõprehenſi fratres ipſi inueſtiti nõ erant, vtpote ex parẽtib. diuerſis procreati. Dixerit aliquis, etſi maxime cõſentanea ſenſui ſiue verba hæc reſeruationis prioris ſunt; attñ non eq; monaſterio fauent verba ſecundæ aut repetitæ exceptionis videntur, ibi: *excepto, quod d. D. Paulus procurator non valeat nec intendat, quod præſens inueſtitura ſuffragetur agnatis ipſorum In. Galeatii & fratrum tranſuerſalibus, ſed per rectam lineam tantum deſcendentibus, vt ſupra.* in quibus verbis agnati tantum ipſorum fratrum excludi videntur, fratribus ipſis deſcendentibuſve eorum incluſis. *l. cum prætor. ff. de iudi.* Reſpondetur, exceptionem hanc prioris exceptionis confirmandæ cauſa ſubiectam, ne diſceſſum à priore exceptione ex eo videretur, quod relatio poſtea facta ad inueſtituras veteres eſt, per quas locum ius accreſcendi in feudo antiquo habebat: vnde ne exceptioni aut reſeruationi priori derogatum ex relatione illa videretur, ſecunda repetita exceptio eſt, *excepto, quod dictus Dominus Paulus,* &c. Quod cum ita ſit, exceptio illa ſecunda confirmandi cauſa adiecta, diminutionẽ aut derogationem eius inducere non debet. *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. l. ſi mancipia. ff. de fundo inſtru. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de Publica. l. Titia. §. fin. ff. de manu. teſta. l. quotiens. ff. de act. & oblig. l. quod fauore. C. de legibus.*

Secundo reſpondetur, reſtrictionẽ circa deſcendentes ipſorum fratrum, *& per lineam rectam,* in exceptione prima ſpecialiter declaratam, quomodo intelligi debeat, ita vti demonſtratum liquido habemus: ob id derogatum ei ex verbis illis generalibus, *agnatis ipſorum,* &c. dici non poteſt: at è contrario per exceptionem illam in ſpecie factam verba illa generalia intelligi, declararique oportet. *l. in toto. ff. de regul. iuris reg. generi. lib. 6.* & quod ſcriptum apud Rotam eſt *deciſ. 289. in nouis.* per generalem † procuratoris conſtitutionem priorem non reuocari, qui datus in ſpecie ad cauſam certam eſt: quoniam ſpeciei genus non derogat. Idem Clementi viſum *ſing. 113.* 24

Tertio reſpondetur, per actum ſequentem derogatum præcedenti nunquam intelligi, niſi contrarietas aut incompatibilitas, quam vocant, interuenerint. *l. A. mulier. ff. de minor. l. vnica. ver. quantum in ea parte. ibiq. Bald. C. de rei vxo. l. ver. toties. l. nemo. & quod ibi not. C. de aſſeſſo.* vbi per ſecundum officium prius non perditur, niſi ſecum officia pugnant. *l. ab omnibus. in prin. ff. de leg. 1.* not. Bar. *in extrauag. ad reprimendum. in verſ. non obſtantib.* derogatum conſtitutioni priori per ſequentẽ nõ intelligi, ſi cohærere inter ſe poſſunt, contrarietate nulla interueniente, tradit Dec. *in l. vnum. colum. 6. poſt med. ff. ſi cer. pet.* Ruin. *in conſil. 69. colum. 3. circa med. lib. 1.* & apud nos *in conſil. 16. num. 7. & in conſ. 147. nu. 4.*

Atqui nulla hic cõtrarietas, nulla incompatibilitas inter primam ſecundamve exceptionem, quominus ſecunda intelligi ad formam prioris poſſit, i. de agnatis, qui comprehenſi ſub exceptione priori ſunt.

Agnati quippe omnes dicuntur tam in prima, quam ſecunda exceptione excluſi, vtpote per lineam maſculini coniuncti. *l. ſunt autem agnati. ff. de legi. tutor. Inſti. eo. tit. in prin. l. poſt conſanguineos. §. 1. ff. de ſuis & legit.*

Quarto reſpondetur, actum expreſſim eſſe: ne derogatum exceptioni priori per ſequentem eſſet, per verba illa: *ſed ſolum per rectam lineam tantum deſcendentibus, vt ſupra.* Verba enim (*vt ſupra*) relationem ad præcedentia faciunt. *l. 4. §. denique. verſic. ex hoc edicto. ibiq. Bart. ff. de poſtulan. l. item quæritur. §. item Iulianus. ibi: vt ſupra diximus. ff. loca. §. ſane. in proœmio decret.* Dec. *in conſ. 182. colum. 5. in princ. atq; alibi paſſim.* ob id ſecundum exceptionem priorem, ad quam relatio fit, exceptionem intelligi & reſtringi ſecundam oportet. Dec. *in conſ. 287. nu. 10. & 11. in conſ. 191. col. pen. & in conſ. 187. colu. fin. verſ. tertio non obſt.* Soc. iun. *in conſil. 170. nu. 32. verſ. non obſtant modo allegata in contrarium. lib. 2.* Relatione igitur ad exceptionem priorem facta, pro eo res eſt, atq; ſi repetita exceptionis prioris verba in exceptione ſequenti eſſent. *l. aſſe toto. ff. de her. inſtit. & id genus innumera.*

Quinto reſpondetur, ad eaſdem verba † pactionis referenda, in quo maior prouidendi neceſſitas verſatur. *l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſt. l. cum ita. §. fi. & l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. l. cum in corpus. ff. de acquir. rer. do. l. in hac. §. ſed ſi forte. ff. de ſol.* Signorol. *in conſil. 21. colum. 2. poſt med. verſicul. tertio probat. & in conſil. 263. colum. pen. in princ.* & apud nos *in rubric. ff. de leg. 1. num. 212. in conſil. 206. num. 8. in conſil. 149. num. 12. & in conſil. 170. num. 4.* Atqui neceſſitas prouidendi circa agnatos alios ſub inueſtituris non comprehenſos nulla erat: qua ratione credibile eſt de his tranſigentes ſenſiſſe, in 25

quib.

quib. neceſſaria pactio illa erat. Abb. huc ſcitiſſime quadrat in conſ. 85. nu. 3. circa fi. li. 1. ad caſum dubium verba ſemper referenda, ne ſuperflua fiant, per text. in l. 1. in fin. ff. de adminiſt. tut. & in l. quod Labeo ff. de Carbo. edict. not. idem Abb. in cap. cum in iure. in 3. not. per illum text. de offic. deleg. Deci. in l. quoties idem ſermo circa fi. ff. de reg. iur. & in l. illam colum. 1. Cod. de collat. Idque & in materia ſtricta, ſtatuto puta, Dyn. probat in conſ. ſenſiſſet. 32. colum. 3. ante med. verſic. quod praedictus Orlandin.

Sexto, cum fratribus pluribus & nepotibus ea eis renouatio inueſtituræ fieret, & reſtrictio deinde facta circa deſcendentes ſit, ſemper caſu eodem retento intelligi reſtrictio illa debet, id eſt, inter eaſdem perſonas, de quibus expreſſum eſt, non etiam vt ad perſonas alias aliorumque agnatorum relatio fiat, de quibus habita mentio non eſt. Deci. in conſil. 182. col. 5. in fi. ver. ſecundus caſus.

Septimo, ſicut nouum feudum iſtud fuiſſe poſt priuationem legis & hominis dilucide monſtratum ante habemus; ita ſecundum qualitatem & naturam feudi ipſius noui verba illa exceptionum & reſeruationum accipi oportet. l. 1. §. ff. de offic. procurat. Caeſ. l. ſi ſtipulatus. §. verum. ff. de vſur. l. damni. 3. verſic. & quod in ſtipulatione ff. de damn. infect. l. filiusfamilias ff. de donat. l. in conuentionibus. ff. de verb. ſignificat. Paul. de Caſt. in conſ. 135. laudatio colum. 1. in fin. verſicul. 4. probatur. lib. 1. Bellamera in conſ. 1. colum. penul. Inde diſponentis voluntatem ex natura rei declarari Oldr. ſcribit in conſ. 243. factum tale eſt, rectores. colum. 1. Aret. huc ſpectat in conſ. 14. colu. 2. in prin. interpretationem ita habendam, vt ſecundum naturam contractus quantum poteſt, verba intelligantur, per text. in l. emptorem. §. 1. ff. de actio. empti. Hoc amplius, reſtrictionem verba patiuntur, vt iuxta naturam actus intelligantur. Innoc. in c. ex litteris. de iure patro. cum aliis à nobis collatis in conſ. 15. n. 2. in conſ. 158 num. 5.

Apparet ex his, argumentũ tertium pro reis factum, contra eos ſtare: in quo verbis pluribus idcirco laboratũ eſt, quod ab eo ſeu ab interpretatione pactionis ſeu exceptionis aut reſeruationis in eo relatæ ſumma totius negotii pendet.

Namque etſi maxime nouum feudum iſtud eſſet poſt amiſſionem eius & ſententias de priuatione eius, tam à lege, quam ab homine latas, executionemque inſecutam, ita vti demonſtratum ſuperius habemus; attamen reſeruatione ſeu pactione illa ceſſante, in dubio monaſterii ius eſſet; inueſtitura illa noua ſecundum inueſtituras veteres, relationeque ad eas facta. Quo caſu pro eo res eſſet, reſeruatione aut exceptione illa nõ facta, atq; ſi iure antiqui feudi non illud renouatum ſit.

Apparet etiam ex his ſublatum illud argumentum eſſe, cõtra monaſterium interpretationem in dubio faciendam: quoniam extra dubitationem poſita res videtur. Sed nec eum Socin. iunior conſentio, vt rei dubiæ interpretationem pia ſimpliciter cauſa patiatur.

Non obſtat quintum argumentum, neceſſariam inueſtituram illam non fuiſſe; ob id onerosam reis non eſſe, proteſtatione illa interpoſita, quatenus neceſſaria ſit: confutatum enim ex prænarratis argumentum liquet. omnique feudo antiquo ea crimine perempto, ſententiaque priuationis à iure & ab homine lata, vt ſupra; ſecum pars cogitet, an carere inueſtituræ renouatione poterat, aut indigens eius necne eſſet.

Secundo reſpondetur, ſi neceſſaria inueſtitura non erat, ab ea pars diſcedat, eidemque renunciet, exploratq; admiſſurum ne monaſterium renunciationem ipſam erit.

Sextum item argumentum eliſum per ſuperiora apparet. Totum enim in iure ponitur aut fundatur, quod ex prioribus quæſitum inueſtituris erat; quod lædi non poterat: ſed enim deletum ius omne præcedentium inueſtiturarum à crimine eſt; illudque ad monaſterium profectum, eidemque reſtitutum, plenoque iure bona monaſterii facta, vti demonſtratum non ſemel eſt. Quocirca liberum monaſterio fuit, quam legem voluit rei ſuæ bonisque ſuis præſcribere. l. traditionibus. ff. de pact. l. 1. §. ſi conuenerit ff. depo. l. ſeruus ea leg. ff. de ſeruis expor. l. Theopompus ff. de dote præleg. l. legem C. de pa. l. 2. auth. excipitur. C. de bonis mater. leg. quoties. Cod. de don. quæ ſub modo. c. verum. de condit. appo. c. de monachis de præben. & alia complura.

Secundo reſpondetur, ratam alterationem renouationemque hanc inueſtituræ a parte habitam, vti declaratum in ſupe-
16 rioribus habemus: ob id fruſtra † actui contradicit, ad quem conſenſum accommodauit. l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. l. cum pater. §. libertis. & l. codicillis. §. inſulam ff. de leg. 2. l. mater tua. C. de rei vendic. l. quoties. Cod. de fideicommiſſ. Rurſus cum ratam pactionem facto ipſo aduerſarii habuerint, perinde res iudicatur, ac ſi in pactione ipſi interueniſſent, factaque cum eis eſſet. l. pupilli. §. item quæritur ff. de nego. geſt. l. ſupra ſcr. §. Caſtus. in fin. ibi, Bald. ff. de aq. pl. arc. Bar. in l. ſi pecuniam. col. 2. C. de neg. geſt.

Tertio, ſi vitioſam inutilemque pactionem aduerſarii putant, ab inueſtitura abeant, iuraque ſua aliunde proferant, viciſſim enim & monaſterium, quid iura, quid vires eius valeãt, tum manifeſtum faciet.

Septimum atque vltimum argumẽtum contritum & ipſum ex ſuperioribus conſtat: idcirco enim de bonis omnibus quaſi de feudo vnico facta inueſtitura eſt, quoniam de feudo quaſi nouo, ex pactione, ſeu reſeruatione illa inueſtitura proceſſit. Cæterum crimine ceſſante, vtrum bona Comitis Ludouici in cauſam feudi antiqui mutari paſſurum monaſterium fuerit, animo diuerſum perſuaſumque ſatis non habeo. Hæc ſunt, quæ in cauſa hac ſanequam graui ſcribenda duxi: atque animo eo præſentiore ita ſum auſus ſcribere, quo maiorem eum mihi monaſterii actor fecit, qui re ipſa per manus ambulante, non aliam tranſigentium mentem fuiſſe teſtatus eſt, quam quæ enarrata in ſuperioribus legitur. Cæterum apud viros graues religioneque præditos diſceptari rem audio, qui ipſi pro iudicii fideque ſua diligentius exactiuſque rem omnem perpendent.

Ego enim ſi aliam tranſigentibus mentem fuiſſe liqueat, non eo præditus ingenio ſum, vt infixas ita opiniones habeam, quin rationibus melioribus editis, in eis acquieſcam. Tantiſper igitur in ſententia hac monaſterio gratioſa futurus ero, dum reſolutam eam cognouero. Papiæ 9. Decembris 1558.

Aymo Crauetta à Sauiliano, I. V. Doctor, primum Iuris Ciuilis Interpretum gradum, hora veſpertina Papiæ obtinens. Iudicio grauiore ſaluo.

Pro Monaſterio Sancti Petri à Mutina contra magnificos Dominos de Boſchettis.

SVMMARIA.

1 *Tranſuerſales verba in inueſtitura exceptionem, de quibus tranſuerſalibus illa intelligi debeant & per totum conſ. & conſ. præcedenti.*

Negatiua totum negat, quam affirmatiua aſſumit ibid. verſ. Id quidem maximo.

2 *Verba ad diſponentes in dubio referenda, ideo ad teſtatorem, à quo diſpoſitio fit, relatio in dubio. non ad hæredem fit, veluti cum hæreditatem ſuam reſtitui, aut libros ſuos diſtribui teſtator iubet: ad hæreditatem enim libroſq; ipſius teſtatoris, non hæredis relatio habetur. Idem ſi reſcriptis & in contractibus, vt ad reſcribentes & contrahentes ipſos verba referantur. ideo cum feudum aut emphyteuſim pro ſe quis fratribusq; ſuis nomine, & pro ſuis filiis & nepotibus acquirit, ad filios & nepotes acquirentis, non fratrum, acquiſitio pertinet.*

3 *Extranea perſona in contractibus non ſubauditur.*

Scriptura etiam priuata ad mentem diſponentis declarandam valet ibid. ver. Neq; moueat.

Declaratio mentis ex ſcriptura etiam priuata colligitur ib. verſ. Neque mutat.

4 *Pontificis iuriſdictio non competit in ſubditos imperii aut vaſallorum eius quo ad temporalia, ſed nec bona patrimonialia clericorum in manu Pontificis ſunt, ſi ſubditi Pontificis in temporalibus clerici non ſunt.*

5 *Pontificis poteſtas, quam in Ducatu Ferrariæ habet, ad ciuitatem perſonarum & bona Ferrariæ reſtringenda, nomine cuius vaſalli in Eccleſia Dux ipſe eſt, reſtringi enim poteſtas ad ea debet, quorum ratione competit.*

Poteſtas ad ea reſtringenda, quorum ratione competit: ob id officialis publici poteſtas, vt ſtipulari aliis poſſit, reſtringi ad ea ſolet, quæ ad officium eius ſpectant. ibid.

Rectoris iuriſdictio aut poteſtas in ſcholares ad ea reſtringenda, quæ profeſſionis ſcholaſticæ cauſa contingunt ibid. verſic. Poteſtas item aut iuriſdictio Rectorum.

Cauſa. Ad cauſam ſuam reſtringi diſpoſitio debet, ideo ad cauſam mercaturæ ſtatutum reſtringitur, quo pro filio mercatore pater obligatur & ſi ſtatutum velit fidem adhiberi libris mercatorum ad ea ſtatutum reſtringitur, quæ ad mercaturam pertinent. idem eſt fides ſigilli publici, vt ad ea reſtringatur, quæ ad officium eius ſpectant; cui ſigillum competit. ibid. ver. & cum cauſa.

6 *Mariti privilegio nec poſſeſſione non valet, quoties tum eo non tamquam marito, ſed alio poſſeſſore agitur.*

Iniuriarum actio Domino non datur propter iniuriam ſeruo factam, quoties non quaſi ſeruo, ſed tanquam libero illata iniuria eſt. veluti ſi pro libero ſe gereret, vel ſi ſeruum alterius eſſe is crediderit, qui iniuriam intulit. ibid. ver. ſententiam hanc text. firmat.

7 *Feudum ſeculare. Cum ratione feudi ſecularis ſententiam epiſcopus pronunciat, ad Archiepiſcopum appellatio non interponitur, verum ad dominum feudi ſecularem.*

8 *Vaſallus dominus velut ratione ſuperiore ipſi infeudatis præfertur. ideo in cauſis ſubditorum cognoſcere ſtatutum, vaſallo derogare non poteſt.*

Dominus directus in terris aut feudis vaſallorum iuriſdictionem poteſtatis exercere non poteſt, in præiudicium eorum, quæ ſibi ex inueſtitura competunt. ibid.

Poteſtas principis abſoluta odioſa æſtimatur: vnde ſic vſu fuit apud populum Romanum ante translatam in Cæſarem imperium clauſula de plenitudine poteſtatis, & an expreſſa in iure ciuili inuenatur. ibid. verſic. longo tempore.

9 *Dominum directum eiuſumque ſuperiorem adire non aliter licet, niſi aſſertionem ſubditus vaſallus non monſtret, vel male cum eo agat, in tyrannidemque erumpat, quibus caſibus ſtatutum eſt, à quo feudum auferatur.*

Feudo vaſallus priuatur, qui iuſtitiam ſubditis non adminiſtrat, vel male cum eis agit in tyrannidemque erumpit. ibid.

10 *Citatio eſt iuris diuini, ideò tolli à Principe non poteſt.*

11 *Pontificia poteſtas in bonis eccleſiarum ampliſſima, vt ab eccleſia vna eripere pro arbitrio poſſit.*

Tertio iuri derogare Pontifex non creditur, quod incognitum illi erat. ibid. verſ. ſudenim de rebus eccleſiæ.

12 *Reſeruatio iuris tertii illud importat, vnde fit vt clauſula illa (alterius iuribus ſemper ſaluis) diſpoſitionem, cui adijcitur, moderetur & reſtringat.*

13 *Caducitatis pœna ex receptione cenſuum remiſſa non intelligitur, ignorantia ipſius caducitatis accedente, veluti in ſucceſſore prælati.*

Ignorantia iuris monaſterij in ſucceſſore prælati præſumitur. ibid.

Remiſſio tacita & remiſſio nostri ſui ſcientiam deſiderat: vt ius ſibi competere ſciat, de quo remittendo agitur. ibid. vbi ampliatur non ſolum in errore facti, ſed iuris, verum ſiorenim etiam iuris ſui error iuris impedit.

14 *Prælatus iuri eccleſiæ in remittenda pœna caducitatis non derogat, ſine conſenſu Capituli.*

ARGVMENTVM.

Inueſtitura feudi facta eſt, in qua tranſuerſales excepti ſunt: controuerſia eſt, de quibus tranſuerſalib. intelligi debeat. Vide aliqua ibi de feudis, de vaſallis, & de dominis feudorum Ferrariæ & Mutinæ.

CONSILIVM DCCCCXCVI.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verbis pluribus ſcriptum à nobis eſt pro monaſterio S. Petri à Mutina contra Magnificos dominos de Boſchettis, die 9. Decemb. 1558. Cæterum: quia in eo a tu reſponſi noſtri tranſigentium mente in primis ſubnixi videmur, quam Monaſterii ipſius actor aſſerebat, à verbis his, *mente hac remota*, non ſatis, aut omnino in ſpecie hac animum noſtrum acquieſcere coniecturam deſumi intelligo: ea propter quod verbo monaſterii actor enarrauit, ſcriptura manu Abbatis facta, qui tempore tranſactionis curę tem hanc haberet, conſirmauit: ſub qua ſcriptura modus tranſigendi adnotatus legitur. Præ cæteris vero capitulis illud expreſſum eſt, quod cum iure feudi delapſi aduerſarii inueſtirentur, ea lege adiecta, ne tranſuerſalib. inueſtiendis ioualterium aſtringeretur.

Quæ verba perſpicua magis ſunt, quam vt pati controuerſiam poſſint, vt tranſuerſales † non admittantur. Simpliciter. o. & generaliter tranſuerſales excipiuntur: ergo intelligi generaliter debent, vt quicunque à tranſigentib. non deſcenderent, peruenire ad feudum non poſſent. *l. ma. § parentes. ff. de in ius vocan. l. de pretio ff. de Publicia.* id quidem maxime, quod ſub negatiua tranſuerſales ponuntur, ne inueſtiantur.
2

Negatiua plane latius patet, validiuſq; negat, quam affirmatiua affirmet *gl. in l. liber genus ff. de condi. & demo.* Old. *in conſ.* 16. Ray. de Forli *inter reſponſa Signorolis in conſil.* 68. *num.* 7. Dec. *in conſ.* 3. *num.* 4. *in conſil.* 364. *colum. ſi. circa med. & in conſil.* 490. *nu.* 6. vbi actus cuiuſuis temporis negatiua complectitur, neq; ad actū primum reſtringitur, quam reſtrictione maſculina natiua admittit. *l. boues. §. hoc ſermone ff. de verb. ſign.*

3 Secundo, ad † diſponentes ipſos referri in dubio verba debent, ideo ad teſtatorem, à quo diſpoſitio fit, relatio in dubio, non ad hæredem, fit: veluti cum hæreditatem ſuam reſtitui, aut libros ſuos diſtribui teſtator iubet: ad hæreditaté enim libroſque ipſius teſtatoris, non hæredis, relatio habetur. *l. cum in teſtamento vbiq; Bart. ff. de aur. & arg. lega. l. ex facto. in prin. & l. debitor. in prin. ff. ad Treb.* tradunt Bar. & alii *in l. peto. § fratre. ff. de lega.* 2. Curt. ſenior *conſ.* 40. *nu.* 14. ius idem verborum reſcripti eſt, vt ad reſcribentem referantur *c. paſtoralis. vbi q; Dec. in prin. de reſcrip.* Et in contractibus, et ad contrahentes ipſos relatio verborum fiat, Dec. notat *in c. per tuas nu.* 6 *in ult. not. de probat.* vbi cū feudū aut emphyteuſim pro ſe quiſpiā fratriſq; ſui nomine, & pro ſuis filiis & nepotib. acquirit, ad filios & nepotes acquirentis, non fratris eius acquiſitio pertinet. Eadem ratione cum de excluſione tranſuerſaliū mentio fit, de tranſuerſalib. tranſigentium, non aſcendentium eorum verba intelligi contractus oportet.

Tertio ex regula ſententiæ hæc inuatur de qua *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig.* perſonam † extraneam in contractibus non ſubaudiri not. Bart. *in l. ſi patronus nu.* 4. *in fin. C. com. vtriuſq.* Cui ſenſui & tex. et ſeruit *in l. quicquid aſtringendæ ob tit. in l. ſi vnus. § ante omnia. ff. de pactis.* Quocirca de tranſuerſalib. aliorum, quam tranſigentium accipi verba non conuenit.

Neq; mutat, priuatam ſcripturam hanc eſſe, quoniam ad mentem diſponentis declarandam priuata et ſcriptura eius valet. *l. Neſennius ff. de neg. ge. l. alimenta § vbiq; Bart. ff. de alim. & cibar. legat.* Bar. *in l. non ſolum. § morte nu.* 15. *ff. de ope. no. nunc. in l. ſi patruus nu.* 6. *C. com. vtriuſq. in. li.* Bal. *in l. ſi. in vltimis verbis C. ad leg. Fal.* Aret. *in conſ.* 5. *in pr.* Dec. *in conſ.* 454. *in ſi.* Iaſ. *in conſ.* 84. *col.* 4. *lib.* 3. Et in caſu ſcito Rom. ſcribit *in conſ.* 171. *nu.* 11. *lib.* 1.

Si dixeris, ad rem voluntatem alterius partis tantummodo in contractibus non attinere, verum contrahentium mentē ſpectandam *l.* 1. *§.* 1. *ff. de pactis l. ſi ego pecuniam ff. ſi cer. pet. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau.* Corn. *in conſ.* 185. *col.* 4 *in ſi. verſ. nec obſtat tertia ratio. lib.* 3. Reſpondetur, quod ad mentē vtriuſq; partis tranſigentis ſpectat, verbis & argumentis pluribus per ſcripta noſtra anteriora eā declaratam, quatenus colligi ea verbis itaq; pōt. Cæterum, quod in extrema Conſilii noſtri parte adiectum eſt de monaſterii mente, ad eam pertinet, quæ perſpicua per ſe abſq; iuris alio adminiculo, & citra omnē interpretatione eſt: de quo genere mens eſt q̄ ſcriptura memorata teſtatur. Liquidiora namq; verba eius ſunt, q̄ vt interpretationem admittant *l. ille aut ille. §. cum in verbis ff. de leg.* 3. *l. continuus. a. cum ita. ff. de verb. obl.* cum aliis apud nos relatis *in conſ.* 11. *num.* 6. *& in conſ.* 47. *num.* 2.

Secundo in quæſtionē ad ipſos vocat, vtrū noxia monaſterio reſtitutio ſit, q̄ à Iulio Pontifice cōſecuti delinquentes ſunt, ita vt recuperatū ex ea feudū dicatur. Ne multis, momenti vllius eſſe reſtitutionē nō arbitror: namq; ex Mutina ciues delinquētes erant, q̄ ciuitas ad feudū Eccleſiæ non pertinet, neq; à Pontifice recognoſcitur, at à Cæſare: vnde etſi maxime vaſallus Eccleſiæ Ferrariæ Dux. Ferrariæ ipſius ratione ſit, attn̄, q ad Mutinā attinet, Eccleſiæ in temporalibus non ſubijcitur: atq; adeo bonorū & perſonarū Mutinæ cā ſubditus Pontifici dici Ferrariæ Dux nō pōt. Quod cū ita ſit iuriſdictionis actū vllū pro perſonis & bonis Mutinæ in Ducē ipſum exercere Pontifici nō licuit, ad ſtatū & ius priſtinū ea Mutina ciues reſtituendo, qui rei læſæ maieſtatis erant. In ſubditis. o. † Imperiū aut vaſallorū eius 4
quoad temporalia, iuris quicq̄ Pontifici nō cōpetit gl. & Doct. *in c. ſolem. de maiorit.* Abb. & alii *in c. nouit. de iudi.* Sed nec bona patrimonialia clericorū in manu Pontificis ſunt, & ſubditi Pontifici in tēporalib. clerici non ſunt, vt Caſtr. ſcribit *in conſ.* 187. *primum dubium procedit lib.* 1. ſequitur Ruin. *in conſ.* 212. *num.* 6. *lib.* 1. *in conſil.* 37. *num.* 5 *& ſeq. lib.* 4. *& in conſ.* 70. *nu.* 10. *lib.* 5.

Conſequenter his dicendū, poteſtatē † Pontificis, q̄ in Ducē 5
Ferrariæ habet, ad ciuitatē perſonaſq; & bona Ferrariæ reſtringendā, nomine cuius ſubditus vaſalluſq; Eccleſiæ Dux ipſe eſt: reſtringi n. poteſtas ad ea debet, quorū ratione cōpetit. Quare officialis publici poteſtas, vt ſtipulari alii poſſit. *§. quia vero in Auth. vt fine prohibetis.* Bar. *in l.* 2. *ff. rē pupilli ſaluā fore* reſtringi ad ea ſolet, q̄ ad officiū eius ſpectant. Bal. & Ang. *in d. l.* 2. Cū. *in conſ.* 182. *viſa copia col.* 1. *circa med.* Poteſtas itē aut iuriſdictio Rectoris in Scholaſticos ad ea reſtringit. q̄ profeſſionis ſcholaſticæ eā coniungūt, vt not. *in l. fin. C. de iuriſdict. om. iud.* Inn. *in c. cū ab eccleſiarū inpr. de offi. ord.* Abb. *in q.* 6. *Gandulphus clericus col.* 8. *in pr. ver. itē dico.* Et cū cauſa poteſtatis, aut iuriſdictionis Pōtificis in Ducē Ferrariæ, à ciuitate ipſa Ferrariæ pendeat, ad cauſam ſuā reſtringi iuriſdictio ipſa debet *l. ita autē. §.* 1. *ff. de adm. tuto. l. cancellauerat ff. de his, quæ in teſta. delē. l. petitum ff. de fideiuſſ.* Inde fit, vt ad cauſam mercaturæ ſtatutum reſtringat, quo pro libro mercatoris pater aſtringitur Bald. *in l.* 3. *§. ex hoc edicto ff. nau. caupo. ſtabu.* Bal. & Saly. *in l. fi. C. ad Maced.* Alex. *in conſ.* 113. *poſt pr. lib.* 7 Soc. *in conſ.* 1. *nu.* 19 *lib.* 1. Eadē ratio ſtatuti eſt, quo libris mercatorū fides habetur ad ea. o. ſtatutū coercetur, q̄ ad mercaturā ptinent, vt recentiores ſcribūt *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Ius idē fidei ſigilli publici eſt, vt ad ea reſtringatur, q̄ ad officium eius ſpectāt, q ſigillū imponit Dec. *in c. poſt ceſſionē. de pr̄* per tex. *in c. ſignificante de appel.* de quo apud nos *in conſ.* 196. *col.* 1.

Secundo principaliter monendi ſumus, præſcriptionem bonorum contra ciues hos ea Mutina à Duce Ferrariæ non tanq̄ Duce, ſed tanquam à domino Mutinæ, & feudatario Imperii factam: ob id poteſtatem reſtitutionis concedendæ Pontifex non habuit, cum niſi in Ducem Ferrariæ non competat: quæ qualitas hic ceſſat quoniam † vel alius, non quaſi Dux Ferrariæ 6
id egit.

id egit *l. Nouſimus. §. fundum ff. de re iud.* vbi priuilegio ſuo maritus
non vtitur, ne ſupra quam facere poſſit, teneatur, vbicunq; nõ
quaſi cum marito, at tanquam cum poſſeſſore rei vendicatio-
ne agitur. not. Bart. *in l. maritũ poſt princ. ff. ſol. matr.* ſententiæ huic
text. ſeruit *in l. item apud Labeonem. §. interdum. & in l. cum qui nocturn.
§. fi. ff. de iniur.* vbi propter iniuriam ſeruo factam actio domino
non datur, quoties nõ quaſi ſeruo, ſed tanquam libero illata
iniuria eſt, veluti quod pro libero ſe gereret, vel ſi domini alte-
rius ſeruum eſſe is credidit, vnde iniuria proceſſit. Ratione for-
tiori iuris quicquam in temporalibus circa perſonas, & bona
eorum Pontifici non erit, qui ſubditi vere ac prorſus eccleſiæ
nõ ſunt, & contra quos iudicium graui ſsimũ illatum, non tanq̃
ſubditos eccleſiæ, & à vaſallo eius, ſed vaſallo Imperij eſt.

Tertio ex tex. cum gl. ditimi quæſtio videtur *in c. Romana.
7 § debet. commũ & gl. in ver. ſi alio. de appell. lib. 6.* vbi cũ † ratione feudi
ſecularis ſententiã Epiſcopus pronunciat, ad Archiepiſcopum
appellatio non interponitur, verum ad dominum feudi ſæcu-
larem. not. Inn. & alij *in c. cæterum de iudi.* Abb. *in d. qu. 6. Gandulphus
clarion. col. 9. poſt med.* Sed enim feudi hic ſæcularis in Mutina &
contra ſubditos domino ſæculari, cauſa agitur: ob id fruſtra ſu-
perior eccleſiaſticus manum ad cauſam hanc admouit reſtitu-
tionem concedendo.

Quarto, vbi præmiſſa ceſſarent, ex Ferraria ciues, eſto, fue-
rint, qui in principe offenderunt; nihilo magis ius domino di-
recto ſuperiorique fuit, reſtitutionem id genus in Ducis vaſal-
lique ſubditos concedendi, per quam dominium eius vtile læ-
8 ſionem damnumq; patitur: & dominii cuius † vtilis ratione
ſuperiori ipſi infeudanti vaſallus anteponitur. Qua ratione in
ſubditis eius interuenire cauſaſq; appellationum cognoſcere,
ſtatuere; q; vaſalli derogare ſuperior non permittitur. Bal. *in l. 1.
§ 43. ff. de rerum diuiſio.* quod dictum à Rom. extollitur *in l. ſtipula-
tionum alia. in princip. ff. de verbor. obligat.* & in Duce Mediolani con-
tra Cæſarem dominum directum, ita Laoden. probat *in tract.
de prin. charta 4. in gna, nu. 127.* cuius initium eſt, *Dux Mediolani in-
feudatus.* Curt. ſen. *in conſ. 73. n. 28. in 5. dubio.* Idem ex Oldr. proba-
tur *in conſ. 244. iſta ſunt allegationes nu. 16.* vbi potentius iure dire-
cto ſuperioris ius vtile eſſe vaſalli ait. Et in ſpecie ae domina-
tim, facultatem Principi domino que directo non eſſe, actus id
genus ad plenitudinem poteſtatis ſpectantes in terris aut feu-
dis vaſallorum exercendi, Iaſ. ſcribit *in conſ. 212. col. pen. ver. 13. &
vl. lib. 2.* quod inter reſponſa inſertũ B. nn. eſt *in conſ. 8.* Idque ra-
tione fortiori & inuicta probatur. Namq; ſi plus ſuperiori non
eſt, poteſtate aut iuriſdictione ordinaria inter ſubditos vaſalli
vti, veluti in cauſis appellationum, vt dictum eſt, vel in alijs,
quæ ad vaſallum ſpectãt, vt Iaſon ſcribit *in conſ. 57. col. 1. in fin. lib.
3.* Iacob *de feud. fol. 6. col. 3. in ver. vicariuſque perpetuus num. 6. & ſequen.*
Curt. iun. *in conſ. 2.* Natta *in conſ. 408.* Longe minus liberum eſſe
Principi debebit, poteſtate legibus ſoluta inter ſubditos vaſal-
li Ducis vti, per quam ius eius lædi grauius non paulo poſſet: Se
quæ poteſtas abſoluta odioſa æſtimatur. *l. in honorarius § ſed cum
reſcriſ. ff. de actio. & oblig. l. nec damnoſa. & l. reſcripta. C. de preub. Imp. of-
fer.* Rota *deciſ. 331. ſuppoſito facto col. 2. verſ. modo hic videntur. in nouis.*
Curt. ſen. *in conſ. 9. num. 33.* inde Bal. ſcribit *in c. 1. § libellaria num. 3.
de pace Conſt.* in vſo apud populum Romanũm clauſulam hanc
de plenitudine poteſtatis nunquam fuiſſe ante translatum in
Cæſarem Imperium; neq; expreſſam iure ciuili inuenitt præ-
terquam ſub verbis illis Iuſtiniani; *quicquid Principi placuit, legis
vigorem habet:* quod dictum pro ſcito Curt. ſen. refert *in conſ. 27. n.
23. in conſ. 49. num. 49. ver. 8. coadiuuantur præmiſſa. & in conſ. 65. nu. 17.*
Iaſ. *in conſ. 145. col. 3. in fi. & in d. conſ. 233. col. 8. poſt med. lib. 2.*

Ad ſuperiorem plane † aditus non aliter permittitur, niſi ſi
9 iuſtitiam ſubditis vaſallus nõ miniſtret, vel male cum eis agat,
in tyrannidemq; erumpat: quibus caſibus dignus eſt, à quo
feudum auferatur *l. 2. in fi. & l. ſequ. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.*
not. *in c. 1. qu. ab domi. feudi proprie. tollitur.* Bal. *in c. 1. § publicos latrones. nu.
2. de pace tenen. & in conſil. 328. quæritur ſi rex. colum. fi. lib.* Caſtr. *in auth.
qui rem num. 3. in fi. ibiq; Iaſ. n. 5. C. de ſacroſ. eccleſ.* Alex. *in l. diuortio. §. ſi
fundum. num. 3. ff. ſol. mat.* Deciſio Neapoli. *deciſ. 265. n. 72.* Curt. iun.
in conſil. 137. num. 4. num. 20. & apud nos *in conſ. 6. n. 108.*

Si dixeris, querelam apud ſuperiorem propoſitam. Reſpon-
detur, vocandum eum Ducem & vaſallum, audiendumq; fu-
iſſe. Facile enim oſtendiſſet, iniuſti quicquam actum contra
vocantes non eſſe, crimen quorum manifeſtius erat, quam, vt
10 tegi excuſatione vlla poſſet. In expedito n. eſt, à iure diuino †

cuſationem eſſe. *Gen. fo. 3. ibi, Adam vbi es?* Atq; ideo tolli nec à
principe poteſt. *clem. paſtoralis. ver. cæterũ. de re iud.* Bar. *in extrauag. ad
reprimendũ. in verſ. ſine figura.* Bal. *in l. fi. ff. de ll.* Ant. de But. Imo. Car.
& Abb. *in c. 1. per illum textũ de cau. poſſ. & propriet.* Alex. *in conſ. 21. n. 1. lib.
7.* Feli. *in c. quam in eccleſiarum n. 66. de conſt.* Rui. *in conſ. 46. nu. 11. lib. 2.*
cum alijs apud nos collectis *in conſ. 5. n. 3.* Idem Soc. iun. probat
in conſ. 123. n. 38. lib. 2.

Sed dictum aliquis erit: iuri, eſto, vaſalli derogare ſuperior
non potuerit, cauſam aliam bonorũ controuerſorum eſſe, quę
ad eccleſiã pertinent. In bonis n. † eccleſiarum poteſtas ampla 11
adeo penes Pontificem eſt, vt ab eccleſia vna eripere pro arbi-
trio poſſit, vti demonſtratum à nobis eſt *in tract. de antiq. temp. par.
1. n. 37. verſ. ſed contrariũ.* quib. Card. accedit *in conſ. 101. in pr.* Gome.
in proœmio reg. Cancella. *q. 2. col. 5. pag. 10. in reg. de non tollen. iure quæſito,
q. 1. col. 5. circa med. ver. vbi tamen conſtaret pag. 58. & q. 1. col. 5. poſt pr. pag.
120.* Cumq; in opinione Alex. etiam ſentit *in conſ. 2. n. 63. lib. 1.*

Reſpondetur, verum id ita haberi, ſi voluntas Pontificis cõ-
ſtaret, vt rebus ſuis omnino eccleſia careat: ſed enim de iuri-
bus eccleſiæ S. Petri Mutinenſis verbum factum in reſcripto
Pontificis non eſt. Quocirca admittendum nõ videtur, vt ius
tertij lædere in animo habuerit, quod incognitum Pontifici e-
rat. *l. 2. § merito. & § ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. l. Labeo § 1. ff.
famil. er. l. Imperatores ff. de ſeruit. ru. præd. l. impub. ut. ff. de admi. tuto. l. cum
filius in fi. ff. de teſtam. tutel. l. nec auus C. de emanci. lib. 1. c. licet. de conſtitu.
c. ſuper eo. de offi. deleg. & c. ex tuarum. de auto. & vſu pallij. & id genus innu-
mera.*

Secundo reſpondetur: ſi effectum reſcriptũ aut gratia Pon-
tificis contra vaſallum non habet, aduerſus quem facta prin-
cipaliter erat, abſurdam rem videri, vt vigorem contra eccle-
ſiam retineat. Vaſallo n. ſi noxia aut pernicialis gratia erat, ef-
fectũ contra Monaſterium Mutinenſe non niſi in conſequen-
tiam, aut tacite habuiſſet, quatenus expreſſio facta de eo non
eſt. An non abſurdũ porro eſt, pluris aliquid in tacito & acceſ-
ſorio, quam in expreſſo eſſe? *l. quia ad certum ff. locat. l. de quib. in fi. ff.
de ll. l. expreſſa ff. de reg. iur. gl. in l. item quia in ver. illata ff. de pactis.* Bal.
in l. tale pactum. § qui prouocauit. n. 10. de pactis. Pau. de Caſt. *in conſ. 7. o.
quia fruſtra. col. 2. in fi. lib. 1.*

Tertio, extra dubitationem reponitur per confirmationẽ
gratiæ memoratæ à Leone Pontifice factam; in qua ſaluum
incolumeque factum ius tertij eſt. Efficit. n. reſeruatio † iuris 12
tertij, vt ſaluum id maneat, neque præiudicij quicquã ſentiat.
l. ſi debitor. § fi. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſol. Signor. *in conſil. 60. num.
2. verſic. 2. capiamus.* Iaſ. *in l. non ſolum. § morte col. penult. num. 49. ver. qua-
dam & ſecunda eſt proteſtatio. ff. de oper. no. nunc.* Brun. *in conſil. 12. in prin.
& in conſ. 24. nu. 5.* Paris. *in conſil. 14. num. 12. in conſil. 18. num. 4. lib. 1. &
in conſil. 65. num. 51. lib. 3.* Inde fit, vt clauſula illa *alterius iuribus ſem-
per ſaluis* diſpoſitionem, cui adijcitur, moderetur, & reſtringat.
gl. in l. item Labeo. § 1. ff. fam. erc. Dec. *in conſ. 5. num. 1. & in conſ. 443. num.
22. ante fi. verſ. & non obſtat confirmatio.*

Quarto, nihil prædictorum omniũ eſto: abunde ſatis mona-
ſterio eſt renouatum feudum, pactaque noua in eo adiecta,
quib. ſubmoti ab eo tranſuerſales ſunt, cõtra q̃ renouationem
venire aduerſarijs non licet, quos hæredes exiſtere tranſigen-
tibus credo *l. pen. C. de reſti. mili. l. cum à matre. C. de rei vend. l. venditrici.
C. de reb. alie. non alie. l. ſiue poſſeſſio. C. de euict. l. ſucceſſores. C. de ſolutio. l. ſi ab
eo. C. de lib. cau. l. fi. C. ſi in fraud. patro. l. ex qua perſona. ibiq; recentiores. ff. de
reg. iur.* Quod autem obijcitur, pœnam caducitatis † ex rece- 13
ptione cenſuum remiſſam intelligi, locum hic non habet.
ignorantia Abbatum recipientium interueniente, & quæ præ-
ſumtio Abbatib. ſucceſſorib. ſolet. *l. qui in alterius. ff. de reg. iuris* Et
in ſucceſſore prælati not. gl. *in c. 1. in gl. fi. ibi: mutationem prælatorum.
de reſti. in integ. lib. 6.* Dec. *in conſ. 36. col. fi. circa med. & in conſ. 318. col. fi.
in princ. verſ. ſimiliter ſi heres emphyteutæ.*

Ignorantia igitur recipientium admiſſa, iuri ſincerri non eſt
damno receptionem non eſſe, neque remiſſam per eam cadu-
citatem intelligi. Scientiam enim renunciatio & remiſſio iuris
ſui expoſtulat, vt ius ſibi competere ſciat, de quo remittendo
agitur. *l. ſi cum te & l. tres fratres ff. de pact. l. cum Aquiliana. & l. qui cum
tutorib. § qui per fallaciam ff. de tranſact. l. mater decedens ff. de inoffic. teſta.
l. legitimam. ff. de peti. hered. l. fi. § idem quæſiit ff. de condi. indeb. l. ſi vim in fi.
princip. ff. loca. l. ſi is ad quem l. nec is & l. in repudianda. ff. de acquiren. heredit.*
Dyn. *in conſil. 1. poſt princ.* Alexan. *in conſil. 14. nu. 16. in conſ. 83. col. 1. poſt
med. verſ. præterea non eſt probatum lib. 2.* & in ſpecie q. controuerſiæ
remiſſam caducitatem per receptionem penſionis nõ cenſeri,

ignorantia ipſius caducitatis interueniente, not. Dy. Bald. & Imo. in l. Mæuus. §. duob. ff. de leg. 2. Spec. de loca. § nunc aliqua. ver. 24. Bald. in l. 1. in princ. num. 5. quo temp. miles. Crma. in conſ. 41. ad primum quæſitum column. 2. circa med. ver. non illa receptio. Fulg. in conſ. 2. in 2. dubio. Alexand. in conſ. 105. num. 13. ver. vel etiam poteſt dici. lib. 3. Dec. in conſ. 452. num. 26. Idque locum non ſolum in facti, ſed & iuris errore habet. Renunciationem enim & remiſſionem iuris ſui, & iuris error impedit. l. Cladius. ſecundum verum ſenſum. ibique Parto. & alii. ff. de acq. hered. l. qua fideicommiſſa. ff. de leg. 2. Imn. in dict. l. Mæuius. § duobus. num. 9. verſi. & ideo ſi poſt dictum tempus. Alex. in conſ. 23. colum. fin. lib. 6. Itaque niſi ſcientiam recipientium pars doceat, nihil eſt, quod in remiſſione hac tacita ſpei quicquam reponat.

Secundo reſpondetur, ſcientia etiam prælatorum recipien-
14 tium interueniente, nihilo magis † iuri eccleſiæ derogari ex recipientibus potuiſſe, niſi & Capituli conſenſus in remiſſione interuenerit. Fulg. in d. conſ. 2. in 2. dubio. Alex. in conſ. 13. num. 19. lib. 2. in d. conſ. 105. num. 13. in fi. verſi poteſt etiam reſponderi. lib. 3. Ruin. in conſ. 70. numer. 14. ver. præterea quando lib. 5. quam opi. receptam Dec. teſtatur in conſ. 429. nu. 3. Papiæ, 4. Septembris 1561.

Aymo Crauetta à Sauiliano, I. V. Doct. primum Iuris Ciuilis interpretum gradum hora veſpertina Papiæ obtinens. Iudicio grauiore ſaluo.

Pro Monaſterio religioſiſſimo Carthuſienſium ſupra Neapolim, contra reueren. Epiſcopum Sarni.

SVMMARIA.

1 *Pendente lite nihil innouandum, præſertim quatenus inhibitum litigatori à ſuperiore eſt, ne noui quid faciat.*

Attentata. Ad reuocationem attentatorum ſufficit oſtendere apud aliquem poſſeſſionem, abſque eo cœpta lis eſt, eamq; apud aduerſarium innouare, etiam ſi ſpoliatio vllo non detegatur. ibid. ver. ad. quem modum.

2 *Generalis diſpoſitio ad ſuam cauſam reſtringi debet: ideo cum liberatio tutori in teſtamento relinquitur, ad ea liberatio reſtringenda, quæ tanquam tutor geſſit; non ea alia eorum eſt, quæ adminiſtrationis alterius cauſa fiunt.*

Profectitia dos non ob id indicatur, quod profecta à patre ſit, niſi quaſi à patre detur: quod enim ſi quaſi curator det? ibid. verſic. tene. hunc notandi.

3 *Connexa cauſæ duorum vbi ſunt, ſententia contra vnũ lata an exequi poſſit, ſi e re eo abſit omnino an d. verſ. at ea ſpecie.*

Connexa quæ ſunt pro vno iudicantur. ibid. verſ. pro aue enim.

Sententia lata contra vnum, cum cauſa cum alio connexa erat, exequi nõ poteſt in alium la. lat. præſertim vbi de iure ſuo fidem alias fecit. ibid. vbi quod ſuffi it ſummaria poſſeſſionis probatio, ſi etiam titulum, vel in ſolidum iterius poſſideat, vel in commune cum condemnato, declaratur num. 6.

4 *Attentata ante omnia reuocanda, neq; ceſſet. vtrum appellatione, an lite pendente innouatio ſit, & facilius attentatorum reuocatio fit, quam ſpoliato poſſeſſio reſtituatur. ibid. limitatur nu. 23. vbicunq; eiuſdem appellationis iniuſtitia ex actis probatur.*

Attentatorum & ſpoliationis circa probationem differentia. ibid. ver. ſed & facilius vbi quod duo probare ſpoliatus debet, poſſeſſionem & ſpoliationem, in attentatis vero ſufficit probare poſſeſſionem.

Spoliatus clericus reſtitui non aliter debet, niſi coloratum ſaltem beneficii titulum adducat. ibid. verſ. rurſus tituli colorati probatio.

Poſſeſſio. In poſſeſſione ſua lite pendente defendi quis debet, ibid. verſi. ſecundo principaliter.

5 *Attentatum illud non dicitur, quod lege permittente lite pendente fit. ver. conſequens hic fit.*

Suffragium pro filio pater decurio ferre dat, quia non quaſi pater, ſed decurio id præſtat. ibid. poſt med.

6 *Vaſallus, qui hoſtibus domini transfugiendi poteſtatem fecit, defectionis pœnis ſubiicitur, niſi quaſi ab hoſtibus belloque cum domino gerendi cauſa illuc tranſirent.*

Exceptio litis cum vno pendentis non impedit, quominus contra alium iudicium procedat, ibid. ver. atq; in ſpecie.

7 *Inhibitio alicui facta ſecundum ius commune interpretanda, verba tamen ofſendende. nu. 19. verſi itaq; ſi iure ipſo communi.*

8 *Clericus lite inter alios apud laicum iudicẽ inſtituta voluntarie ſe offerens, hoc ſibi in eo controuerſiã eſſe contendens, iuriſdictioni iudicis laici ſubiicitur, neq; exceptione declinatoria vti poteſt.*

Clericus ſi executioni ſententiæ inter alios latæ ſe opponat, cauſa huius cognitio ad iudicem profanum pertinet, quia voluntaria oppoſitio ſit, ibid. ver. vnde ſit.

9 *Scientia præſumitur ob coniunctionem perſonarum, & facti propinquitatem.*

Ignorantia in facto memorabili non recipitur, etiam ob temporis vetuſtatem ibid.

Notoria & manifeſta ea propè videntur, quæ in iudicio fiunt, propter hominum multitudinem, quæ communiter ad iudicia ſolent quibus frequentes alii ipſi interueniunt. ibid. ver. quarto lata hominis.

Ignorans in conſuetudinem notoria fruſtra allegat, quæ in conſtitutio eſt. ibid. verſ. eodem Aret. ſimilat.

10 *Sententia inter alios lata an alii obſit, qui ſciebat litem motam, ſaltem ne probabere poſſis, quominus executio fiat, etiam ſi apud tertium ipſum poſſeſſio ſit & nu. 10 ſeq. vbi an differat inter poſſeſſorium & petitorium.*

11 *Appellatio tertii quando requiritur ad executionem impediendam, vel an ſi ſciens erat litis motæ, ſuum intereſſe probare debet, & qualis probatio intereſſe deſideretur, plenaria an ſummaria & nu. 6.*

12 *Res inter alios acta quibus caſibus damnoſa alii eſt, locum id non habet, ſi per colluſionem geſta res ſit, ideo contra, vt quibus caſibus alii non obeſt, obſtatura tamen ſit, ſi cum eo tertius colludat.*

Dolus ex tarditate & ſcientia præſumitur. ibid. verſi. colluſio plane.

13 *Prælatus bona eccleſiæ non defendens mortaliter peccat, & etiam ob negligentiam ac dolum deponitur.*

Calumniator ſuſpectus is habetur, à quo quod ſit aut probatur, cum ſuccumbere ſe videt. ibid. verſi. tertio ex Decio.

Conſanguineorum eadem conditio ac ſui ipſius. ibid. verſ. tertio ex Decio.

Metus iuſtus iudicatur non metus, vbi coniunctus quis timet, atq; ſibi. ibid. verſ. ſed eam propter.

14 *Dolus præſumitur ex extricatione & inuolutione ac diuiſione rerum, item ex inſolitis, item ex his, quæ poſtea fiunt.*

Declaratio autem qualis in præcedentibus fuerit, ſumitur ex his, quæ poſtea ſubſequuntur. ibid. verſ. inde coniectare licet.

Superueniens caſus ſuſpectum facit, quod ab initio ſuſpectum non erat. ibid. verſ. textus hæc attende.

15 *Colluſio accuſatoris ex eo probatur, quod probationes ſuas perfunctorie præſtat. Reoq; delata excuſationes admittit.*

Dolus præſumitur ex effectu malo, & cuius malus effectus eſt, mala quoq; eius intentio præſumitur. ibid. verſi. ſeptimo ex effectu malo.

16 *Colluſio ex eo præſumitur, quod inter coniunctos agitur, & tertii præiudicium vertitur.*

Dolus ex ſubreptione præſumitur. ibid. verſi. non ex ſubreptione.

Subreptio dicitur, vbi veritas tacetur, qua expreſſa difficilius vel non impetraſſet princeps ſuiſſet. ibid. verſic. ſubreptio plane inde contrahitur.

17 *Colluſio ex ſuſpicionibus & præſumptionibus probatur, quinimo ſuſpicio vnica ad colluſionem probandam ſufficiens videtur, ſicut dolus indicio vnico & calumnia vnica coniectura.*

Dolus indicio vnico, ſic calumnia & colluſio vnica coniectura & ſuſpicione probatur. ibid.

Calumnia vnica coniectura, ſicut colluſio vnica ſuſpicione, & dolus vnico indicio probatur. ibid.

18 *Tertius executionem ſententiæ non impedit, qui ſuſpectus de calumnia ſit, nec ſi probationes iuris ſui ex continenti offert, idq; cautione ſaltem præſtita.*

Citatio generalis per edictum recipitur circa aduerſarios incertos. ibid. verſ. quarto principaliter. vbi quod idem poteſt ac ſpecialis, quoties ignorantia allegari non poteſt.

Contumacia vera ex citatione contrahitur, quæ ad domum fit, non etiam præſertim citationis poſita. idem in citatione per edictum generaliter facta, quæ ad incertos. ibid. ver. in qua citatione ſecundum.

Citatio generalis per edictum quæ fit quo ad incertos, eiuſdem poteſtatis eſt ac citatio quæ fit ad domum. ibid. ver. Confirmatur arg. hoc.

19 *Exceptionem litis pendentis non opponit, qui contumax eſt, vel qui per colluſionem calumniam ve quid facit.*

Commodum ex colluſione doloq; ſuo conſequi quis non debet, ibid. ver. Conſequens item prædicto ſit.

20 *Calumniæ occurrendum, & pactum lex impugnat, in quo iuramentum calumniæ omiſſum eſt.*

Donatio inter coniuges reprobatur, quæ ſub conditione ſit, ſi ſecutum diuortium erit, ne diuertendi occaſio detur. ibid.

Naturales liberi ab hereditate parentum ideo ſubmouentur, licet ipſi non deliquerint, vt à coitu reprobato parentes abſtineant. ibid.

Lex reprobatur, ex qua delinquendi occaſio naſcitur, ſic lata ſententia delinquendi occaſionem præbens. ibid. verſ. ſed nec vigerem.

21 *Appellatione ab interlocutoria interpoſita quæ acta per iudicem, à quo ante inhibitionem ſunt, ſi iniuſta appellatio pronunciatur, omnia ſubſiſtunt.*

22 *Decretum ſuper obligatione rei minor a immobilis ad executionẽ trahitur, quando res ipſa hypotheca ſubiecta à creditore detinetur.*

Conſ ultus pater in iudicio filio præſtitus, ad cauſam executionis porrigitur, ibid.

23 *Attentata non renouantur, vbicunq; eiuſdem appellationis iniuſtitia ex actis apparet. vbi declaratur non procedere, ſi id fiat eſſitatio iudicis, quia attentata non ſolum partem, ſed & ius iudicemq; ipſum offendit, ideo odioſior ſpoliatore habetur.*

Proprietatis defectus notorius attentatis obſtat, quamuis in facto notorium verſetur, diuerſum eſt in ſpolio. ibid. verſ. hoc amplius Caſtrenſi viſum.

Attentatorum cauſa priuilegiata minus, quam ſpoliationis eſt, ideo defectus proprietatis notorius attentatis obſtat, contra in ſpolio eſt. ibid. verſ. hoc amplius.

Atten-

Attentare in re dubia non dicitur, qui poſſeſſionem ſuam tueri ſtudet, ibid. verſ neque in re dubia.

Subreptio vitiat ſenis eſtiam, ibid. verſ. nec nominatim.

24 *Concluſione in cauſa facta, p vinde eſt, ac ſi lata ſententia eſſet.*

Auditori Rotæ fruſtra auditor inhibet, ibid. ver. vnde Rota ſcribit.

Conditio melior eſſe non debet, qui cauſa continuationem diutiore procurat, ac illorum, qui apud eundem iudicem voluit experiri, ibid. verſic. ſecundo reſpondetur.

25 *Tertio lite ſtatum mutare aut alterare non poteſt*

Sententia ſtatus ſtationis obſtat, iis & alia illi nocent, ibid. verſ. tertio reſpondetur.

26 *Attentare iudex non dicitur, qui poſt deſertam appellationem ſententiam exequitur, idem ſi appellationi ſit renunciatum.*

Parua ſunt, appellationem eſſe deſertam, vel renunciatione ſublatam, ibid. verſ ratio eadem.

Appellationi renunciare dicitur, vbicunq; ad iudicem a quo appellans redit, apud eumq; litem proſequitur, ibid. verſ renunciari plana, vbi quod non prodeſt ratio contraria facto.

27 *Attentata lite pendente, etiam ſi exceptio litis pendentis appoſita ſit, iure merito ſuſpecta valent. idcirco appellatio ad reiectionem eorum deſideratur.*

28 *Tertius vbi executioni ſe opponit, ſummatim de iure eius cognoſcitur, iura eius circa proprietatem in iudicio ordinario reſeruato.*

Res inter alios acta quibus caſibus alteri noceat, ad et a intelligendum, ſi contra præſentem & auditum pronunciatum ſit, diuerſam eſſe ſententia contra contumacem lata, ibid. verſ. idq, et in declarare.

29 *Iudex eccleſiaſticus ſecularis iudicis executionem ſententiæ ſuæ non prohibet, etiam quæſtione apud eccleſiaſticum propoſita, cum ad diffiniendam iuriſdictionem locum non habet, valuit, quod vſurarius contra illius ſit de quo iudicatum à laico fuit, quamuis ſi nondum cognita cauſa eſſet, locum prohibitio haberet.*

30 *Auditores Rotæ citra delegationem an iuriſdictionem habeant.*

31 *Rei iudicatæ à iudice ſeculari exceptio, etiam coram iudice eccleſiaſtico opponitur.*

Exceptio litis finitæ cum proceſſus impediendi cauſa obiicitur, & ſuper ea pronunciatur ad vlteriora procedendum eſſe, vtrum denuo exceptione vti ob merita liceat, inter ſatis Ciuiles & canonici interpretes non ſatis conueniunt, ibid.

32 *Molendini in ſolo poſiti, deinde diruti poſſeſſio facilius retinetur, quam illius, quod in flumine publico erat, ideo ſicuti ſoli, ita & molendini iure retinetur, vt reponere id liceat.*

Interpretatio ex dubio facienda in reuocatum legatum ac priuilegiam conſonat, et ſi odioſum videatur, valuit iuri communi contrarium, ibid. in fin.

ARGVMENTVM.

Quæſtio eſt, de molendino conſtructo pendente lite, & exiſtente inhibitione, de aliquid non attentando, an deiiciendum ſit, vel non? vbi multa circa materiam attentatorum & innouatorum lite pendente. Plura de ſpolio, & reſtitutione in integrum, & nonnulla de re iudicata, & exceptionibus litis finitæ.

CONSILIVM DCCCCXCVII.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Monaſterium D. Martini ſupra Neapolim, inſtituti Carthuſienſis, molendinum quoddam tempore vetuſtiſſimo poſſedit extra ciuitatem Sarni iuxta flumen Faucis donationis titulo ab anno 1488. in annum vſque 1514. quo tempore diſſolutum aquarum inſania eſt, ita vt Camera quædam, quam caſam à lamia Neapolitani vocitant, reliqua ſolummodo fuerit: ſub anno vero 1545. cũ molendino reponendo initium daretur, eiuſque nomine ſolũ, in quo poſitum molendinum erat, virgultis vepribuſque ab operatis purgaretur, impedimento Comes dominusque loci fuit, quominus cœpta molendini inſtauratio fieret: qua de re aditum ad ſacrum regiumq; Neapolitanũ Conſilium fuit: interdictumq; tenendæ in iudicio illarum petitorio etiam permixto, Comite ipſo nominatim citato: & eo amplius, citatione generali per edictum contra omnes interpoſita, qui ſua intereſſe exiſtimarent. In qua lite cum exceptionibus variis vſus Comes eſſet, probationeſq; vtrinq; productæ, ſub ipſum ferendæ ſententiæ tempus, cum litis obtinendæ ſpem nullam prorſus Comes haberet, litem nouam frater eius Sarni Epiſcopus apud curiæ Rotam Pontificis reſcripto intendit. Cæterum reformatum reſcriptum hoc Monaſterii rogatu eſt, ne impedimento id fieret, quominus licentia monaſterio eſſet cauſam perorandi, quæ inſtitutà aduerſus Comitem in ſacri regiiq; Conſilii auditorio eſſet, à quo ſententiam monaſterium meruit.

Quam ad executionem perduci cum monaſterium pararet, executioni ipſi procurator Epiſcopi reſtitit, poſſeſſionem eius allegando, cui nocere ſententia non deberet inter alios lata, epiſcopo non vocato, quem in poſſeſſione defendi propterea poſtulabat.

Ad hæc litem pendere in curia dixit, in perniciem cuius fieri quicquam omnino non poſſet, à qua nolle diſcedere per actus vllos, quicunque fierent, proteſtatus eſt. Denique probationibus vtrinque impletis, cum iniquam epiſcopi ſeu procuratoris eius oppoſitionem Conſilium ipſum ſacrum Regiumque animaduertiſſet, executionem ipſam perfici iuſſit, iurib. epiſcopi, ſi quæ ſuppeterent, in petitorio ſaluis. Inde molendinum reædificatum.

Sedenim à monaſterio attentatum, ſeque poſſeſſione ſua exſpoliatum, queſtus Epiſcopus apud Pontificem ſummum eſt, ab eoque ſpoliationis atque attentati cauſa Rotæ delegata: in eaq; lite ſententias monaſterium paſſum vnam iam atque alteram eſt: pronunciatumq; ad poſſeſſionem epiſcopum reſtituendum, molendinum reædificatum deiiciendum: atque in ſtatum priſtinum omnia redigenda, vtpote lite pendente ac poſt inhibitionem facta. Conſulebatur, morem ne geri Epiſcopi expectationi oporteat?

Iuſta Epiſcopi cauſa viſa cogitatione prima eſt. Ius enim vulgatiſſimum cum eo facit, nihil quicquam † nouandum lite pendente eſſe Anch. in *l. vbi cœptum ff. de iudic. l. cum aliquis ibique Bald. in prima notab. C. de iure delib. extra vt lite pendente per totum, not. in l. nullis. C. de iud.* Idque locum in primis habet, quoties inhibitum litigatori à ſuperiore eſt, vt ne noui quid faciat. *c. non ſolum. §. 1. de appell. lib. 6.* 1
Attentatum planè nouatumq; lite pendente eſſe, ex teſtibus demonſtrari Epiſcopi videtur, qui producti in cauſa ipſa attentatorum ſunt, per quos apparere dicitur, poſſeſſionem rei controuerſæ apud Epiſcopum fuiſſe tam ante litem inſtitutam, quàm poſt. Ad quem modum attentata probantur: ſatis quippe ad probationem attentatorum eſt oſtendere, apud aliquem poſſeſſionem fuiſſe, cum cœpta lis eſt, eamque apud aduerſarium inueniri, etiam ſi ſpoliatio vlla non doceatur. Innoc. *in c. ex parte 2. nu. 1. verſic. quæritur inſuper de reſcript. & in c. dilecta. nu. 3. de maio. & obed.* Old. *in conſ. 199. in prin.* Card. *in conſ. 10. col. 1.*

Neque refragari his videtur, quod innouatum quicquam contra epiſcopum non videtur, & contra Comitem eius fratrem executio ſententiæ peracta, quæ lata à ſacro Conſilio Neapolitano eſt: quaſi ad ſuam cauſam reſtringi prohibitio innouandi attentandiue debeat, id eſt, vbicunq; contra eum in perniciemve eius innouatio fit, quo cum lis pendet, aliter atque ſi aduerſus alium noui quid fit, aduerſus quem fieri id poteſt. Ad ſuam enim † cauſam reſtringi diſpoſitionem generalem oportet. *l. ita autem §. 1. ff. de adm. tutor. l. cancellauerat ff. de his quæ in teſta. delen. l. Lucius. ff. de fideiuſ.* Et quod Alex. notat *in conſ. 102. nu. 10. verſ. præterea in teſtamento. lib. 1.* cum liberatio tutori in teſtimonio relinquitur ad ea liberationem reſtringi, quæ tanquam tutor geſſit: cauſam aliam eorum eſſe, quæ adminiſtrationis alterius cauſa ſunt, per tex. *in l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. & in l. 3. § 2. ibi: ſed & ſiquidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negocia adminiſtret. ff. iudic. ſolui.* text. huc accedit *in l. profectitia. § pen. & fin. ff. de iure dot.* profectitiam dotem non ob id iudicari, quod profecta à patre ſit, niſi quaſi à patre detur, quid enim ſi quaſi curator det? Ratione eadem probandum in attentatis videtur, vt locus reuocationi eorum ita ſit, ſi quaſi contra litigatorem attentatum quid eſt. Ius aliud ſeruandum, ſi contra alium, iure q; alio & licito executio fit. Reſponſio.n. parata ad argumentũ hoc videt̃, locũ ei ita eſſe, ſi ſeparatæ cauſæ † colligatoris & tertii ſunt. Ratio alia videt̃, ſi connexæ ſunt, neq; diuiduitatem admittunt. Ibi. n. nec contra tertium 3
permittenda executio videt̃, quandoquidẽ perfici cõtra tertiũ non poteſt, quin colligatorii ius lædatur & contra eum innouatio fiat, vt Inno. cæteriq; tradunt *in c. cum ſuper. nu. 2. ver. ſed oppones de re iud.*

Pro vno enim ſen re vna connexa iudicantur: quemadmodum vna contignatio plura diuerſaq; coniungit omniaque ad vnum redigit, & pro vno omnia iudicantur. *l. quod conſtat ff. de dam. infect.* ſic pro vno continentia ædificia æſtimantur. *l. 2. & l. ædificia ff. de verb. ſig.* Anch *in conſil. 160. præſupponitur in themate col. 1.*

Quapropter vna atque eadem Epiſcopi cauſa ac Comitis ob indiuiduitatem videtur, vt fieri contra Comitem executio non poſſit, quatenus per eam vulnus læſionemq; Epiſcopi ius acciperet.

Secundo

Secundo principaliter reſpondetur, litem hanc apud curiam ab Epiſcopo Sarni veluti tertio aduerſus monaſterium Carthuſienſe & Comitem fratrē inſtitutā: in qua de poſſeſſorio ſuo decuſſe iam dicitur, ſuper quo duplex rotæ ſententia fundatur. Itaq; cum quaſi tertius ad litē hanc aggreſſus Eps ſit, iuriſq; ſui fidē fecerit, extra dubitationē poſita res videt, licentiā monaſterio non fuiſſe executionem id genus perficiendi, vnde damnū tertius ſentit, etiāſi ſummarie de iure hoc tertii ex poſſeſſione eius ſola citra tituli vllius demonſtrationem fides fiat, vt Doct. not. *in c. venient. 2. de teſtib.* Bart. *in conſ. 209. viſo proceſſu facto contra bonum Ioannis. col. 2. ver. & quod dicta ſint vera.* Ant. de Butr. *in d. cap. cum ſuper col. 3. poſt pr. ver. ſecundo exigitur de re iud.* Pau. de Caſt. *in conſ. 243. viſis & ponderatis omnib. ſupra narratis col. 3 ante fi. verſ. item non obſtat, quod not. in Spec. lib. 1.* Idq; verum non modo tum eſt, cum inſolidum à tertio rem poſſideri conſtat, ſed & ſi in commune cū reo condemnato. Quo caſu impedire executionem nihilominus oportet, vt ait in Rota eſt *deciſ. 390. ſi feratur, in nouis & deciſ. 394. not. quod ſi feratur in antiq.* Quid hic dicendum, vbi ſolida epiſcopi ipſius, non communis cum Comite fratre poſſeſſio enarratur?

His ita prænarratis, id eſt, poſſeſſione epiſcopi in re controuerſa admiſſa: inque perniciem eius fieri executionem non debuiſſe: Conſequens fit, innouationis attentatiq; excuſari monaſterium non poſſe, neque defenſionis opiſve quicquā ex eo monaſterium petere, quod contra Comitem, non contra epiſcopum peracta executio ſit. Attentati igitur innouationiſque 4 vitio patefacto, iuris incerti non eſt, † ante omnia, quæ attentata ſunt, retractanda *c. eccleſia S. Mariæ vt lite pen. c. 1. eo tit. lib. 6. & d. cap. non ſolum de appell. lib. 6.* neque refert, vtrum appellatione, an lite pendente innouatio fiat: vtrobiq; n. reuocari attentata oportet *c. ſignificante. ibiq; Prapoſ. in quinto nota. de appel.* ſed & facilius attentatorum reuocatio fit, quam ſpoliato poſſeſſio reſtituatur. Idque ex eo liquet, quod ſcriptum ante eſt, grauiora probandi onere ſpoliatum affici, quam qui reuocari attentata poſtulat. Duo enim probanda ſpoliato ſunt, poſſeſſio, & ſpoliatio: cum ſatis poſſeſſionem probare in attentatis ſit, idq; probatum ea Innoc. Oldr. & Card. habemus Ruſſis tituli colorati probatio remiſſa in cauſa beneficiali ſuper attentatis eſt, quod contra eum ſtitutum in ſpoliatione dicitur, in qua nō aliter reſtitui clericus ſpoliatus debet, niſi coloratum ſaltem beneficii titulum doceat, vt Abb. ſcribit *in c. bonæ memoriæ nu. 11. de appel.* Caſſador *deci. 3. de reſti. ſpol. char. 72.* Funtan. *in Promptuario in verb. ſpoliatum. verſicul. 22.*

Secundo principaliter, niſi reuocanda attentata hæc dicimus, abſurdum conſequitur, vt lite hac apud curiam pendente, poſſeſſione ſua epiſcopus fraudetur, in qua defendi omnimodo debet *l. licet. C. de agri. & cenſi. lib. 11. §. commodum. Inſti. de interdict. c. querelam. de electio.* quæ iura in ſententiam hanc Bald. profert *in conſ. 44. dominus Baılardinus. in fi. lib. 1.* Pro qua item ſententiam iura & alia Guido Papæ citat *queſt. 366. in prin. & q. 578.* Ang. huc accedit *in conſ. 137. col. 3. poſt med. ver. & hoc intelligatur ſi aſſorgm.* Caſt. *in conſ. 246 formæ capituli nu. 2. circa fi. lib. 2.*

Argumentis his non mouentibus, ſententiam diuerſam veriorem, potiorem, æquioremve cenſeo, locum reuocationi vlli attentatorum non eſſe: cum attentatū aut innouatum quicquam non ſit: ſiquidem prætore autore iudicatique iure contra Comitem prolari reædificatum molendinum eſt. Inanis quippe ſententia fieret, quam perducere ad executionem non liceret *c. cum aliquib. de re iud.* Spec. *in rubr. de exec. ſent.* Ea ratione attentatum dici † in eo non poteſt, quod lege permittente fit. 5 *l. Gracchus. C. de adul. c. cum Eccleſia Vulterana de elect. clem. vnica. de rerum permu. c. aurum 12. queſt. 2. c. qui peccat. 23. q. 4. cap. omnis. 4. diſtin.* ſi lege permittente executio fit, reuocari eam quaſi attentatum non conuenit. *c. audita de reſtit. ſpoliat. reg. factum legitime. lib. 6.* Atque in ſpecie executionis Rota tradit *deciſ. 446. ſi lata. in nouis.* Pariſ. *in conſ. 108 nu. 28 lib. 1.*

Iure igitur ita exequendi molendinique inſtaurandi ſic demonſtrato, ſummam laboremque omnem controuerſiæ huius in aduerſariis profligandis ſupereſſe video, quib. effuſis, in portu res ſedeat. Itaq; tri obſtantia ipſa eiicienda conatum ſtudiūque conferentib. argumentum primum non obſtat, lite pendente innouandum quicquam non eſſe. Locum enim obiectio haberet, ſi contra Epiſcopum ipſum, quocum ſolo lis pendet, facta executio eſſet. Cæterum contra Comitem fratrem & ipſum condemnatum impleta executio eſt: ob id attentatum dici contra Epiſcopum non poteſt. Similiter, vt pro iniuria ſeruo facta actio domino non datur, quotiens non quaſi ſeruo, at tanquam libero fit *l. item apud Labeonem. §. ſi tardum. & l. item qui nocentem. §. fi. ff. de iniur.* text. huc pertinet *in l. item eorum. in prin. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nomi.* ſuffragium pro filio recte à patre decurione dari: quoniam non quaſi pater, ſed & quaſi decurio præſtat. Eadem ratio facit, vt lite cum Epiſcopo pendente, recte executio ſententiæ contra Comitem fiat: quoniam contra Comitem, non in perniciem Epiſcopi fit. Pro qua ſententia & illud Anch. eſt *in conſ. 244. quia quæſtio. col. fi.* vice defuncti hæredem non eſſe, neque defuncti adminiculo in his eum vti, in quibus non quaſi hæres, ex cauſave hæreditaria conuenitur. Scitu magis dignum illud Cumā. eſt *in conſ. 161. d. ſimiles colum. 3. in fin.* pœnis defectionis vaſallum † non ſubiici, qui hoſtibus domini tranſeundi poteſtatem fecit, niſi quaſi ab hoſtibus, bellique cum domino gerendi cauſa, ire illuc fieret. 6 Qua ratione inhibitionem Pontificis ſententiæ eius contemptui habitam dici à monaſterio non potuit, à quo nihil actum contra Epiſcopum eſt, cuius ſolius cauſa inhibitio emanauit. Atque in ſpecie litis cum vno pendētis exceptionem impedimento non eſſe, quo minus contra alium iudicium procedat, Corn. notat *in conſ. 220. col. 2. circa med. verſ. ſed etiam ſi cauſa reſcipionis contractus lib. 4.*

Non obſtat, locum reſponſioni huic non videri, cauſæ connexitate interueniente, ita quod perfici aduerſus Comitem executio non poſſit, quin Epiſcopi ius lædatur. Reſponſione multiplici argumentum hoc diſſoluitur. Principio locum tum denique habet, ſi appellatio interpoſita à ſententia ſacri conſilii Neapolitani per Epiſcopum eſſet: cauſa alia eſt, quotiens iudicium nouum à tertio citra appellationem inſtituitur. Ibi n. ſciens tertius ſententiæ fuit, neq; interpoſita ab eo appellatio eſt, impediri ab eo executio non poteſt, etiam ſi tertii ius per executionem ipſam læditur, vt Inn. not. *in c. cum ſuper in princ. & nu. 9. in ver. appellationem. ibiq; Ant. de But. col. 3. in prin. verſ. vbi dixi ipſum poſſe impedire. & verſ. vbi autem ignorant. de re iudic.*

Sed dixerit hic aliquis, appellatione Inn. cæteriq; poſtulare ad executionem impediendam videntur: quoniā per appellationē iudici à quo inhibetur, ne ad executionem procedat, nouive quicquam appellatione pendente moliatur. Effectū plane inhibitionis huius hic verſari: ſiquidem inhibitum monaſterio ante ſententiam eſt, ne in perniciem Epiſcopi litiſve pēdentis aliquid audeat: eam ob rem citra attentati vitium executionem impletam à monaſterio non eſſe. Sed reſpondetur ratione alia appellationem exquiri, quotiens litis ſciens tertius eſt, videlicet, quoniam iudicati effectus per appellationem ſuſpenditur, vt apud Bart. Alex. tradit *in l. 1. §. fi. ff. ad Turpillia.* poſteriores *in rubr. extra de appel.* Cæterum ſuſpenſione ceſſante, id eſt, appellatione non interpoſita, impediri ex lite tertii executio non debet, qui ſciens actori reo ſententiæve fuit.

Secundo reſpondetur, locum hic argumento non eſſe, vbi ſimplex abſolutaq; inhibitio non verſatur, at limitata quantū ad Epiſcopum. Cæterum, quod ad Comitē attinet, expreſſim cauſa remiſſa ad conſilium ipſum Neapolitanum eſt. Pontificis igitur inhibitio ad Epiſcopum ſeu Epiſcopi cauſam reſtricta, protendi ad Comitem non debet *l. in agris. ff. de acq. rerum domi. l. non modum. ibiq; Bal. & in l. ſi quid. C. de ſeruitut.* atq; in prohibitione limitata Dec. tradit *in conſ. 425. nu. 3.*

Sed obiecturus iterum quiſpiam erit, ſatis eſſe quoad Epiſcopum prohibitionem durare: ob id cum reponi molendinum citra Epiſcopi læſionem non potuerit, diruendum id eſſe. Reſpondetur, inhibitionem † hanc reſpectu Epiſcopi, & remiſſio- 7 nem ratione Comitis, ſecundum ius commune interpretandam. *c. cauſam quæ. de reſcrip. c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo. de off. deleg. cap. licet. de præb.* Innoc. *in c. olim. de verb. ſig.* idq; locum verba etiam offendendo habet. gl. *in c. paratae. in ver. prodeſſe. 23. q. 1.* Ruin. *in conſ. 123. num. 18. lib. 3.* Itaq; ſic interpretari & reſtringi inhibitionem hanc Pontificis decet, ne quid lite pendente, contra Epiſcopū fiat, contra quam prohibitum iure eſt. Quocirca ſi iure communi executio fieri lite illa apud curiam non impediente potuit, effectum vllum inhibitio illa non habet.

Videamus igitur, vtrum ad executionem perduci ſacri conſilii Neapolitani ſententia potuerit, lite illa apud curiam non obſtante. Et quidem impleri executionem potuiſſe magis eſt dicere. Cuius rei gratia ſciendum, quotiens liti inter alios † apud laicum iudicem inſtitutæ voluntarie clericus, 8 nullaque alterius defendendi neceſſitate compulſus ſe offert,

ius

los ſibi in re eſſe controuerſa contendens, ita vt dictari libellũ, iudiciumque contra eum fundari neceſſe non ſit, cum peragi illud contra reum conuentum poſſit, iuriſdictioni iudicis laici clericum eum ſubiici, neq; exceptionem ei declinatoriam dari, vt Ant. de Butr. docet *in c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper. num. 19. ibiq; Abb. in § in alio num. 18. vt lite non conte.* Inde fit, vt cum executioni ſententiæ inter laicos latæ clericus contradicit, eamq; impedire certat, apud iudicem ipſum profanum cognoſci contradictionis ſeu oppoſitionis cauſam oporteat: quandoquidem voluntaria oppoſitio eſt, vt Anch. ſcribit *in conſ. 333. ad dubia. col. 2.* Soc. *in conſ. 106. num. 7. verſ. iſta reſponſio ex plurimis probatur. lib. 4.* cui ſententiæ ſeruire & Soc. ipſe videtur *in conſ. 91. nu. 13. ver. confirmatur ſeptimo lib. 3.*

Secundo obſeruandum, ſcientem Epiſcopum Sarni litis cõtra Comitem fratrem eius iam vſque ab initio eius fuiſſe: quæ
9 ſcientia † ex pluribus oſtenditur. Principio ob tantam coniunctionem *l. Lucius. ff. vnde cogn. l. de tutela C. de in integ. reſti. minor.* Doct. *in l. 1 ff. ſi cer. pet.* Idq; locum in facto haud dubie habet, quod ſucceſſiuum eſt, vt Alex. notat *in conſ. 17 col. fi. circa med. verſ. vel illud eſt verum lib. 1.* Curt. ſen. *in conſ. 14. nu. 3* Soc. iun. *in conſ. 172. num. 6. lib. 1.* De quo genere lis eſt. Rurſus per coniunctionem hanc ſcientia omnino præſumitur, cum notæ lites eſſe inter coniunctos ſoleant, ex eo, quod Soc. iun. ſcribit *in conſ. 180. nu. 88. lib. 2.* Tertio, coniunctione etiam ſanguinis remota, ſcientia litis huius nihilominus præſumitur, ob facti ipſius grauitatem & momentum tam ratione perſonarum litigantiũ vnius monaſterii Carthuſienſis cum Comite, quam ratione rei controuerſæ, de qua lis agitur. Facti. n. ſeu litis tam memorabilis ignorantiam cauſari, nec ob temporis vetuſtatem Epiſcopus poteſt. *c. cum illorum. §. verũ. de ſen. exc. can. quod dicitur. 16. diſt.* Abb. *in conſ. 3. quæſt. 17. & in conſ. 42. n. 2. verſ. & à contrario. lib. 2.* & apud nos *in conſ. 134. col. 8. in princ.* Quarto, litis huius ignorantiam cauſari Epiſcopus non poteſt, ſanguinis etiam coniunctione ceſſante: quoniam manifeſta aut notoria ea prope videntur, quæ in iudicio fiunt, propter hominum multitudinem, qui conuenire ad iudicia ſolent, quotiens frequentes actus ipſi interueniunt, vt Aret. ſcribit *in conſ. 41. viſo non. circa fi.* eodem Aret. ſpectat *in conſ. 11. col. 3. circa med. v. 7. ex his inferitur, ignorantiam conſuetud. nõ notoriæ ab eo fruſtra allegari, qui ea ciuitate eſt.*

His ita prænarratis, inhibitionem hanc Pontificis ad caſum hunc minime pertinere, etiã quod ad epiſcopum attinet, euidenter oſtenditur. Namque cum ſciens epiſcopus litis huius eſſet, ſi ius ſuum potius in bonis controuerſis, quam litigatorum eſſe aliorum putabat, ſeq; pro ſolido dominum bonorum cõtrouerſorum eſſe credebat, cur nõ ad iudicium illud inſito ipſo apud ſacrum Neapolitanam Senatum acceſſit? cuius iuriſdictionem de bonis his epiſcopi etiam reſpectu fuiſſe, demonſtratũ modo habemus. Quod ſicut omiſſam ab epiſcopo ipſo litem-
30 que inter † alios de bonis ipſis diſceptari paſſus eſt: itaque acta inter monaſterium & Comitem epiſcopo ipſo ſciente & patiente ſunt, epiſcopo ipſi nocẽt. & quidem ad proprietatẽ ipſam præiudicium hæc trahunt, ſiquidem priore loco ius ſibi epiſcopus competere, quam fratri Comiti aſſerat, vel ſi cauſam habere à Comite diceret. *l. ſæpe ff. de re iudi. c. pen. extra eodem tit.* Sin autem extra caſus illos duos ius ſibi in bonis controuerſis epiſcopus vendicet, poſſeſſionemq; eorundem apud ſe eſſe contendat, in poſſeſſione certe præiudiciũ patitur, ne prohibere poſſit, quo minus executio fiat, vt Innoc. not. *in c. cum, ſuper. in prin. & numer. 9. ibiq; Anto. col. 3 in prin. verſ. vbi dixi de re iudi.* Idem Innoc. *in d. c. pen. in prin. ibiq; Ant. nu 1. in fi. verſ. ſuppo. contra regulam. eod. tit.* Neq; Abb. ſententia mouet *in d. c. cum ſuper. num. 17 verſ. hoc præmiſſo cum quæritur. & nu. 18.* locum ſententiæ huic non viden, quotiens apud tertium ipſum poſſeſſio eſt, quod idem Abb. ipſi placet *in conſ. 89. num 6. & ſeq lib. 1. & in conſil. 3. q. 10 lib. 2.* Quoniam ſententiam diuerſam crebriorem Abb. ipſe teſtatur *in d. c. cum ſuper nu. 17. verſ. ſed contrarium tenuit ipſe Innoc.* Eandem opin. Calder. probat *in conſ. 9. verſic. ſecunda ſumma. de re iudic.* Rota *deciſ. 479. ſi ſententia fuit lata in nouis.* vbi pro expedito habet, executionem cõtra tertium poſſeſſorem ſcientem fieri, quamuis plene cognoſcendũ de exceptione tertii dicat. à quo ignorantia litis allegatur. Eandẽ ſeñtiam Ægid. amplectitur *dec. 712. ſecundum dominos.* quem Fel. ſequitur *in d. c. 1. pen. in fi. de re iud.* in eadem ſeñtia Bald. eſt, *in d. c. cum ſuper nu. 3. ibiq;* Anto *col. 4 ante med. verſ. ſecundo exigitur.* vbi in caſu d. c. in quo
31 appellatio Epiſcopi Oneteniſis, † quaſi tertii, ad executionem impediendam exquiritur, non aliter admittendã appellationem ipſam ſcribunt, niſi ſua intereſſe oſtendat. Deinde quæritur quale eſſe probationẽ intereſſe oporteat, plenam an ne an ſatis ſummaria ſit. Et ſummaria conſenti probatione ſunt, q̃ ex probatione poſſeſſionis ſolius deſcendit, cum rẽ controuerſam ſe poſſideri tertius oſtendit. Non obſcure igitur Ant. cum Bal. volunt, neceſſariam appellationẽ in tertio poſſeſſore ſciente eſſe, vt executionẽ impediat: ſiquidẽ alias executio contra eum appellatione ẽt omiſſa non fieret: conſequenter poſſeſſori tertio ſcienti acta inter alios nocere. Euiſdẽ ſeñtiæ Anch. eſt, ſi ſedulo expenditur, *in conſ. 333. ad dubia. nu. 4.* ibi n. tertio ẽt qui poſſidet, executionem non impedire ſcribit: ſiquidẽ apud tertiũ poſſeſſio in caſu ſuo erat: & tñ cum non impedire executionẽ ait, ex textu argumentatur *in d. c. cum ſuper.* Vnde locũ textui *in d. c. cum ſuper.* generaliter Anch. exiſtimat, ẽt ſi apud tertiũ poſſeſſio ſit. Sententiam hanc perſpicue ẽt Ant. de But. probat *in d. c. cum ſuper. col. 3. in pr. verſ. vbi dixi ipſum poſſe impedire executionẽ, ſiue poſſidendo, ſiue non, &c.* Alex. *in d. l. ſæpe. n. 115. in fi. ff. de re iudi.* Itaq; ſi ratione poſſeſſionis ad præiudicium epiſcopi acta illa inter monaſterium & Comitẽ pertinent, nihil eſt, q attentatũ quicq̃ lite pendente apud curiam epiſcopus queratur: quandoquidẽ executionẽ illam pati metro epiſcopus debuit, qui ſciens prudensve ad iudicium illud non acceſſit, iuriũ ſuorũ docendorum cauſa, ſi qua ſibi eſſe putaret: quorũ cognitio ad conſilium ipſum factum haud dubie ſpectabat. Inualeſcit argumentũ hoc, ſi ius læſum epiſcopi ex actis illis eſt, ẽt ſi apud eum poſſeſſio vere fuiſſet. Quid hic dicendum, vbi, ſi veritatẽ amamus, poſſeſſio vlla rei controuerſæ nunq̃ apud epiſcopũ fuit? Conſequens his fit, vt inhibitionẽ illam ſuperioris ad iuris communis præſcriptum interpretando, attentati prorſus vox ſileat: cum attentatũ quicq̃ omnino non ſit, at iure concedente executio impleta. *d. l. Gracchus. C. d. adulte. c. cum eccleſ. a V ult. rana de elect. c. cum vinea. de verum permu. c. qui peccat. 23 q. 4. c. omnium. 4. diſtin.* Atque in ſpecie in his attentatã non cadere, q̃ iuris permiſſu, lite pendente fiant, ex tex. probatur *in l. ſecundum. § pen. ff. qui ſat. cog. gl. in l. imperatores. § ſi in ver. ab aduerſario. ff. de appel. gl. in c. non ſolum in gl magna, in fi. de appella. lib. 6. & in clem. 2. vt lite pendẽt.* Old. *in conſ. 183 circa præſens. in 3 dubio.* Pau. de Caſt. *in d. c. nſ 346 formæ apoſtolica. n. 2 circa fi. lib. 1.* Imola *in c. cupientes. § quod ſi per v. gl. ſi de electio lib. 6.*

Secundo principaliter iure licito executionẽ hanc factã, neque attentati iure eam reuocandam, ex Calca. demonſtratur *in conſ. 76. n. 7.* vbi quicquid in petitorio fit, q ad cauſam poſſeſſoriam attinet, tertio ſcienti præiudicium ex actis cauſæ poſſeſſoriæ fieri omnino ſcribit. Vnde ſicut poſſeſſoriũ à monaſterio inſtitutũ non minus atq; petitoriũ eſt: ita reſpectu poſſeſſorii & executionis eius præiudiciũ epiſcopo factum omnino eſt, ẽt ſi vere apud eum poſſeſſio fuiſſet, q ipſum tñ nequaq̃ admittimus. Tertio item ſcienti præiudiciũ fieri licite magis ex Soc. probat *in conſ. 158. n. 21. & ſeq. li. 2.* quo cũ Rui. cõſentit *in conſ. 49. n. 10. lib. 4.* & quo ẽ dubitatio minor non paulo in caſu iſto cõtrouerſo, q̃ Soc. eſt: ſiquidẽ in caſu iſto epiſcopus quaſi tertius in executione contradixit, defenſioneſq; præſtitit, quib. non mouentibus, pronunciatũ eſt, executionem implendã, quo caſu Soc opin. amplectendã haud dubie putem, q̃ dubiam alioquin exiſtimo: ſiquidẽ caſus magis diuerſos in caſu ſuo tertio facere, q̃ diuerſitatis reddere rationem videmus, vti ſcriptum habemus *in l. 1. in pr. ff. de acq poſ.* circa poſſeſſionis ciuilis tractatum.

Tertio, acta iſta monaſterii cum Comite perniciaſia Epiſcopo ſcienti eſſe oſtenditur: quib. caſib. † damnoſa aliis res eſt inter 32
ter alios acta; locum id non habet, ſi per colluſionem geſta res ſit. Bald. *in l. ingenuum nu. 1 in fi ff. de ſtatu homi. & in l. 2. nu. 4. C. quib. res iudi non noc.* Soc. *in conſ 18 nu. 26. lib. 1.* Alex. *in d. l. ſæpe. n. 76. ff de re iudi.* Per contrarium, quib. caſib. aliis res non officit, quæ acta inter alios ſit, obſtatura tamẽ erit, colluſione tertii cum reo in actoris perniciem interueniente, vt eadem ſit contrariorum diſciplina *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris l. & ſi contra. ff. de vulga. l. ſi. § ſi. ff. de leg. 3.* Colluſio plane epiſcopi cum Comite in monaſterii nece ex pluribus oſtenditur. Principio ex ſcientia, cum ſciens litis huius haud dubie epiſcopus eſſet, ad eam tamen accedere iuſque ſuum proponere, ſi quod ſibi eſſe putabat, curæ non habuit: ex qua ſcientia dolus arguitur, quod monaſterii defatigandi cauſa id omiſerit. *l. ſi procuratorem. § dolo & l. dolus. ff. manda.* cum aliis apud nos relatis *in conſil. 115. colum. 1. & in conſil. 142 numer. 20.*

Secundo colluſio, & dolus ex tarditate præſumitur, cum ſciens Epiſcopus litis ſub ipſum primordium eſſet, in id temporis tamen iudicium extractum ab eo eſt, uno concluſa iam cauſa erat : quę dilatio ob cauſam aliam facta præſumi in tempus tam longum non poteſt, niſi monaſterii inquietandi gratia, vt cum præter ſententiæ prolationem executionemve eius aliud non ſupereſſet, tum vero ad initium ipſum ex lite illa recenti negotium rediret. Ita ex tarditate dolum Caſtr. colligit *in conſil. 281. in cauſa iſta quam ,col. 1. & in conſ. ſeq. col. 3 ante med. lib. 1.* Ancha. *in conſ. 234. caſus talis eſt col. 1* cum aliis apud nos adductis *in conſ. 75 n. 9. in conſ. 171. nu. 7.* Vbertus *in conſ. 298. num. 17.* veri quippe ſimillimum eſt, in id temporis dilatum Epiſcopi iudicium non eſſe, ſi bonum ſecum ius facere cognouerat : argum. *l. cum de indebito. ff. de probat.* Id quidem in primis, quod ad eccleſiam bona controuerſa ſpectare Epiſcopus aſſerit: in quib. defendendis † peccato lethali vetiti prælati incuria ſeu negligentia ſolet, Calderi. *in conſil. 4. in fin. de conſue.* per text. *in cap. dictum. 81. diſtin. & in cans a interitu. 1. q. 1.* Idem ex tex. probatur *in clem. 1. ubique Card. in ultimo nota. de vita & hone. cleri.* & apud nos *in conſ. 132. nu. 4* Inde fit, vt æque ob negligentiam atque dolum prælatus deponatur, vt Cardi. tradit *in clem. 1. quæſt 8 in fi. de æta. & qualit.* Chaſſan. *in conſ. 58. col. 4. poſt med.* Gomeſ. *in regu. de triennali in Epilogo caſuum negligentiæ. col. 1 poſt med pag. 806 & col. 4. verſ. 156. pag. 818.*

Tertio, ex Decio coniectura hæc colluſionis iuuatur *in conſ. 105.* ſuſpicione calumniæ eum teneri, à quo quid fit, aut probatur, poſtquam ſuccumbere ſe videt: Indeq; fieri, vt teſtibus publicatis, producere alios non liceat ſubornationis formidine: *auth. at qui ſemel. C. de probat.* Eadem ratio Epiſcopi videtur, qui vbi deſperabilem prorſus cauſam fratris cognouit, ad litem hanc nouam conflandam animum appulit. Idem n. iudicium eadēque commentorum conditio atq; ſui videtur *c. ſicut nuncii. de ele. lib. 6 c. quoniam de immunit. eccleſ. eo. lib. c. quicunq, de ſen. exc. eod. lib.* Sed rem propius gl. attingit *in c. dilectus in gl. pen quod met. cau.* metum iuſtum æſtimari, non minus vbi eorum nec his quis timet, atq; ſibi: de quo apud Bart. & alios *in l. de pupillo. § ſi quis ipſi prætori. q. 9. ff. de op. no. nunciat* Soc. *in l. a. in 4. nota. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.* Vnde nihil intereſt, vtrum cauſæ ſuæ admittendæ Epiſcopus timeret, an fratris.

ſtren. *num. 5. ne quis eum in quo tutelæ. ff. de cap. dimin. l. in delictis. §. ſi ex-
traneum ff. de noxal. l. 1. §. item illud. ff. ad Syllania. l. quæſitum. §. 1. ff. de leg. 1.
l. in diem. ff. de cond. & demonſt. l. 1. §. ait prætor.* Ibique Bartol. *ff. ne quid
in flum. pub. leg. Falcinius. §. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ea. l. prætor. §. docere. ff.
vi bon. rapt. c. quanquam. de vſu. lib. 6. c. 1.* Ibique Ioan. And. *de homicid.
eod. lib.* Bartol. *in l. diuus ff. de re iudic.* Quocirca cautum aduoca-
tum in articulis eſſe componendis oportet, vt verba legis aut
ſtatuti ſeruet. Bald. *in leg. ſi quis non dicam rapere. num. 3. in fin. C. de e-
piſc. & cler.* Ibique Ioan. Andr. refert *in d. c. 1. de homicid. lib. 6.* In can-
dem ſententiam Bald. ſcribit *in l. his qui ad curtilan. numer. 7. in fin. C. de
appella.* Qui conditionem ex lege intendit, verbis cum vti legis
debere. Quæ duo Bald. dicta Socin. refert *in conſil. 55. in prin. lib. 1.*
Conſequens his liquidiſſime fit, qualitates decreti ab aduerſa-
rio legitime docendas. Idq; in decreto hoc exorbitanti locum
in primis habet glo. *in Cle. fin. de reſcr.* vbi quia exorbitans erat, ille
eſt probari omnia oportet quæcunque ſcripta in eo ſunt. Tra-
dit Bald. *in conſ. 403. quod non ſit ſufficienter. ante fin. lib. 5.* Signorol. *in
conſ. 81.* Rom. *in conſ. 161. conſtitutio.* Corn. *in conſ. 87. in conſ. 165. colu. 2.
circa med. lib. 3. in conſ. 50 col. 1. in conſ. 65. colum. 1. in fin. & in conſ. 323. col. 2.
lib. 4.* Iaſ. *in conſ. 9. colum. 7. lib. 1.* Inde doctoris aut aduocati vnius
mentem ſatis mirari nequeo. Cui pudori non fuit, illud in iudi-
cio ab alio contra D. Hectorem illato aſſerere, probandi onus i-
pſius D. Hectoris eſſe, extra cauſas permiſſas alienatam feudum
eſſe. Iuriſq; præſumptionem eum eo facere, cui alienatum feu-
dum ſit. in qua re lapſum doct. euidentiſſime conſtat.

Regulis iuris igitur cum domino Hectore facientibus, reli-
quum illud erit, vt diſpiciamus, fides ne legitime facta exce-
ptionum à regula ſit, id eſt, ob cauſas neceſſarias, de quibus de-
cretum meminit, ſecutam alienationem eſſe. In qua re monen-
32 di ſumus, cauſas † neceſſarias ita intelligi, ſi initio ipſo cùm æs
alienum contrahitur, neceſſitas contingit dotis puta aut dona-
tionis propter nuptias conſtituendæ vel ſoluẽdæ cauſa, ob per-
ſonam redimendam, quæ apud hoſtes ſit. Ob vitã ſubſtentan-
dam, ſi grandine forte aut calamitate qua alia conſumpti fru-
ctus ſunt. Cauſa alia eſt, ſi initio ipſo libidine aut voluntarie no-
men contractum debitoris ſit; quod diſſolui poſtea neceſſe eſt
iuxta l. in commoda l. ſicut. C. de actio & oblígat. Ad neceſſitatem enim
id genus, quæ ex debito contracto deſcendit, neque initio ipſo
ſuberat, decretum non pertinet, quo ob debita neceſſaria feudi
alienandi facultas datur. Idque argumentis & rationibus non
paucis demonſtratur.

33 Et primum quidem ex regula † illa notiſſima, cauſam pri-
mam ſpectandam, à qua poſterior omnis formatur euentus. *l. 1.
circa fi. C. de impo. lucra. de-crip. lib. 10. ſed an vltro. § fin. ff. de neg. geſt. l. etiam.
§. 1. verſ. idem erit dicendum ff. de pet. here. l. in venditionibus. in fi. ff. de contra.
emptio. l. ſi heres. ff. de actio emp. l. ſi mihi Sempronius ff. de leg. 1. l. peto. §. præ-
diũ. ff. de leg. 2. l. fundo. ff. ad leg. Falc. l. ſi quod. ff. donat. l. ſequitur § ſi ex lana.
ff. de vſucapio. l. tutor datus. ff. de fideiuſſ. l. ſi filiusfamilias. in fin. C. ad Ma-
cede.* vnde ſi voluntaria cauſa prima debiti contrahendi fuit, ad
rem attinere neceſſitas non debet, quæ à cauſa ipſa voluntaria
deſcendit. Proinde quaſi à radice infecta neceſſitas iſta produ-
34 catur. Sed † enim fructum aut effectum vllum ex radice vitioſa
non naſci palam eſt. *l. fin. C. de natu. lib. c. ſicut. cap. cum inter vos. de re iu-
dic. c. vulneratus. 1. quæſt. 1.* Itaque illud demum obſeruandum, ne-
ceſſitas æris alieni conflandi initio ipſo fuerit.

35 Secundo ex tex. Sententia hæc iuuari † non mediocriter vi-
detur *in l. ſi tamen. ff. ad Macedon.* vbi cum de eo inquirimr, illicite
an non filiofamilias credita pecunia ſit, initium ſpectari con-
tractus oportet. Ratio eadem facit, vt cum illud diſceptatur ne-
ceſſarium ad non debitum fuerit, propter quod alienatio per-
mitti feudi debeat, initium ſpectari oporteat, quod debitum
contractum ipſum eſt. Initium item contractus inſpiciendum
expreſſim text. ait *in l. ſi ad quod. §. ſi plus. ff. pro ſocio.*

36 Tertio quoties ab altero vnum † deriuatur, Primum obſer-
uari, non poſterius conueniat. *l. procuratorem. in prin. ff. manda. l. 1. §. i-
dem Pomponius. ff. depoſit.* Anchar. *in conſ. 28. rationes inducta. n. 1 circa fin.*
Proinde cum neceſſitas debiti exoluendi à cauſa contrahendi
dependeat propter quam contractum debitum eſt, cauſam i-
pſam primam ſpectari, non poſteriorem oportet, hoc eſt, verum
in contractu ipſo neceſſitas interuenerit.

37 Quarto ex tex. ius hoc confirmatur † *in l. cum filius. §. heres. ff. de
leg. 1.* falſum nõ dici, quod primordio veritatis fulcitur. Per con-
trarium, verum non erit, quod falſi principio inſinuatur ab op-
poſitis argumentando. *leg. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. l. fin. §.
fin. ff. de leg. 3.* Eadem ratione neceſſarium debitum quantum ad
alienationem feudi & perniciem ſucceſſorum non erit, cuius
voluntarium initium eſt.

Text. huc quinto accedit † *in l. clam poſſidere. in princ. ff. de acquir. 38
poſſeſſ.* In clandeſtina poſſeſſione diiudicanda initium ſpectan-
dum, occulte ne occupata initio ſit. Quare ſi illicita initio oc-
cupatio fuit, ad rem non attinet, ſi in manifeſto poſtea res poſſi-
detur. Viceque contraria ſi publica occupatio fuit, clandeſtina
ex latitatione ſuperueniente non fit. In debito igitur neceſſario
æſtimando initium ipſum ſpectandum, cum id contrahitur. Ini-
tium item obſeruandum ſimpliciter Petrin. Bellus ſcribit Cel-
ſitud. ducalis Conſiliarius *in tract. de re milit. parte 10. tit. 2. nu. 34.*

Sexto ex Bald. id iuniore ſignificantius † declaratur *in l. 1. num. 39
168. ff. ſolut. matr. & in tract. de dote. parte 7. priuil. 1. colum. 6. verſ. & intelli-
ge, quod tempore emptionis.* Vbi quod dicitur, leg. Iuliam de fundo
dotali non alienando, ad alienationem non pertinere, quæ vti-
lis mulieri eſt, & vnde melior eius conditio fit, in ea demum a-
lienatio obtinet, quæ vtilitatem mulieri initio ipſo affert, cum
alienatio fit, neq; ad rem attinet, ſi mulieri prodeſſe poſtea in-
cipit. quoniam ſi vitioſa initio alienatio eſt, robur accipere ex
vtilitate non poteſt, quę poſtea accidit. Ratio eadem alienatio-
nis feudi, quæ decreto permiſſa ob cauſam debiti neceſſarii eſt,
vt initio ipſo ſubeſſe neceſſitas debeat, neq; firmitatem ex ne-
ceſſitate capiat, quæ initio ipſo non erat, cum nomen factum,
debitoris eſt. ¶ Septimo ius illud vulgatiſſimum ad ſenten-
tiam hanc confert. † qualitatẽ verbo adiectam verbi ipſius tem- 40
pore exquiri. *l. ſi venditum. §. ſi. ff. qui ſatiſd. cog. leg. in delictis. § ſi extraneum. ff.
de noxalib. l. Titius.* Ibiq; Bar. *ff. de milit. teſt. c. Raynald. de teſt.* Bart. & alii
in l. ex facto. ff. de vulg. Ea de re cum debita neceſſaria decretum ex-
poſtulet, eo tempore contingere neceſſitatem oportet, quo
debitum ipſum contrahitur.

Textu Octauo concluſio † hæc fulcitur *in l. ſi quid in ſeruitute. in 41
princip. ff. de furtis.* ad qualitatem furti iudicandam, manifeſtum
necne ſit, initium ipſum obſeruandum, quo admiſſum furtum
eſt. Ratio eadem facit, vt ad qualitatem debiti cognoſcendam,
neceſſarium vel non ſit, ſpectari initium oporteat, quod debi-
tum contractum ipſum eſt.

Nono Ang. huc † teſtimonium pertinet *in conſ. 110. ſanctiſſima. 42
n. 6. poſt med.* proceſſionem omnem à principiis ſuis eſſe. ex Philo-
ſopho *1. de Cœlo.* Galeno *de criſi c. 8.* Idem Bald. ſcribit *in l. curatoris.
nu. 5. in fin. C. de neg. geſt.* actionem omnem à principiis ſuis regi.

Decimo immediate † verba, hoc eſt, ſine medio aliquo intel- 43
ligi non mediare debent. *l. ſi vehenda. §. 1. in verſ. tranſtulit. l. 1. ſed & in pr.
no. verſ. traiecta. ff. ad l. Rhodiam, de iactu. l. qui liberis. § hæc verba. ff. de vulg. l.
& ſi transferam. ff. de adimen. leg. c. antiqua. de priuil.* Et propter quod de
neceſſariis debitis decretum loquitur, pertinere ad ea debebit,
quæ neceſſaria per ſe aut immediate ex legis diſpoſitione aut a-
liter ſine facto ipſo contrahentis ſunt. Scite huc Aret. dictum
quadrat *in l. 1. in prin. num. 10. ff. de acquir. poſſeſſ.* rei cohærere id dici,
quod immediate, non re aut iure alio mediante cohæret pec
rear. *in l. vt lege cenſoria. ff. de verb. ſignif.* cui dicto conſequens erit ne-
ceſſarium debitum ita dici ad quod agnoſcendum immediate
quiſpiam ſine facto quo ſuo voluntario adſtringitur.

Vndecimo ſi ad neceſſitatem decretum trahimus, quæ ex
debito naſcitur, quod † voluntarium initio fuit, id eſt, neceſſita- 44
te vlla non cogente contractum, non recte neceſſarium id di-
cetur. Imo enim voluntariũ quoad iuris effectum, hoc eſt, vo-
luntarie contractum æſtimabitur *leg. ſi fideiuſ. § primo.* Ibi ipſi ſibi
neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit. *ff. qui ſat. cog. l. ſi mulier. in princ.*
ibi, quia hunc ſibi metum ipſa offert. *ff. quod met. cau. leg. interdum.
in fin. ff. de iudiciis.* Ibi cum ſua ſponte ſibi hanc obligationem con-
traxerit. *l. veteres. in fin. ff. de itin. actuq. priua.* Ibi quia ipſe ſibi impedi-
mento ſit, quo minus reficiat. Eodem tex. non inſcitus accedit
in c. quicunq. el. 2. 12. qu. 2. Inuitum non dici qui ob promiſſionem
voluntariam ad promiſſi ipſum implendum aut promiſſi ſo-
lutionem faciendam vrgetur. Qui tex. mirum, ni iugulum quæ-
ſtionis petat, eamq; ſolus dirimat, neceſſarium debitum non
intelligi, quod cõtractum initio voluntarie eſt. In eandem ſen-
tentiam gloſſ. ſcribit *in c. requiſiuit. de ſponſa.* liberum aut volun-
tarium matrimoniũ non ideo minus cenſeri, quod ad id contra-
hendum compellitur qui iureiurando ſe adſtrinxit. Eiuſdem
generis tex. non ſpernendus *in c. 1. & c. queris. de æta. & qualit. in c. in-
nota*

num. 60. diſtinct. Inuitum ad ordines ſacros promoueri non
intelligi, qui ob beneficium acceptum ad eos vrgetur. Ex qui-
bus teſtibus ſenſu ipſo communi ſubnixis apertiſſime declara-
tur: neceſſarium, an voluntarium debitum æſtimetur, initium
ipſum ſpectandum: neceſſario ne; an voluntate contractum
principio ſit. Quare ſi neceſſitate contractum vlla cogente non
ſit, voluntarium id initio habendum perſpectum erit. Ita enim
matrimonium neceſſarium aut coactum ius ducit, ſi promiſſio-
ne nulla intercedente ad id quiſpiam compellitur. Ita ordines
ſacros neceſſario quis ſubire creditur, ſi cum beneficium vllum
non habet, nolens eos ſuſcipit. Ita inuitus quis quid ſoluere aut
neceſſario facere æſtimatur, ſi cum ſponte non promiſerit, ad id
adigitur. Eodem pertinent, quæ ſcripta nſi in reſponſione ſe-
ptima ad clauſulam decreti ſunt, & ad ſubueniendum neceſſi-
tatibus ſuis aliis quibuſcunque, *in 82. 83. & ſeqq.*

Duodecimo ſi ad debita decretum trahimus, quæ neceſſaria
poſtea fiunt, quam contracta ſunt. Tametſi contrahendi neceſ-
ſitas initio non ſubeſſet, fruſtra atque inutilia verba illa pro de-
bitis neceſſariis erunt, quæ repetita tertio ſunt. Siquidem ne-
45 ceſſarium debitum † nullum non eſt, poſt quam contractum
apparet. *d. l. in commodato. §. ſicut. ff. commoda. l. fin. C. de action. & oblig.*
Quorſum igitur de neceſſariis toties exprimere, ſi de debitis o-
mnibus decretum ſenſit. *l. 3. ff. de leg. 1. l. 1. C. de fideiuſſ.* At enim non
46 ita † accipi verba oportet vt inutilia & momenti nullius fiant.
l. quando. in prin. ff. de leg. 1. l. qui concubinam. §. qui hortos. cum gl. ſi ff. de leg. 3.
l. hac ſtipulatio. §. dotis. ff. vt leg. nom. cauea. §. quibus in t. Conſtit. C. Idque
locum & in ſtricta etiam materia habet, cuiuſmodi priuilegium
eſt. *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. vn. C. de theſaur. lib. 10. c. ſecundum Hoſt. ſen-*
ſum. Ibique Abb. *de reſcript. c. ex his.* Ibique Abb. *de priuil.* Card. *in con-*
ſil. 136. num. 6. circa med. Dec. *in c. cum ordinem. col. 2. & in conſ. 356 colum.*
fin. Ius idem diſpenſationis, in qua ita accipi verba conuenit, ne
otioſa fiant. Cald. *in conſ. 6. in fin qui filii ſint legit.* Sed & idem in ma-
teria pœnali ſeruandum. *l. 1. in fin. ff. de calumnia.* Cuman. *in conſ. 41.*
col. 2. verſ. hoc tamen non obſtante. Iaſ. *in conſ. 1. col. fin. lib. 3. & apud nos in con-*
ſil. 101. num. 13. in fin. In renunciatione etiam ita verba intelligen-
da ne ſterilia maneant. Bart. ſcribit *in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum nu-*
mer. 2. verſ. quarta fuit opinio. ff. ſi quis caution. Aret. *in conſ. 104 breuitas.*
num. 9. circa fin. verſ. vltimo hoc clare patet. & apud nos in conſ. 135. num. 24.
poſt med. Et alia non pauca. De quibus inferius num. 340 & pluribus ſeqq.

Hoc amplius ne ſyllabam quidem vagiam ab effectu eſſe ius
patitur, gloſſ. & Bald. *in l. 1. in prin. ff. quod metus cauſ.* Curt. ſen. *in con-*
ſil. 29 num. 4. verſ. & ſic illa verba. & apud nos in conſ. 197 num. 4. Quid
in verbo hic neceſſariis dicendum toties repetitio erit, quoties
de debitis facta mentio eſt.

47 Inualeſcit arg. hoc namque † correctio iuris ponus admitti-
tur, quam vt ieiuna, atidane verba fiant. *authent. ex teſtam.* Ibique
Fulg. Rom. & poſteriores. *C. de collat.* Cald. *in conſ. 13. in prin. de preb.*
& apud nos in conſ. 92. num 5. & in d. conſ. 101. num. 13. Ratio maior non
paulo facit, vt effectum quem habere verbum neceſſariis ſæ-
pius repetitum debeat. Quatenus ita intelligendo, iuris com-
munis feudorum offenſio excluditur quo nec ob debita neceſ-
ſaria feudi alienationem permitti reſtatu ſupra habemus. Cum
48 ita decretum intelligi † aut ſtatutum debeat, vt quam minime
poſſit, iuri communi derogetur. *l. patronus. §. ſi quis eſſet. ff. de bonis li-*
ber. l. Ceſar ff. de publica. l. conſtitutionibus. Ibique Bartol. *ff. ad municip. l. vt*
gradatim. §. ſed ſi leg. ff. de muner. & honor. l. ſi quando. in princ. C. de inoffic. te-
ſtam. cap. in noſtra. de iniur. c. 1. & 2. de filiis presbyt. lib. 6. gl. in l. damni. t.
§. ſi is qui vicinus. in verſ. aliquas. ff. de damn. infect. gloſſ. & Doct. *in l. fin.*
§. in computatione. in gloſſ magna in fin. C. de iure delib. & alia innumera. De
49 *quo etiam vberius infr. num. 319.* Interpretatio hæc igitur † admit-
tenda, per quam commune minus feudorum ius læditur, vt-
pote fauorabilis. *gl. in c. ſtatutum. in verſ. numerandam. de prabend. lib. 6.*
quæ extenſionem agnoſcendam in correctoriis ſcribit, vbicun-
que ita extendendo ad ius ipſum commune redimus. De qua
gl. non citra commendationem & ornamentum eius, Iaſ. me-
minit *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in 4. not. ff. de pactis.* Inde non illepi-
de Anchar. ſcribit *in conſ. 37. contra Ioannem colum. 2. circa med.* Illud
vti fauorabilius ſpectandum, quod iuri conſentaneum com-
muni eſt. *Pro gl. ſententia. in d. c. ſtatutum. text. etiam vocatur in c. 2. de deci.*
libr. 6. Quem text. Crot. nominat *in l. omnes populi. num. 213. ff. de iuſti-*
tia. & iur. & in rub. ſol. matrim. num. 26. Alia in ſententiam hanc iu-
uandam Caſſador. etiam affert *deciſ. vn. num. 2. de pactis fol 35.*

Decimotertio per interpretationem hanc non modo iuris
communis feudorum læſio excluditur, ſed & agnatorum aut
50 ſucceſſorum ius in feudo † conſeruatur, ne ad feudum pro libi-
dine & citra neceſſitatem alienandum occaſio præſtetur, ob id
potiorem ex capite hoc etiam haberi interpretationem hanc
oportet. Siquidem fauorabilis interpretatio exiſtimatur, vnde
ſubditorum & vaſallorum bona ſalua fiunt. *l. fin. ff. de legibus. l. 1. §.*
nunciatio fit. & §. iurisnoſtri. ff. de operis noui nunc. Signor. *in conſ. 21. n. 22.*
Inde fit, vt facilius quid conſequetur, quam nouum acquiratur.
Bart. *in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itinere actuq. priuat.*

Decimoquarto quæ ad voluntatem liberam † verba perti- 51
nent, reſtrictionem admittunt, potius quam tertii ius vulnere-
tur. *l. dotalem.* Ibique Bart. *ff. de milit. teſt.* Bart. *in l. cum filius. in fin. eod.*
tit. Rom. *in conſil. 116. viſis neceſſariis. num. 2. verſ. ſin autem quæratur.* D. *in*
conſil. 355. num. 6. Quanto magis quæ reſtringendi cauſa aſcripta
verba ſunt, intelligenda ſtrictim erunt, vt quo minus poſſit, ter-
tii ius minuatur. Enimnero verbum illud neceſſariis reſtringen-
di expreſſum nomine eſt, ne ob debita omnia paſſim alienare
feudum liceat, verum ob ea tantummodo, quæ neceſſaria e-
runt. Seu in quibus contrahendis neceſſitas interueniet. Ea ra-
tione ſtrictim intelligenda neceſſitas hæc erit, vt ad eam perti-
neat, quæ per legem aut alias citra factum meram vaſalli libidi-
nem ſeu voluntatem contingit.

Decimoquinto tolerabilius lex ducit, inertia verba aut frugi
nullius, † quam bnetoſa tertio fieri. *c. cum dilectus. & c. ad audien-* 52
tiam. de cler. non reſiden. gl. & Doct. *in d. l. fin. §. in computatione. C. de iure*
deliber. cum aliis apud nos relatis in conſ. 70. colum. fin. Quanto magis de-
cretum hoc iuri agnatorum perniciale intelligendum ita erit,
ne ineptum aut infructuoſum neceſſariis verbum fiat, quod
non ſine myſterio repetitum toties eſt, quoties debitorum
mentio in eo fit. Ex qua ratione interpretatio ſtricta adhibetur,
ne in totum tertii ius pereat, ita vbi in partem aut ex aliquo id
læditur, eam admitti interpretationem decet, vt quam mini-
mum poſſit, ius alienum elidatur Soc. *in conſ. 1. num. 5. verſ. ſecundo*
eadem concluſio confirmatur. lib. 3.

Decimoſexto quamuis vtilitatis † publicæ cauſa introducta 53
diſpoſitio ſit, reſtrictionem tamen patitur, ne damnoſa tertio
fiat. *l. 2. in fin. ff. ad municip. coniuncta l. Lucius. ff. de admin. tut.* ex quibus
ll. ſimul adiunctis ita Socin. docet *in conſ. 275. num. 12. verſ. nam licet*
alias lib. 2. Si contra vtilitatem publicam reſtrictionem in verbis
generalibus admittimus, ne tertio noceant. Quanto magis
quid reſtrictiuum verbum eſt, ſtrictim accipiendum contra pri-
uati hominis libidinem aut intemperiem erit, ne ſucceſſorum
agnatorum ius perimere pro arbitrio liceat, quod vtique fieret,
ſi ob debita ex voluntate contracta feudi alienandi licentia da-
tur. Ex textu argumentum hoc † præter Socinum, confirmatur 54
in l. ſi patronus. §. qui fideicommiſſariam. verſ. ſecundum quæ. ff. ad Trebell. vbi
diſpendio heredis fauor libertati non præſtatur, vt adire heres
propter fideicommiſſariam libertatem debeat, ex qua aditione
oneribus hereditariis adſtringitur, vtpote quæ ad fideicommiſ-
ſarium ſingularem libertatis non ambulant. Si libertati incom-
modo alieno lex non fauet, ergo nec vtilitati publicæ, quoties
vtilitati publicæ conſuli ſine priuatorum iniuria poteſt. Anch.
in conſ. 298. in territorio. num. 5. Rurſus ab eccleſia aut pia cauſa † ar- 55
gumentum deduci ad libertatem poteſt, vtcumque contraria. *l. 1.*
circa med. ibi ad hanc pietatis rationem. Ibiq; Bald. *C. de com. ſeruo manu.*
leg. contra voluntatem. ibi, contra vera pietatis. C. de teſta. ma. Bart. *in l. proxi-*
me. §. 1. ff. de his, quæ in teſta. delen. & in l. ſi vnus. in fin. ibique Iaſ. *C. de teſt.*
Alex. *in conſ. 96. col. fi. num. 14. lib. 3.* Iaſ. *in l. qui Romæ. §. Flauius. col. penult.*
num. 45. ff. de verb. oblig.

Decimoſeptimo non mediocriter ex eo interpretatio hæc
iuuatur, quod ſcribi † à doct. ſolet, ex cauſa etiam iuſta tertio 56
principem nocere in dubio non credi. vt Nellus tradit *in tractat.*
bannis. in tertia parte primi temporis. q. 11. Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.*
n. 69. ff. de lib. & poſth. Ruin. *in conſ. 29. num. 2. in fin. lib. 1. in conſ. 11. n. 21.*
lib. 3. & in conſ. 60. num. 11. verſ. quinto non obſtat. lib. 5. Quid dicendum
hic erit, vbi ex cauſa euidenter iniuſtiſſima detenius à principe
aut decreto eius agnatorum ius fieret. Si ob cauſam voluntariam
aut minus legitimam feudi conceſſam alienationem dicimus.

Decimooctauo non inepte † Rom. huc quadrat *in conſil. 199.* 57
præſens ſtatuti particula. num. 4. vbicunq; ita intelligi ſtatutum po-
teſt, vt vno demum caſu iuri alterius deroget, ad caſum illum
reſtringendum, non etiam ad caſum alium trahendum, in quo
ex cauſa duplici lædi alienum ius poſſit. pro qua ſententia tex-
tus dat, quos videre apud eum licet. Sed enim decretum hoc
Yolant in debitis effectum habere omnibus poteſt, quæcunq;
vltra dotis aut donationis propter nuptias cauſam, ob cauſas a-
lias contractas neceſſariis ſunt. Eam ob rem ad debita trahi de-

cretum non decet, quæ contracta voluntatie ſunt, ne ob cauſas plures agnatorum ius lædatur.

Decimonono: Siquidem debito vllo neceſſario non interueniente, ea voluntate mera ad feudum alienandum mox vaſallus acceſſerit, dubitaturum quempiam non arbitror, quin irrita prorſus alienatio in agnati ſucceſſoris perniciem fiat. Ad enim eadem per omnia ratio vertitur, cum non ab alienatione, at à voluntario debito initium res capit. vnde feudi poſtea alienatio ſequitur. Quid enim intereſt voluntarie feudum immediate aut initio ipſo alienetur, an à debito voluntario alienatio ipſa procedat, voluntariam enim vtrobiq; alienationem intelligi, nõ obſcure ea reſtantur, quæ in vndecimo ante ſcripta fundamento, nu. 44. Rurſus ſi cauſam debito contrahendo voluntas mera tribuit, non poteſt & ex voluntate mera feudi alienan-
58 di cauſa aut alienatio ipſa nõ deſcendere iuxta † vulgatiſſimum illud, quicquid cauſæ cauſa eſt, cauſati idem & cauſam eſſe *l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iure. l. 1. ff. de pactis. l. inter. §. ea obligatio. ff. de procur. l. certis cond. in prin. ff. ſi cert. pet. l. dedit dotem. ff. de colla. bon. l. liberorum. ff. de verb. ſign.* Cauſæ enim potentia in cauſatum influit. *l. Publius. §. 1. ff. de cond. & demon.* Tradit Bal. *in tract. ſtatu. n. 13. poſt Rubr. C. ſi quis aliq. teſt. prohi.*

Vigeſimo differentiam inter cauſam eſſe & cauſatum opor-
59 tet: cum † idem cauſa eſſe & cauſatum nequeat. Aliud quippe pater atq; filius, aliud res ac effectus eius Oldr. *in conſ. 150. nu. 5. in fin. & ſeq.* Bulg. *in rubr. ff. ſol. matr. n. 23. verſ. ſecundo quia.* vbi ex Bart. ad Bulg. probat *in l. 1. col. 7. C. de appel.* cum neq; apud Bar. aut Bal. verbum de hoc fiat. Itaq; cum debitũ neceſſarium à decreto expoſtuletur, à neceſſitate ipſa produci debitum oportet. Ita neceſſitatem vti cauſam debiti antecire, & debitum ab ea fieri neceſſe eſt. Aliter quippe neceſſarium debitum nõ erit, hoc eſt, neceſſario contractum, ſi à debito ipſo neceſſitas oritur. Imo enim eodem tum tempore & vna ſimul debitũ neceſſitaſq; inducentur.
60 Vigeſimoprimo Alex. his teſtimonium aſſiſtit † *in conſil. 235. nu. 5. lib. 6* actum cauſantem non cauſatum ſpectandum. Proinde debitum ſpectandum, vnde neceſſitas oritur, neceſſarium nec ne ſit. Non etiam neceſſitas aut obligatio inſpicenda, quæ ex debito ipſo contracto exiſtit.

Vigeſimoſecundo ſi ad debità voluntatie contracta relatio decreti ſit, libidini, arbitrioq; vaſalli tota feudi permiſſa euerſio erit, debita voluntarie cõtrahendo, ex quibus alienari feudum
61 oporteat. At enim † hoc genus agnoſci interpretationem non decet, vnde in poteſtate aut arbitrio cuius ſit, alienum prorſus ius perimere. *l. nec ei. §. eorum. ff. de adopt. l. ſi quis rem. & l. ne in poteſtate. ff. de arbitr. l. ſi ita quis. §. ii con. ff. de leg. l. ſi de commiſſum. ff. de condi. & demonſtr.* Bar. *in l. 2. ff. quod vi aut clam* Alex. *in conſ. 49. circa fin. lib.* . Qua ratione locum tex. non habet, *in l. ſi quis intention ambigua ff. de iud.* vbicunque in facultate authoris eſſet, illuſorium iudicium in perniciem alienam efficere. Bart. *in l. duobus. §. ergo ſi quis nu. 1. ff. de iureiuran.* Eam ob cauſam interpretari decretum conuenit, ne illuſorium agnati ſucceſſoris fieri ius poſſit. *l. 1. in fin. ff. de calumnia. l. ſi prætor. ff. de iud. l. fin. in prin. ibi ne quicquam alioquin titulus caueatur. ff. ſi cert. pet. l. hanc legem. ff. de contrah. empt. l. fin. ff. ne quid in loco publ. l. 1. §. exceptiones. ff. quarum rerum actio non da. l. cum alius in fin. C. de cura. furio. l. fin. C. de vſur. l. fin. §. non autem. C. de bonis qua lib. l. fin. in ſi. C de vſur rei iudic. c. commiſſa. §. porro. ibi ne ſtatutum ipſum fiat ludibrio. de elect. lib. 6. De quo inferius etiam, n. 77.* Eodem ſpectant, quæ ſcripta infra in reſponſione tertia ad clauſulam decreti ſunt, & ad ſubueniendum aliis neceſſitatibus ſuis quibuſcunque. Atq; ea Bald. reſponſio hæc in ſpecie neceſſitatis iuuatur *in conſ. 331. præmittendum eſt ad euidentiam quod ordo. n. 3. lib. 1 in quanto requiſito. De quo etiam infra in reſponſione 2. ad clauſulam decreti prædictam num. 93. verſ. quinto fraudem.* Neque contrariũ his eſt, quod in diſceptatione publica aduocati partis obiiciant, bonum quem præſumi *l. merito. ff. pro ſocio.* Atq; ideo accipiendam præſumptionem non eſſe, fieri poſſe, vt ſucceſſorum
62 feudi † ius pereat. Textibus enim reſponſio hæc aduerſatur, qui tam frequentes citati in argumento hoc 19. ſunt. Namq; ſi præſumptam hanc bonitatem cognoſcimus, quorſum interpretationem recipere, per quam in arbitrio cuius eſſet, alienum ius aut diſpoſitionem eludere. Semper enim dici poterit, ab illuſione timendum id genus non fore cum ſincerus & candidus quiſque, non fallax præſumatur.
63 Secundo argum. aut † reſponſio hæc refellitur, ad eum caſum tex. aut regulam non pertinere de qua *in d. l. merito.* vbicunq; tertii ius lædi ex præſumptione bonitatis poſſit. verum ad eum caſum reſtringitur, quod dolum præſumendo, pœnam reus patetetur Bart. *in l. qui iurasse. §. ſi pater ff. de iureiurando* Anch. *in conſ. 415. primum dubium tale eſt. col. 2. verſ. ad hoc aduertendum.* Rom. *in con. 304. plura ſunt. col. 1. verſ. nec refragatur* Soc. *in conſ. 57. n. 17. lib. 4.* Corn. *in conſil. 61. col. 5. in fi. lib. 1.* Dec. *in l. non hoc. col. ſi. C. vnde leg. & in l. ſi emancipati nu. 3. in fi. C. de collat. in c. Oſius. n. 6 in 5 not. de elect. in c. ſuper literis. n. 8. in fi. de reſcrip.* Rim. *in conſ. 68 nu. 4. in fin lib. 4.* Goza *in conſ. 66. n. 7.* Galiau. *in rubr ff. de verb. obl. nu. 160. in fi.* Proinde ad ius alienum perimendum aut minuendum valere præſumptio bonitatis non debet. Aliter porro interpretantibus conſequens fieret, exceptiones reorum omnes iure ipſo ex præſumptione ipſa bonitatis in authorum perniciem probari. Quæ cum ita ſint, præſumptio admittenda bonitatis non eſt, vnde agnati in feudo ſucceſſuri ex toto conſumi, nedum minus fieri ius poſſit.

Vigeſimotertio alienationem feudi permittendam, & ius commune feudorum circa alienationem ipſam non paſſim lędendum aut abrogandum decretum cenſuit, at in caſibus ſolummodo, qui expreſſi in decreto ſunt. Ita in caſibus aliis non expreſſis incolumis alienandi prohibitio, & ex decreto manet. Ea ratione ſicut prohibita alienatio feudi in caſibus non permiſſis per decretum eſt, ita interpretationem admitti non conuenit. Vnde occaſio ſequi alienandi poſſit. Quoniam qui alienationem † prohibet, prohibere omnia creditur, vnde ſequi alienatio poſſet *l. potes. 1. ibiq;* Bal. *C. de fideicom cap. 1. in fi. de inueſt. de re alien. facta.* Soc. *in conſ. 26. num. 1. lib. 3.* Dec. *in conſ. 442. nu. 26. & apud nos in conſ. 170. nu. 9.* Ius huc & illud vulgatiſſimum ſpectat, ad omnia prohibitionem trahi, ex quibus peruenitur ad prohibitum poteſt *l. nec vxorem, in fi a. ibiq; gl. fin. ff. quod metus cau. l. athletas. §. at prætor. ff. de inf. in l. oratio. ff. de ſponſal. l. magis puto. §. ſi pupillum ff. de reb. eorum. leg. cum lex ff. de ſideiuſſ. l. leg. in C. de natur. lib. l. fin. C. ſi in ſup. ita fuerit alien. c. tua. de procur.* Alienatione igitur feudi præterquam ob debita neceſſaria prohibita, permiſſa intelligi alienatio non debebit, quę ob debita ſi voluntarie contracta. Id quia permiſſione id genus admiſſa, ad caſus prohibitos perueniri haud difficulter poterit, nomina debitorum pro libidine faciendo, quorum diſſolutio ex feudo fiat. 64

Vigeſimo quarto argumento à ratione deſumpto ſententia hæc confirmatur. Namq; † cum niſi in caſibus quibuſdam feudi permiſſa alienatio non ſit, prohibita in cæteris intelligitur. *l. cum lex. ff. de legib. l. cum prætor. ff. de iud. l. ex e ff. de teſt. l. ſi ſtatuliberum. §. Stichum. ff. de leg. 1. l. pater. § fundum ff. de l. 3. l. cum quis ita. §. quis ita ff. de verb. obl. l. maritus. C. de procur. leg. fin. C. de pact. conuen c. nonne. de præſump.* Rurſus cũ de regula prohibitionis alienandi, niſi caſus certus ſtatuto non excipiatur. in caſibus aliis non exceptis continuata regula intelligitur *l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. leg. l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtruct. l. 1. ff. de reg. cato. l. 1. ibi que poſteriores ff. de reg. iuris. c. dominus noſter. ibiq; gl. 31. qu. 7.* Pro qua ſententia tex. alios Fulg. nominat *in l. precibus. num. 6. verſ. excipitur ſecundo. C. de impub.* Quod cum ita ſit, per decretum etiam feudi alienatione interdictum regulariter apparet. Sed cum ob reiectus alienatio prohibita regulariter † eſt, cum adhiberi à prohibito oportet, vt nec ex diſpoſitione legali abeuario fiat. *l. codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. gl. in l. item quia. in prin. in verb. illata. ff. de pactis.* gl. & Doct. *in l. ſi ita quis. §. ea leg. in gloſſ magna. ff. de verborum oblig.* Alex. *in conſ. 158. nu. 3. ver. ſecundo illa non poteſt lib. 5.* Aret. *in l. Gallus. §. nunc videndum in fin. ff. de lib. & poſth.* Curt. maior *in conſ. 43. num. 21. verſ tertius caſus.* Bald. hic præter Alexan. & Curtium aſſiſtit *in l. 3. n. 8. in fin. C. de inoffic. in l. hac edictali. in prin. nu. 2. in fin. C. de ſecun. nupt. & in authen. præterea. num. 5. C. vnde vir & vxor.* Quanto magis curæ habere vaſallus prohibitus debebit, ne ea facto ſuo voluntario feudi alienatio ſequatur. Quod vtique fieret, ſi ob debita nulla neceſſitate cogente contracta feudi permiſſam alienationem concedimus. Glo. tamen hic affirmandam *in d. l. item nulla*, non duxi. 65 66

Neq; contraria his clauſula ampliatiua decreti eſt, & etiam ad ſubueniendum † aliis quibuſcunque neceſſitatibus ſuis, quę verba vniuerſalia ſunt. *l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. vel & ſi. & l. quæcunque. ff. ad l. Aquil. l. edicto. §. primo, & l. aut dum. ff. de iure fiſci. c. ſolite. extra fin. de maior. & obed. c. ſciant cuncti de electio. libr. 6.* ergo ad neceſſitates trahi omnes debent, etiam quæ ea contractu ut debito voluntate facto deſcendunt. *l. 3. §. 1. iuncta l. cont. ff. pro ocio. l. Iulianus. ff. de leg. 3. §. 1. inſtit. de donat. c. ſunt nonnulla. 1. queſt. 1. cum aliis apud nos relatis in leg. prima num. 44. ff. de leg. 1.* Hoc amplius ad caſum etiam improprium verba vniuerſalia trahi, ſcriptum non parce habemus *in conſ. 294. num. 2.* Multifariam enim argum. hoc diluitur. Principio cum mentio debitorum in ſpecie † facta iam ſit. 67 68
In eiſque neceſſariatiorumqualitas adiecta, ad neceſſitates,

quæ

Digitized by Google

quæ ex debitis fiunt, clauſulam trahendam illam non eſſe, & ad
ſubueniendum aliis neceſſitatibus ſuis quibuſcunque, ſiqui-
dem ad ea admitti relatio non ſolet, in quibus prouiſio facta in
ſpecie eſt *l. cum in teſtamento. §. fin ff. de hered. inſtituen. l. coheredi. § qui
patrem.* ibique Imol. & Alexand. *ff. de vulg. l. quod in rerum §. ſi quis
poſt. in fin. ff. de legat. 1. l. qui vxori. §. qui legauerat. & l. vxorem. § ſubliciſſi-
mo. ff. de legat. 3. l. Stichus nutricis. & l. alimenta. § baſilica. ff. de alim. legat.
l. doli clauſula & l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de verb. oblig. l. cum
quæſtio. ff. de legat.* Et in ſcriptura legis generali, ad ea non referri, in
quibus cautum ſpecialiter eſt, textu declaratur *in l. in teſtamento.*
ibique Salic. *C. de teſtament.* Bald *in l. 1. C de legit. hered. in con l. 90.
primo ſtatuto colum. 2. ante med. verſic. tertia ratio eſt lib. 1.* Roman. *ſingul.
309. Roma.* Alexandr. *in conſil. 48. num. 7. & ſequent. lib. 1.* Itaque ad
neceſſitates alias, quam quæ ex debitis fiunt, clauſulam hanc
referri amplianuam conuenit. Quæ neceſſitates contingere
non paucæ ſolent, ob alimenta, puta, aut captiuitatem redi-
mendam, valetudinem curandam, & alias id genus neceſſita-
tes, quæ citra debita vllius vinculum neceſſarii aut voluntarii
mortalibus incidunt.

69 Secundo reſpondetur, ſpeciem hic odioſam † verſari. Idque
odioſum dupliciter expenditur. Primum quod iuri communi
feudorum decreto hoc derogatur: quo iure nec ob cauſas ne-
ceſſarias feudi alienatio conceditur. *cap. 1. qualit. feud. po. alien.* Bal.
*in cap. 1. in princ. num. 10. verſicul. quæro numquid ſi ex con ſuetudine. de pro-
hib. alien. feud. per Feder.* Socin. *in conſil. 19. num. 11. verſic. & non ſolum.
libr. 1.* Dec. *in conſil. 445. num. 24.* Sed nec ob cauſam piam feudi
permiſſa alienatio eſt. *d. c. 1. in princ.* ibique Bald. *num. 18. de prohib.
alien. feud. per Freder.* Tradit idem Bal. *in c. 1. § donare num 3. qual feud.
alien. po. & in d. l. de quibus num. 64. verſic. tertio ergo aduerte. ff. de legib.* De
70 *quo dictum etiam ante gl. numer. 30.* Odioſum plane † intelligitur,
quicquid iuri contradicit *l. ius ſingulare & l. quod vero contra. ff. de legib.
l. 2. C. ne uxor. l. & aduerſus C de nupt. cap. cum dilectus. de conſuetud. cap. quod
dilectio. de conſang. & affinit. cap. 1. & 2. de iudic. Pr. ſbyt. libr. 6.* Archid. *in
cap. hoc tantum. 17. q. 2.* Bald. *in l non ſine com. 5. C de bon quæ lib.* Alex.
in conſil. 1. colum 2. circa med lib 1. & in conſil. 1 7. colum 1 lib 2. Cornel.
in conſil. 89. colum. 3 lib. 3. & in conſil. 271. colum. 4 lib. 4 & alia non pauca.
71 Secundo odioſum decretum hoc inde † apparet, quod ius ex
eo alienum læditur, id eſt, quod agnatis quæſitum per inueſti-
turam & contractus maiorum eſt. *l. ſi quis in grau. § ſi ex ſtipulatione
à ſenſu contrario ff. ad Syllan.* Idque ex eo etiam oſtenditur, quod to-
lerabilius lex habet, vt verba offendantur, quam tertium ius læda-
tur. *cap. ſuper eo. de offic. deleg. dict. cap. cum dilectus. de conſuetud. gloſſ. in
cap. paratus. in gloſſ. 3. 23. quæſt. 1.* Oldr. *in conſil. 208. quæſtio eſt vtrum
priuilegium. in fin.* Gemin. *in conſil. 19. in fin.* Roman *in conſil. 334. cir-
ca primum.* Decius *in conſil. 11. numer. 4.* Iaſon *in l. ex facto. in 4. not. ff.
de vulgar.* Si improprie verba accipimus, ne tertii ius lædatur, non
poteſt odioſa diſpoſitio non eſſe, vnde tertii ius minuitur. In
72 fauorabilibus † quippe, non improprie ad reſtringendum, ve-
rum ad ampliandum verba accipimus. *l. his modo. ff. d. cond. & de-
monſtr. l. Senatus conſulto. & l. libertum. § penult. ff de ritu nupt. cap. fin.
de præbend. vnde cap. penult. de verbor. ſignif. &c.* Caldet. *in conſil. 9. de
regularib.* Iaſon *in l. 1. §. hoc autem. numer. 7. ff. ad Trebel. in 2. lectur.
in l. non dubium numer. 42. Cod. de legib. in l. 1. numer. 5. verſic. ego nou-
ter pono. Cod. de in ius vocando. in l. qui ſe patris. num. 55. in fin. & numt.
ſeq. in fin. C. vnde lib.* Quam rem executi plenius ſumus *in Rub ff. de o-
per. noui nunciat.* atque in commentariis poſterioribus in primis.
Odium item ex læſione iuris tertii aliter demonſtratur, quod
73 verba † vniuerſalia etiam reſtringere permittitur, ne tertio no-
ceant. *§ cum autem. Inſtit. quibus modis ius pat. pot. ſol.* vbi cum à Princi-
pe deportatus reſtituitur, ſtatum priſtinum per omnia recipit.
At enim bona reſtitutio non trahitur, quæ tertio quæſita, aut
translata in eum ante ſunt, quam reſtitutio fieret. Bart. & alii *in
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 12. & ſeq. ff. de lib. & poſth.* Ita tex. *in d. §.
cum autem.* ad reſtrictionem verborum vniuerſalium Crotus ex-
pendit *in l. 1 num. 4* ibique Nigr. *num. 16. ff. de leg. 1.* Quod idem vl-
tra Crotum & Nigr. ex Bartol. probatur *in l. dotalem per illum tex.
ff. de mulit. teſt. cum aliis apud nos aggregatis in d. l. 2. num. 55. & plurib. ſeq. ff.
de legat. 1.*

74 Hoc amplius tametſi fauoris cauſis † decretum editum prin-
cipaliter ſit, ne indotatæ mulieres fiant, & ne in calamitatibus,
quæ in mortalibus incidunt, egeſtate vaſalli laborent. Attamen
quia incommodum alienum permixtum fauor iſte habet, odio-
ſa diſpoſitio quantum ad interpretationem habetur, vt ſtricta
in ea fieri interpretatio debeat. *l. quod ſi nepotes. ff de teſtam. tut. l. ſed &
miles. §. 1.* ibique Bald. *ff. de excuſ. tut. § pen. Inſt. qui teſtam. dat. tut. poſſ.
Bart. in l. liberorum. num. 5. ff. de verb. ſignif.* Bald. *in conſ. 298. quæritur v-
trum vſurarius colum. 1. circa med lib. 2.* Caſtr. *in l. ſi non certis. num. 4. C. de te-
ſtam. milit.* Socin. *in conſ. 48. num. 2. lib. 1.*

Odio igitur decreti huius, ſaltem quod ad reſtrictionem at-
tinet admiſſo, ſtrictim verba illa vniuerſalia, & neceſſitatibus
aliis quibuſcunque, intelligi oportet, vt ad ſimilia expreſſis re-
ferantur, in quibus initio ipſo neceſſitas ſubeſt, non etiam ad
neceſſitates fieri relatio debet, quæ originem voluntariam ha-
bent. Et quæ neceſſitates dici cauſa prima inſpecta nequeunt,
per ea quæ abunde dicta in ſuperioribus ſunt. Longe enim in-
ter neceſſitates has diſtare, quę voluntariam & quę neceſſariam
cauſam habent, teſtatum ſatis ſupra habemus. *argum. maxime 11.
num. 44.* vbi voluntariam obligationem aut neceſſitatem text.
& gl. non paucis oſtendimus, initium, cui voluntas dedit, ea de
re ſubueniendum ei non fore, qui vltro ſe in neceſſitatem con-
iecit. Diſſimilitudine igitur & ratione diuerſitatis tam maxima
inter neceſſitates has interueniente, conſequens fit, ad neceſ-
ſitates trahendum decretum non eſſe, quæ diſſimiles expreſſa-
rum ſunt, hoc eſt, quarum voluntarium initium eſt. cum neceſ-
ſitas ſub origine ipſa in expreſſis interueniat, quæ vel à lege im-
ponitur, vt in dote & donatione propter nuptias. *l. qui liberos ff.
de ritu nupt. l. fin. C. de dotis promiſſ.* Cumulate Doct. *in l. 1. ff. ſol. ma-
trimonio.* vel à caſu fortunæ pendet, qualis captiuitas, & aliæ id
genus infirmitates ſunt, quæ à numine mox contingunt. Iure enim
certiſſimo † hoc verum, ad ea in ſpecie odioſa, aut ſtricta ver- 75
ba hæc trahenda vniuerſalia non eſſe, & aliis quibuſcunque in
quibus ratio diuerſitatis interuenit, aut quæ maiora expreſ-
ſis ſunt. *gloſſ. in Clem. ne Romani. in verſicul. vel aliis quouis modo de ele-
ctio. in Clem. non poteſt. in verſ. grauiora de procur. in Clem. final. in verſ.
quouis modo. de ſentent. excommun* Gemin. *in conſil. 25. numer 7. in
fin.* Socin. *in l. Gallus. § etiam a parente. numer. 6 ante fi. verſicul. ergo de-
cantus ff. de liber & poſth in l. quidam relegatus. colum. 2. ff. de reb. dub. &
in conſil. 260. num. 15. & pluribus ſeq. lib. 2.* Decius *in conſil. 486 num 7.
verſic. non obſtant illa verba & in conſil. 495. numer. 18. poſt med* Rum. *in
conſil 10. colum pen. circa med. lib 2 in conſil. 116. num. 17. lib. 2. & in con-
ſil 98 num 19. lib 4.*

In reſponſione hac ad verba decreti vniuerſalia obſeruan-
dum, locum reſponſioni ipſi eſſe, etiamſi debitorum men-
tio facta per verba vniuerſalia ſit. & pro debitis aliis quibuſ-
cunque, ne ad maiora expreſſis. vel in quibus diuerſitatis ratio
verſatur, relatio fiat. Et in debitis enim ratio mouet, de qua in
reſponſione proxima. Quid dicendum hic erit, vbi mentio
debitorum facta in clauſula controuerſa non eſt, verum de
neceſſitatibus aliis quibuſcunque in verbo neceſſitatibus taci-
tis atque vehementius ratio aut reſponſio viget, quatenus re-
lationem eius ad neceſſitates habendam non eſſe, quæ ex de-
bitis naſcuntur, dilucide ſatis in reſponſione teſtatum priore
habemus. Quocirca extra controuerſiam omnem poſita res
videtur, debitorum verbo in clauſula hac non facto, & aliis
quibuſcunque.

Tertio ad clauſulam hanc ampliatiuam reſpondetur, debi-
torum mentio eſto facta in ea ſit, & pro debitis ſuis alii qui-
buſcunque quod factum minime eſt, ad debita tamen reſtringi
eam conuenit. In quibus neceſſitas initio ineſt. Id quia † verba 76
reſtringi vniuerſalia oportet, vbicunque iniqui aliàs aut abſur-
di quicquam conſequi ex eis poteſt, ſi vniuerſaliter acciperen-
tur. Angel. *in conſil 6.* Ant. de Butr. *in conſil. 19.* Socin. & alii *in l. 1. co-
lum 1* Ibique apud nos, *num 35 & ſeq ff. de legat. 1.* Iaſon *in conſil. 182.
colum. 6 poſt med lib. 2. & in conſil 113 colum. 5 libr. 4.* Rum. *in conſil. 158.
num. 10 libr. 2. & in conſil. 18 num. 8 verſic. præterea ceſſantibus. libro. 3.* Sed
enim quid abſurdius iniquiuſve, quam licentiam vaſallo eſſe,
æs alienum pro animi libidine neceſſitate vlla non vrgente, cui
ſuccurri non ægre poſſit, in ſucceſſorum agnatorum perniciem
conflandi. Ita vt ex feudi alienatione dimitti creditores opor-
teat. Inde enim † iniquitas abſurditaſve exiſtit, quod ad irritum 77
deduci res poteſt. Angel. *in l. certo generi num. 5. ff. de ſeruit. ruſtic. præ-
dior.* Idque ex textu ſignificantius oſtenditur, *in dict. l. ſi quis rem.
& l. ne in poteſtate ff. de arbitriis.* vbi pro abſurdo lex habet, in po-
teſtate cuius eſſe, vt alienum ius lædat. Quod idem ex textu
declaratur *in dict. l. non tantum. § certum. ff. de adopt. in dict. l. ſi ita quis. § in ant.
ff. de legat. 2. & in dict. l. fideicommiſſum ff. de condit. & demonſtr.* In qui-
bus legibus conditio ſi ſine filiis deceſſerit, ad filios adoptiuos
non trahitur, neque per eos fideicommiſſum deficit, ne in ar-
bitrio heredis grauati ſit, fideicommiſſi iure filios adoptando
ſubſtitutum fraudare. Et generaliter interpretationem iniicien-

Digitized by Google

tationem reiiciendam, vnde in poteſtate cuius ſit, illuſorium alterius ius efficere. Bart. tradit *in l. 2. ff. quod vi aut clam.* Alex. *in conſil. 49. circa finem libr. 1.* Inde fit, vt locum textus non habeat *in leg. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic.* quoties in facultate actoris eſſet, iudicium eludere. Bartol. *in l. duobus. §. ergo ſi quis. num. 5. ff. de iureiurand.* Quocirca ita interpretari decretum oportet, ne illuſorium ius fieri agnatorum poſſit. *l. 1. in fi. ff. de calumnia. cum alijs ſupra in arg. 22. comparatiu. nu. 61.*

78 Quarto reſpondetur. In debitis eſto † clauſula decreti concepta verbis vniuerſalibus ſit, & pro debitis alijs quibuſcunq; reſtrictionem tamen accipere ob æquitatem debent. *l. lis nulla. ff. de iudiciis adiunctis,* quæ gloſſ. & Doct. not. *in l. cogi. §. ſi pater in verſ. contra obſequium. ff. ad Trebellian. in dict. l. lis nulla.* verbis vniuerſalibus & ipſis negatiuis litis exercitatio inter patrem verita atque filium eſt. At enim reſtrictionem prohibitio illa vniuerſalis admittit, ne locum habeat, vbicunque iudicium permittendum æquitas poſcit. Æquitas plane obſeruatur, quoties ad irritum ius deduci filij poſſit, veluti cum patri inſtituto ſubſtitutus filius ea fideicommiſſo eſt. Namque inutile fideicommiſſum patre non adeunte fit. Ea propter patrem filius adire recte cogit, ne illuſorium fideicommiſſum fiat. *vt in dict. §. ſi pater. in ver. obſequium.* gloſ. & Doct. not. *ſi prohibitio verbis negatiuis in d. l. lis nulla.* concepta reſtrictionem æquitatis cauſa, recipit. Quanto magis ius

79 idem † probandum in verbis vniuerſalibus, quæ conſenpta affirmate ſunt, cum debiliora negatiuis æſtimentur. *gloſſ. in l. hoc genus. ff. de condit. & demonſtr.* Bald. & poſteriores *in l. ſi Ruffinus. C. de teſtam. mil.* Decius *in c. cum in nu. 12. in fin. de conſtit. in c. inſuper. nu. 5. verſ. & ad hoc facit de teſtibus in conſil. 3. nu. 4. in conſ. 44. col. fin. circa med. & id genus innumera.*

Quinto reſpondetur, ob debita alia quæcunque feudi per-

80 miſſam alienationem fac. Reſtrictio tamen † in verbis ſperni vniuerſalibus non ſolet, quæ rationem habeat. *l. 1.* ibique Bald. *C. de fide inſtrum. cap. 1. §. fin. de rerum. lib. 6.* Iaſ. *in l. quodcunque in princ. n. 4. ff. de verb. obl.* Enimuero rationi congruit, vt ad debita alia omnia feudi alienandi reſtrictio fiat, in quibus initio ipſo neceſſitas inſit, ne fraudem alijs faciendi, aut ea animi libidine ſine cauſa qua iuſta iuris alieni minuendi occaſio præbeatur. *l. cum hi. §. fin. cum ſi. ff. de tranſact. l. in fundo. ff. de tranſact. l. magis puto. §. ſi pupillus. ff. de rebus eor. l. 1. §. illud. in fin ff. de aqua pluu. arc. l. fin. C. de inceſt. nupt. c. paſtoralis. cir. fin. de cauſ. poſſ. & propriet.* Iam abſurdiſſima res fuerit, viam dolis per leges aperiri, quæ dolis pœnas irrogant. *l. 2. C. de ind. vidu. toll. l. meminerint. C. vnde vi.*

81 Sexto reſpondetur reſtrictionem † in verbis vniuerſalibus debitorum quorumcunq; admittendam, vnde ciuilis atque iuſta interpretatio fiat. *l. qui autem. §. fin. ſimilia gl. in ver. idoneus. ff. de conſt. pecul. l. 1. ſimilia gl. ff. de eo quod cert. loc. l. 1. & l. generali. C. de ſacroſ. eccleſ. l. fin. ibique gloſſ. 1. Cod. ſine cenſu vel reliq.* Calc. *in conſ. 17. nu. 5. in conſ. 211. n. 38. in fin. & in conſ. 125. nu. 58. verſ. quia licet geminatio.* Ibiq; idem in verbis vniuerſalibus geminatis ait. Iuſtam plane atq; ciuilem interpretationem hanc eſſe, vnde alienum ius ſaluum ſit, eiuſque fraudandi occaſio non datur nemo non videt.

82 Septimo reſpondetur, vniuerſalia decreti verba † ad ea trahenda debita non fore, in quibus eadem aut tanta ratio nõ vertitur. Rota *deciſ. 288. maior part. in nouis.* Calc. *in conſ. 1. col. 29. in fin. verſ. & propterea vbi reperitur.* Pro qua ſententia tex. videtur *in c. cum in illis. in pr. de præbend. lib. 6.* Quem tex. in ſententiam hanc Dec. nominat *in conſ. 541. nu. 9. de quo etiam apud nos in conſ. 144. num. 6.* Sed enim rationem non modo eandem aut tantum in debitis voluntarie contractis nõ contingere, ſed longe diuerſam interuenire, quis dubitet. Siquidem vbi voluntarium initio debitum fuit, voluntaria quoq; obligatio aut neceſſitas æſtimatur, in quam vltro ſe debitor coniecit, vſq; adeo vt ei ſuccurrendum lex non cenſeat; qui ipſe ſibi neceſſitatem hanc aſciuerit. *leg. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. ver. ſin autem.* ibiq; Caſtr. *ff. qui ſatiſd. cogan. cum alijs, quæ locupletius ſupra comportata in argumento aut fundamento vndecimo ſunt. nu. 44.* Rotæ tamen dictum in ratione tanta aſſumendum hic non cenſui. Sed enim ſuperuacua diſceptatio videtur, quando ratio multo alta in debitis voluntariis conſtat.

Octauo reſpondetur ampla atque vniuerſalia decreti verba

83 reſtringenda, vt † quam minimum poſſit, à iure communi diſcedatur, vt Bald. not. *in l. 1. ver. quæro ſi ſtatutum dicit. C. qui bonis ced. poſ.* Alex. *in conſ. 72. col. 1. lib. 2.* Ruin. *in conſ. 4. nu. 7. & in conſ. 98. n. etiam 7. lib. 2.* Ea propter etiamſi debitorum omnium aliorum expreſſio facta in decreto Yolant fuerat, ad debita tamen reſtringendum id erit, quæ neceſſitate contracta vrgente ſunt, ne viuimus tam acerbiſſimum commune feudorum ius accipiat. Quid dicturi hic erimus, vbi præter iuris communis offenſionem, tertii etiam, hoc eſt, agnatorum detrimentum incurrit. Hoc amplius

84 interpretatio admitti hæc † ſolet, quamuis ita reſtringendum, in aliquo ſolummodo ſtatutum operetur. Satis quippe eſt circa aliquid ſtatutum operari. Quocirca extenſio contra ius actiue paſſiueq; fieri in alijs debet. Abb. *in c. ex part. vlt. per illum tex. de verb. ſignif.* Iaſon *in conſ. 501. col. 4. lib. 2.* Pro qua ſententia text. non paucos feudorum Curt. Senior vocat *in conſ. 49. nu. 47. ver. & cum dicebatur.* Idem Soc. probat *in l. ſi filius, qui patri. col. fin. ff. de vulg.* Hoc amplius Calder. ſcribit *in conſil. vlt. ante fin. de donat.* ſatis eſſe, ſi quid minimum diſpoſitio operatur. Quid hic dicendum, vbi effectum magnum producere ſtatutum poteſt, vt non modo in dote & donatione propter nuptias, ſed & in neceſſitatibus alijs locum habeat, quæ initio ipſo contingunt, ob captiuitatem puta redimendam, ob alimenta, valetudinem curandam, & id genus alia. Cum Socin. tamen *in d. l. ſi filius qui patri. col. fin.* mihi non conuenit, vbicunque ea partibus plurib. ſeparatis ſtatutum conſtaret. Ibi enim in partibus omnibus effectum ſpectandum aliquem puto. Sed enim in partibus omnib. modum hunc adinterpretando momenti non exigui eſſe decretum poteſt, quod ad neceſſitatem alias trahi quam expreſſas non poterat, vtpote iuri contrarium. *l. ſancimus. C. de teſt. l. præcipimus. in fin. C. de appel.* regula huc ſpectat, caſum omiſſum iuri relinquendum. *l. ſi extraneus. ff. de condit. ob cau. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolut. matrim.* & id genus non

85 pauca. Idque in materia † in primis, quæ iuri contradicit, quæ niſi caſum expreſſum non comprehendit, *gloſſ. in cap. licet canon. in verbo, carere. verſ. de diſpenſatione, de elect. libr. 6. & in Clem. 1. in verbo, eiſdem. de ætat. & qualit.* Imola *in l. ſi vero. §. de viro. num. 13. ff. ſolut. matrim.* Socin. *in conſ. 30. num. 19. & ſequent. lib. 1.* Curtius Senior *in conſil. 78. dominus Franceſchinus. column. 5. poſt medium. & in rubr. ff. de legatu primo. num. 46.*

Nono debitorum eſto aliorum quorumcunque mentio facta decreto ſit, quod niſi de neceſſitatibus non loquitur, ad debita tamen voluntaria trahi id non poſſe, luculenter oſtenditur. Namq; ſi ad voluntaria refertur, abſonus & ineptus ſenſus ſequitur, vt non modo inter maiora expreſſis, ſed inter contra-

86 ria dicto alijs inſeratur, id eſt, inter debita neceſſaria & voluntaria, cõtra quam natura ipſius verbi ferat, quod ad ſimilia pertinet. *l. ſi.* ibiq; Bald. *C. de his qui a non dom. cap. fin. in prin. de pactis. libr. 6. Clem. de reſcript.* gloſſ. & Doct. *in l. non ſolum quæritur. in verbo, cæteros. ff. de procur. l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit.* Bald. *in conſ. 349. ſtatuto Placentiæ. in fin. lib. 1.* Alex. *in conſil. 204. num. 3. lib. 1.* Dec. *in conſil. 86. cir. fin. & alia non pauca.*

Decimo neceſſitas hæc, quæ neceſſitate non cogente contingit culpa accidere vaſalli dicitur, qui vltro ſe in neceſſitatem

dem neque neceſſitatis vllius initio ipſo, neq; de numeratione
aliqua facta fides eſt. In qua numeratione ad rem non attinet
ab emptore pecuniam numeratam, verum illud ſpectandum,
vtrum à creditorib. numerata vaſallo pecunia ſit, propter quos
feudi venditio permittitur, vt inferius demonſtrabitur. Quod
ſi ob conditionis vel in minimo defectum, ex toto actus aut
omnino concidit: quid hic dicendum, vbi in totum conditio-
ne defecta vendendi permiſſio apparet fide narratorum pror-
ſus non facta. Quo caſu falſas atque obreptitias preces intelligi
confirmatum ſatis ante eſt *num* 140. idque & iure † illo notiſſi- 143
mo adiuuatur, nihil intereſſe, an omnino quid non ſit, an de eo
non conſtet. *l. duo ſunt Titii. ff. de teſt. tut. cum aliis in ſuperiorib. aſſcriptis.*
Inde iure carere dicitur, qui probatione deficit. Bald. *in conſ.* 67.
quia ex facto. n. 3. *in fin. lib* 3. *de quo vberius ſupra n.* 123.

Si dixeris, nihili prædicta omnia facienda, vt impertinentia
capitula cenſeantur. Siquidem eo ſpectat, vt veritate preces ni-
ti aduerſarius doceat, hoc eſt, locum decreto de feudo alienan-
do fuiſſe: & ob cauſas neceſſarias alienationem eius factam. Re-
ſpondetur, & ſi maxime falſi per inſtrumenta producta, capitu-
la ipſa nũ arguerentur, impertinentia ea nihilo minus, euiden-
tiſſimeq; conſtare. Siquidem impletam † conditionem reſcri- 144
pti & vera in precibus narrata fuiſſe, liquere ſenatui debebat,
cui negotium & cognitio ipſa mandata de contractu faciendo
erat. Quocirca prodeſſe aduerſario veritas non poteſt, id eſt,
quod vera eſſent, quæcunque narrata in precib. ſunt, niſi ſi Iu-
dici ipſi manifeſta veritas fuerit. Quoniam quod ad Iudicem
ipſum attinet, cui de narratis non liquet aut conſtitit, vitioſe
atque per errorem contractum ipſum admiſit, ratum ve habuit
l. hac autem. §. 1. ibique Bart. *ff. quib. ex cauſis in poſſeſ. eat. l.* 2. *§. hæc verba.*
ff. ne vis fiat ei. Inde ſcriptum apud Innoc. legitur *in cap. ſolet. in fin. de*
ſent. excom. nihil Iudicem poſſe cui nihil liquet. Et erroneum

Iudicis actum, qui neſcius de veritate ſit. Bald. aſſerit *in conſ. 318. iſta captura num. 3. & ſeq. in fi. lib. 4.* & quod Bald. idem tradit *in conſ. 374. quæritur vtrum captura num. 3. eod. lib.* de iure actionis & obligatione rei conſtare Iudici oportere aliter inutilem actum fieri. Idq; locum haud dubie hic habet, vbi circa rem ipſam principalem ignorantia verſatur. Id eſt, circa cauſas neceſſarias, ſine quibus feudi alienandi facultas decreto non datur. Quo caſu fruſtra omnino Iudicis actum ob ignorantiam facti effici. Bart.
145 ſcribit *in l. multum nu. 3. & ſeq. ff. de condit. & demon.* Et quod † Bart. aliiq; ſcribunt *in l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtit. minor.* defectum tutoris per actum Iudicis non aliter ſuppleri, niſi ſi ſciens de ſe-ctus ſit. Id eſt, quod tutorem pupillus non habeat. Eodem Bal. ſpectat *in l. cum teſtamento in fi. C. de teſtam. manu.* ſatis non eſſe, ſi impleta vere conditio ſit, niſi & Iudici id liqueat. Quo dicto Alex. vtitur *in l. item quia. in fin. princ. ff. de pact.* Idem Alexan. & Iaſ. *in d. l. hoc iure.* Dec. *in d. conſ. 107. ante fin.*

Secundo initio ipſo, & antequam auctor contractui Iudex ſit, decretumque interponat, neceſſarias eorum probationes eſſe, quæ ad contractum opus permittendum ſunt, aliter etiam
146 oſtenditur. Quoniam † cognitionem cauſæ decretum expoſcit, qua omiſſa, irritum atque vitioſum fit. *d. l. magis puto. §. non paſſim. & l. ſi prædi. ff. de reb. eorum. l. minorum. C. de præd. minor.* Bart. & Iaſ. *in l. cum hi §. vale igitur. in 1. not. ff. de tranſact.* Cum. *in conſ. 180. col. 2. ante med.* Anch. *in conſ. 82. viſis diligenter.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 38. ſuper eo, quod quæritur lib. 2.* Dec. *in l. 2. n. 36.* Ibique Iaſ. *num. 6. C. de eden.* Idem Dec. *in l. de alimentis. num. 7. in 2. notab. C. de tranſact.* & *in conſ. 556. num. 3. & 5.* Iaſ. *in l. ſed ſi hac. §. Prætor ait. in 1. not. ff. de in ius vocand.* quem textum vna ſimul interpretatus cum l. 2. eſt Pariſ. *in conſ. 89. nu. 58. in conſ. 99. num. 8. lib. 1.*

Hoc ita præſuppoſito, vt cauſæ cognitione carere decretum
147 nequeat, conſequens † fit, probationes neceſſarias cauſarum eſſe, propter quas decretum interponitur, ita vt de cauſis ipſis in actis aut actu decreti appareat. Quoniam in cauſis iis indagandis & probandis earum ſumma & vis cognitionis conſiſtit, quod ſi negotio non liquidato decretum interponitur, nullum id fit. Bart. *in l. 1. n. 1. C. de præd. curial. lib. 10.* Bald. *in conſ. 223. proponitur quod vnus heredum. n. 2. verſ. pro hac etiam parte poteſt allegari. lib. 1. per text. in d. l. hæc autem §. 1.* Probationes item cauſarū in cognitione hac Caſtr. exigit *in conſ. 38. ſuper eo quod quæritur. lib. 2.* Dec. *in d. conſil. 556. num. 3.* Iaſ. *in l. nequicquam. §. vbi decretum. n. 2. verſ. item adde. ff. de offic. Proconſul.* Pariſ. *in conſ. 98. n. 17. lib. 1. & in conſ. 12. n. 61. lib. 2.* Rolan. *in d. conſ. 33. n. 11. & in conſ. 99. n. 23.*

148 Apparet ex his, inter decretum & † ſententiam differre, quoniam nulla ſententia defectu probationum non fit, an iniuſta veluti contra ius partis lata. Bart. *in l. prolatam. C. de ſentent.* Cauſa alia decreti eſt, quod nullum ex iniuſtitia fit, quoties contra ius partis fertur. Ita quod iniuſtum decretum eſt, idem & nullum habetur. *l. Seia egreſſa. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. ſi putas. C. de pet. her.* Differentiam hanc expreſſim Albert. obſeruat *in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 442. conſiderandum eſt primo col. 3. in fin. lib. 1.* Pariſ. *in conſ. 41. n. 19. & ſeq. lib. 4.* ex Bal. etiam differentia hæc iuuatur *in conſ. 331. quædam puella. ante finem lib. 3.* vbi nullum decretum aſſerit, quod iuſtum non eſt. Idem Dec. ſcribit *in conſ.*
149 *410. n. 18.* Pariſ. *in conſ. 89. num. 60. lib. 1.* Dubitandum vero † non eſt, quin iniuſtum decretum probationū defectu fiat. Similiter vt in ſententiā dicitur. *l. ſi expreſſim.* Ibique Angel. *ff. de appel. l. qui accuſare. C. de edend.* Bart. *in d. l. prolatam.* vnde cum præſcripta cauſarum neceſſitatis probatio non fuerit, cum interpoſitum decretum eſt, nullum id non fieri poteſt.

150 Cauſæ item cognitionem † in probationibus potiſſimum verſari, Signorol. tradit *in conſ. 03. num. 5.* vbi probationes plenas exigit per textum *in l. properandum § ſin autem. C. de iudic.* Idem Signorol. ſcribit *in conſ. 157. num. 5.* Cum. *in conſil. 50. ſtante ſtatuto ciuitatis l'. in contra. col. 2. in 3. dub.* Gem. *in conſ. 76. num. 7.* Dec. *in conſil. 96. col. 2. ante med.*

Hoc amplius, vbi præmiſſorum omnium nihil eſſet, neque probationes decretum exigeret, neceſſariæ nihilo minus hic ob reſcripti formam erant. In quo conditio inſerta expreſſim eſt, ſi preces veritate nitantur, & clauſula adiecta, decretorum
151 forma ad vnguem ſeruata. At enim veritate † preces niti non aliter poſſunt, quam ſi veritas ipſa ex actis appareat, cum nihil interſit, falſum quid ſit, an de eo non conſtet. *l. duo ſunt Titii. ff. de teſtam. tut.* & dictum ſupra locupletius habemus, *num. 24. & 143.* Idq; ... ex gloſ. oſtenditur *in Clem. 1. gloſ. magna in fin. de offic. deleg.* Quæ probationes legitimas ob clauſulam expoſtulat, ita eſſe conſtiterit. Pro qua ſententia alia etiam Decius congerit *in cap. cauſam quæ. in fin. 3. not. de reſcript. in cap. conſultationib. in 6. not. de officio delegati. & in conſil. 158. circa fin.* Iaſon. *in repet. l. admonendi. num. 12. column. 106. verſic. vigeſimum nonus caſus ff. de iureiurando. & in l. qui Romæ. §. Angerius. col. 1. poſt medium. ff. de verbor. obligat.* Pariſ. *in dicto conſil. 41. n. 20. lib. 4.* Sed enim tantundem † clauſula hæc, ſi preces veritate 152
nitantur, atq; illa pollet, ſi ita eſſe conſtiterit, ſiquidem veritate niti aut conditio clauſulæ huius impleri non aliter poteſt, niſi manifeſta narratorum veritas fiat *dicto cap. 2.* Ibiq; Doct. *de reſcrip. cum aliis ſuperius aggregatis. numer. 139. & ſeq. & de quibus apud nos in d. conſil. Solmago.* Atque in ſpecie clauſulæ huius, ſi preces veritate nitantur, aut ſi veritate narrata, propoſita ve fulciantur, neceſſarias probationes eſſe Oldr. ſcribit *in conſil. 227. de toto themate. col. 1.* Itaque ſi probatio cauſarum alienandi, opus ad cognitionem erat, eiſque prætermiſſis, irritum decretum fit, vt potè cauſa nō cognita, interpoſitum nihil eſt, quod tantopere fruſtraque aduerſarius ipſe ſolus, in cauſaq; ſua ſine iuriſdictione vlla, cauſæ adhibere cognitionem cenſet, ad capitulorum probationem aggrediendo, cum † initio ipſo & ante decreti interpoſitionem 153
adhiberi cognitio debeat. Idq; Pariſ. etiam nominatim obſeruat *in d. conſil. 99. nu. 7. & ſeq. & in conſil. ſeq. nu. 6. l. 1.* Rolan. *in conſ. 33. num. 11. & in conſil. 99. num. 23.* Quod idem in cognitione obſeruatur, quam alienatio bonorum eccleſiæ exigit, vt præuerti alienationi debeat. *c. sua. de his quæ fiunt a prælatis. c. 1. de rebus eccle. non alien. l. 6. c. ſine exceptione. 12. qu. 2.* Innoc. *in c. cum conſuetudinis. de conſuet.* Imol. *in conſ. 116. nu. 3.*

Sed & ſcripturam ſeparatim † fieri de cauſæ cognitione oportet, vt Caſtr. ſcribit *in d. conſil. 38. lib. 2.* Alex. *in conſ. 17. nu. 7. lib. 4.* Bolog. *in conſ. 33. nu. 6. verſ. 6. præſuppono.* Felin. *in c. ſicut. nu. 17. poſt med. de re iudic.* Ruin. *in conſ. 189. nu. 3. lib. 1. in conſ. 111. n. 10. lib. 4. in conſ. 20. n. 2. lib. 5.* Pariſ. *in conſ. 9. n. 9. in conſ. ſeq. n. 6. lib. 1. in conſ. 36. nu. 9. & ſeq. lib. 4.* Rolan. *in conſ. 13. n. 11.* 154

Quinenam interuallum temporis † cedere inter cognitionem & alienationem oporteat Bald. *in conſil. 511. quidam prælatus nu. 1. lib. 5. per text. in d. cap. 1. de rebus eccleſ. non alien. lib. 1.* Idq; ratione iuuatur, quod vbi vna ſimul omnia fiunt, perfunctoria ob temporis breuitatem cognitio apparet. Atq; ideo vitioſum decretum fit. Anch. *in conſil. 35. viſa quadam petitione. & in conſil. 81. viſis diligenter.* Alexan. *in d. conſil. 218. num. 7. in fin. & ſeq. lib. 2. in conſil. 163. in fin. lib. 5.* Dec. *in l. 2. num. 36.* Ibiq; Iaſ. *num. 15. & ſeq. C. de edend.* Idem Iaſ. *in l. iudices. num. 3. C. de iudic.* Ruin. *in conſil. 95. num. 5. & in conſil. 159. nu. 3. lib. 5.* Pariſ. *in conſil. 98. num. 18. in conſ. ſeq. num. 10. lib. 1. in conſ. 12. nu. 62. lib. 2. in conſ. 85. n. 48. lib. 3.* Rolan. *in d. conſ. 99. nu. 16.* Eodem Alex. ſpectat *in l. iuſte. in 5. fall. ff. de acquir. poſſ.* plenam cauſæ cognitionem in decreto adhibendam. Sequitur Cap. *deciſ. ſi n. 5. verſ. 3. facit.* Atqui nec ſemiplenam hic interueniſſe conſtat. 155

Itaque cum initio ipſo cauſæ † cognitio adhibenda, atq; neceſſitatis alienandi præſtandæ probationes eſſent. Earumque omiſſione irritum atque ſterile prorſus factum decretum ſit, nihil eſt quod ex probationibus nouis id roborare aduerſarius cenſet. *l. quod initio. ... l. pen. ff. de reg. iur.* Atq; in ſpecie hanc propius & ſcite magis, ex Baldo id declaratur *in conſ. 121. vtrum dictus proceſſus. num. ... in fin. verſ. allegato tertio lib. 3.* vbi cum matrimonio conſtante dotis conſignatio fit, inopiæ mariti probatione non facta, *iuxta l. vbi adhuc. ff. de iur. dot.* vires eam probationibus non accipere, quæ poſtea fierent. Id quia ſub conditione inopiæ conſignatio permittitur, ob id conditionem impleri, aut liquidari ante omnia oportet. Qua liquidatione omiſſa, vitioſam nullamve omnino dationem in ſolutum & executionem ita fieri, vt conualeſcere nequeat. Sed enim in conditione probationem neceſſitatis hic poſitam, ex clauſulis demonſtratum habemus, ſi preces veritate nitantur, & decretorum forma ad vnguem ſeruata, præterquam quod tacite clauſula illa inerat, ſi preces veritate nitantur. Ita conditio hic triplex concurrit, tacita vna, & expreſſim duæ adiectæ. Ex quo Baldi dicto extra controuerſiam omnem res ponitur: iugulum quippe petit. Huc & illa ſpectant, quæ ſcripta ante habemus, *num. 49.* 156

Hoc amplius nec ex probatione † inſtrumentaria decretum confirmatur, vnde ius acquiritur, ſeu ex quo alienatio ſequitur Paul. de Caſtr. *in conſil. 19. ſupra ſcripta exceptiones ſatis cauilloſa. column. 2. in fin. lib. 1.* vbi in decreto ſecundo loquitur, quod inſtrumento debiti non lecto, conceditur, ex lectione id eius ſuperueniente non roborari. Quod ſi ad rationem cuipiam Caſtrenſ. dictum faciat, Dii veſtram fidem, admiratione Bald. quanto maiori erit, ta *l. debitum in fin. C. de hered. act.* ne quidem partis confeſſione de- 157

decretum ſecundum conualeſcere. Quo dicto firman. vtitur in *verſ. decretum primum. n.20. De quo etiam infra nu. n.171.*

Atqui ſecundum hic decretum vertitur, vnde alienatio tam pernicioſiſſima ſequitur. Quod ſi vigorem decretum id non habet, quid in minore dicendum, qui pubes factus vix eſſet.

Sed enim quorſum in re hac conſideranda laborare, ex pro-
158 bationibus poſtea † accedentibus alienationem decretumve non confirmari.

An non perſpicuum id & textibus & locupletiſſimis Doct. teſtimoniis ſit: quorum commemoratio facta ante eſt. Ex quibus declaratur initio ipſo cum alienatio fit, & decretum interponitur, cauſæ cognitionem adhibendam, probationes cauſarum præſtandas, propter quas alienandi permitti facultas ſolet.

Namque ſi à probationibus robur decretum accipit, quæ poſtea fiunt falſum vnque erit, initio ipſo cognitionem & cauſarum probationem exquiri. Quę cum ita ſint, in manifeſto capitulorum aduerſarii ineptitudo micat.

159 Tertio in ſpecie etiam capitulorum ineptia † atque otium ex eo oſtenditur, quod alienatione dici bonorum eccleſiæ ſolet, ſatis non eſſe ob cauſam permiſſam neceſſitatis aut vtilitatis eam fieri, niſi ſi forma adhibeatur, id eſt, tractatus & cauſæ ipſius cognitio. Fed. de Sen. *in conſ. 142. dominus Ioannes.* Expreſſius Chald. *in conſ. 1. col. 2. verſ. vnde licet cauſæ. de Baptiſmo per tex. in c. tua. de his quæ fiunt à prælat.* Abb. *in d. c. tua n. 8. per illum text. & in conſ. 41. nu. 1. lib. 1.* Gem. *in conſ. 48. col. 2. & ſeq.* Soc. *in conſ. 29. n. 17. lib. 1.* Felin *in c. quæ in eccleſiarum. col. 1. de conſtit.* Ruin. *in conſ. 86. n. 4. lib. 1. & in conſ. 40. n. etiam 4. lib. 5.* Curt. Iun. *in conſ. 135. n. 3.*

Idque locum non modo in bonis eccleſiæ alienandis, ſed &
160 in ſpecie alia, † quamuis, vt ſatis veritatis aut iuſtitia ad actum confirmandum non ſit, quod cauſa ita faciendi aut contrahendi vere interueniat, niſi adhibita & forma ſit, Bald. docet *in conſ. 198. penultim. Si ex forma ſtatuti. lib. 5.* vbi in forma ex ſtatuto introducta loquitur, ad irritũ actum ea prætermiſſa deduci, tametſi ex cauſa factus iuſtiſſima ſit per textum *in l. cum lite. §. ſi Prætor. ff. de tranſact. in Auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ. & in cap. 1. de reſtit. in integr.* Quod Baldi dictum Decius amplectitur *in conſ. 466. num. 13. & ſeq.* formæ item omiſſæ vitium à veritate cauſæ non purgari, Socin. ſcribit *in conſ. 53. n. 6. lib. 1. per tex. in l. 1. & 2. ff. de liber. & poſth.*

161 Eiuſdem generis † eſt. quod Bald. ſcribit in *l. pre. ib. nu. 18. verſ. Sed quid ſi mater delatam filii tutelam. Cod. de impuber.* ſatis non eſſe, ex fide bona, vtiliterq; à matre tutelam geri, niſi & rite ſuſcepta tutela ſit. Inde ait, à ſucceſſione filii matrem ſubmoueri, quæ tutelam legitime minus ſuſceptam vtiliter adminiſtrauit. Idem Bald. ait *in l. matres. n. 2. C. ad Tertul. in l. cum oportet. §. ſi. q. penult. C. de impuber. per gl. in l. 2. §. ſi mater in verſ. non legitime. ff. ad Tertul.* cum Bal. Barba conſentit in *conſ. 66. n. 16. inter mod. inter Curtius ſent. reſponſ.* Dec. *in c. ex part. 2. n. 5. circa fin. de appell.* Gozad. *in conſ. 17. n. 5.*

Eodem pertinent quæ ſcripta ante ſunt *nu. 144.* Quam opinionem recipi hic maxime conuenit, vbi correctio iuris communis feudorum, cum læſione totius agnatorũ, vertitur. Quam rem Socin. obſeruat *in dicto conſ. 53. num. 6.* Sed enim duo hic ad feudum alienandum per reſcriptum regium & decreta exiguntur. Id eſt, veritas cauſæ, propter quam alienandi permiſſio poſtulatur, & formæ decretorũ obſeruatio. Quę formam in cauſis ipſis neceſſariis indagandis, in numeratione pecuniæ perſpicienda, & in conſenſu domini directi impetrando verſatur. Itaq; cum neglecta forma circa cauſas ipſas neceſſarias exquirendas, & circa pecuniariam numerationem appareat. In quib. cauſis & numeratione ſumma rei totius conſiſtit.

Ad rem capitula non attinent, quæ ad veritatem ipſarũ cauſarum probandam ſpectant. Quoniam cauſarum etiam probatione facta, vitium tamen à veritate earum dilui formæ poſthabitæ nequit.

Formam porro in reſcripto verſari, vltra verba eius expreſſa forma decr[illegible] torum ad vnguem obſeruata, in quibus dubitatio non cadit. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3. l. continuus. §. cum ita.*
162 *ff. de verb. obl.* ex clauſula † etiam oſtenditur, ſi preces veritate nitantur. Per quam ſub conditione alienandi facultas permittitur, ſi vera ſunt quæ narrata apparent. Conditionem enim ex ſi particula induci, dubitandum non eſt. *l. b. 1.* Ibique Bart. *q. 1. ff. de cond. & dem.* Idque locum tum etiam habet, cum verbis executoriis particula ſi adiicitur. *l. quibus diebus. §. quidam Titio ff. de cond. & dem.* Ripa *in l. de pupillo. §. meminiſſe. num. 21. circa med. ſupra de oper. noui nunc.* Quid hic dicendum, vbi in verbis diſpoſitiuis & circa ſummam rei adiecta particula hæc legitur. Condition igitur in 163
clauſula † hac admiſſa, iuris incerti non eſt formam à conditione induci, & quæ in conditione ſunt, pro forma adimplenda. *l. Prætor.* Ibique Bar. *ff. de collat. bon.* Bald. *in Auth. matri & auiæ. num. 3. C. quando mul. tut. offic. fungi poſſ.* Soc. *in conſ. 32. num. 2. lib. 3.* Iaſon. *in lib. 2. §. prius. num. 11. ff. de vulg.* Dec. *in cap. de appellationib. num. 4. verſ. Secundus caſus. de appel. in conſ. 11. n. 9. in conſ. 77. n. 1. & vberius infra n. 395. verſ. idq; etiam declaratur.*

Secundo ex verbis illis † ad vnguem, conditio introducitur, 164
quæ verba ad perfectionem ſpectant, vt ne tantulum quidem præterire eorum liceat, quæ actus exquirit. Sic quomodo apud linguæ Latinæ videre doctores eſt. Nihil aliud quippe ad vnguem, atque perfecte eſt. Perfectum plane dicitur, quod ex omnibus ſuis partib. conſtat. *l. b. ff. de orig. iur.* vnde perfectus actus non dicitur, cui quicquam deſit. *l. pen. in fi. C. de his quib. vt indig. c. fi. de reſtit. ſpol. c. ſed penſandum. 6. diſt. c. nihil. 7. q. 2. gl. in c. 1. de ſacr. a vnct. & in c. 1. de ſacram. iterand. vel non.*

Quod cum ita ſit, diuiduitatem perfectio non recipit, cũ perfectum dici id nequeat, quod diuiſum ſit, ſiquidem partes ſuas
omnes diuiſa res non habet. Indiuiduitate † plane interueni- 165
ente, non poteſt pro forma id non exigi, quod ad vnguem aut perfecte fieri ſuperior iuſſit, cum ea ſit natura formæ, vt diuiduitatem neſciat. *d. l. ſi is qui 400. §. quadam.* Ibiq; Alex. *in 2. not. ff. ad leg. Falc. cum aliis ſupra adſcriptis in 3. reſponſ. ad c. verſ. indiuiduitas et hac aliter etiam enarratur.* Sic modus ille tertius indiuiduitatis demonſtrandæ, ad vſum in conſideratione hac deducitur.

Quoniam formam conditione faciente, cum in manifeſto ſit, adhibitam formam non eſſe; quæ in veritate eorum indaganda conſiſtebat, quæ nunc demum per capitula indagare & demonſtrare pars certat. Ad rem non attinet, cauſas ipſas feudi alienandi vere interfuiſſe, poſtquam neglectus habitã formã eſt, quia diuiſionem veritas & forma non recipiunt, cum neutrum carere altero non poſſe, demonſtratum ſatis ante ſit.

Ad quam meditationem † appoſitiſſime id quadrat, quod 166
ſcriptum ſupra eſt in tertio modo indiuiduitatis, *verſic. non ſolum. numer. 137.* graue adeo formæ omiſſæ vitium eſſe, vt non modo forma ipſa, ſed & materia eius indiuidua habeatur, materia nã in qua forma contingit ex cauſis neceſſariis alienandi, ex numeratione, ex domini conſenſu conſtat.

Super his enim forma inquirendi ſeu veritatis indagendæ verſatur. Vnde cum formæ factum ſatis non ſit, nihil eſt, quod ad materiam per capitula pars recurrat, bonamq; aut idoneam materiam eſſe oſtendat, in qua cadere forma poſſet. Quoniam forma diſſoluta aut extincta non poteſt res ipſa tota, contractusque cunctus non reſolui. Idque narratione etiam natur alĩ oſtenditur.

Quoniam à forma † actus eſſentiam aut ſubſtantiam acci- 167
pit. Ex auro enim aut aui materia ſola ante annulus non dicitur, neq; annuli ſubſtantia intelligitur, quam annuli formam aut ſpeciem accipiat. Æq; à calce; lapidib. tignis, & alia ædium materia, ædium intelligi ſubſtantia non poteſt, verum à forma ipſa ædium ſubſtantia exiſtit, id eſt, à parietib. tabulatis, tignis, tecto, feneſtris, foribus, & id genus aliis; quibus carere domus nequit. Et iſtud vero eſt, quod dictitant, à forma eſſe rei dari *leg. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhibend. c. in ciuitate. de vſuris.* Inde fit, vt forma rei extincta, rei quoq; ſubſtantia pereat *c. dixit. in fi. de conſecrat. diſtinct. 2.* Cardinal. *in conſ. 149. circa princip.* Idque natura ipſa ſola docet.

Dirue domum, annulum confringe, quamuis materia ipſa duret, domus tamen aut annulli ſubſtantia non conſtat, neque domus præterea dici aut annulus poterit. Inde ratio † text. col- 168
ligitur *in l. repeti. §. 1. ff. quibus modis vſusfruct. amit. §. fin. Inſt. de vſufruct.* ædib. ſublatis aut ſubuerſis, ne æreę quidem vſumfructum deberi, eo enim id fit, quod in ædib. vſusfructus conſiſtit, at enim ędium ſubſtantia non eſt, neque intelligi poteſt forma earum corrupta aut perempta. Inde etiam fit, vt forma mutata, rei totius interitus ſequatur. *d. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhibend. l. Seia. circa fin. ff. de auro & argento.*

Idque natura ipſa patet, veluti ſi ex annulo auriſcalpiũ faber aurarius faciat. annulus enim deſinit, & ad ſubſtantiam aliam abit. Conſequenter his dicendum, vt forma reſcripti in feudo alienando non adhibita, pro eo res ſit, vt ſi abſq; cauſa aliqua, citra ſuperioris conſenſum, ex libidine mera vaſalli alienatum feudum ſit, non ſecus atque ſi ædes ædificare is paret, qui artis ædificatoriæ expers omnino ſit. Conſequens enim fit, vt

ſine

Digitized by Google

ſine ſcripti forma ſubſtantiam vllam habere feudi alienatio nequeat.

Apparet ex his, triplicitèr ad formam pertinere, quæ comprehenſa in reſcripto ſunt. Principio ex verbis reſcripti liquidiſſimis, forma decretorum obſeruata. Secundo ex verbis illius ad vnguem. Tertio ex clauſula conditionali, ſi veritate pre-
169 ces nitantur. Quin etiam vbi in dubio † res eſſet, ad formā nec ne ea pertineant, quæ decretis expreſſa & reſcripta ſunt, formam in eis intelligi omnino oportet, quatenus ad perniciem grauiſſimam agnatorum & ſucceſſorum in feudum accidere omiſſio eorum poteſt. Si feudi alienandi permiſſio facilis adeo ſit. Bartol. & alii in *leg. 2. §. prius. num. 5. verſic. 3. caſu. ff. de vulgar.* Dec. *in dicto cap. de appellationibus. numer. 5. verſic. hoc tamen videtur procedere. de appellat.* Ruin. *in Rubr. ff. de oper. noui nunc. numer. 5. in fin.* Quid hic
170 dicendum, vbi de forma † ipſa liquidiſſime apparet. Quo caſu vitibus omnino actus dificit, quamuis leue à forma omiſſa incommodum ſequatur. *l. ſi vnus.* Ibique Aretin. *in 2. notab. quam ſimul cum l. non idcirco. C. de teſtam.* Decius in *dicto cap. de appellationibus. numer. 5. verſic. tertius caſus.* Ruin. *in dict. Rubr. de operis noui nunciatione. num. 3.*

Apparet ſecundo indiuiduum contractum alienationis feudi, tam à forma quam à materia, id eſt, à veritate cauſarum alienandi eſſe, in qua veritate exploranda adhibita forma non eſt. Atque ideo forma ipſa deficiente, ad rem materiam aut cauſarum veritatem non prodeſſe. Et conſequenter ex materia ipſa ſola contractus ſubſtantiam ſine forma non magis, quam ſine forma ædes, annulum, aut rem aliam quamuis conſiſtere. Eapropter fruſtra aduerſarii conatus ad capitula admittenda fieri per quæ ex materia ſola citra formam, rei tribuendam eſſentiam putat.

171 In qua re monendos eos † cenſeo, qui ex occulto, hoc eſt, extra apertum Iuriſconſultorum campum, lingua licentioſe ſermonibuſq; falſis in iudicio hoc Crauettam mordent, perinde quaſi per iniuriam Generi cauſam ſuſcipiat. Non alio iure in feudo Generi tuendo Crauettam ipſum vti atque in rebus eccleſiæ à præfectis eius alienatis ſeruandam, æquitas ipſa Pontificia cenſet.

Idq; longe liquidiſſimum ſuperiora præſtant. Quibus vnum atque alterum in re eccleſiæ alienanda coniunctim exquiri teſtatum, *num. 59.* cauſarum veritatem ſcilicet atque formam vſq; adeo vt vnius vitio ex toto alienatio pereat. Quod ſi notiſſimam patris poſſeſſionem & contrahentium ingenium intueri quid lubet, mirum ni naturæ, nedum legum ius optimum euidentiſſime cum Genero faciat. De æquitate ac inferius etiam memoria habetur. *n. 185.*

Quarto non modo reiicienda capitula formæ vitio dicimus
172 quæ teſtium probationem expoſtulant. Sed nec † inſtrumenta admittenda exiſtimamus, ſi qua eorum productio ad veritatem cauſarum feudi alienandi fieret, ita vt notoriæ alienandi cauſæ per inſtrumenta eluceant. Siquidem nec in actu notorio impune negligere formam licet. Quocirca formam examinationis, ad gradum Doctorum aſpirare ſcholaſticus non poteſt. Tametſi in manifeſto eius eruditio ſit. Alexan. in *l. athletas.* apud Bart. *C. de athletis. lib. 10.* Corſet. *ſingul. 23. qualiter ſe habuit in ſi.*

Quid dicendum hic erit, vbi econtrario per inſtrumenta publica ex vanitatibus & commentis ea conflata apparet, ſed nec confeſſione ipſa formæ vitium dilui, ex Baldo monſtratum ante habemus in *dicta l. vt debitum. in fin. Cod. de hered. action. & quod ſcriptum ante eſt, n. 157.*

Quinto euidentiſſima capitulorum ineptitudo ſit, quod ex cauſis in eis commemoratis feudi factam alienationem non eſſe, ex confeſſione patris declaratur, quæ recens ſeu de nouo cognitas ſe cauſas neceſſitatis in precibus dixit, principi oblatis, quæ in dictis enarratæ capitulis ſunt.

173 Ex quib. precibus † confeſſionem induci procul dubio eſt. *l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratam hab. l. cum te. C. de tranſactio. l. cum precibus. C. de probat. l. 2. in fin. C. de inſtit. & ſubſtitu. l. e. cum precum. C. de lib. cauſ.* Bart. *in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & in l. 2. § in fi. ff. de iure fiſci.* Quod eum quoque obtinet, cum vires reſcriptum ob ſubreptionem non habet, vt ex Ioan. And. Iaſ. probat in *conſ. 161. col. 3. in fin. lib. 2.* vnde ſi nunc primum & poſt interuallum tam longum cauſas illas neceſſitatis intellexiſſe pars confitetur. Quomodo ex cauſis illis emere feudum potuit.

Rurſus ſi emptor ipſe cauſas ipſas neſciebat, Quomodo notæ eſſe iudici potuerunt, apud quem à partibus ipſis probatio-
nes fiunt. Itaque ignorantia † cauſarum neceſſitatis in parte & 174
iudice admiſſa, ex cauſis ipſis ignoratis fieri alienatio non potuit. *l. cum te. & l. tres fratres. ff. de pactis. l. eg. matr. ff. de inoffic. teſtam.* Hoc ita prænarrato, vt ex cauſis ignoratis fieri alienatio non poterit, Conſequens ſit, impertinentiſſima capitula apparere, quæ ad cauſas has ignotas probandas ſpectant. Quoniam & ſi maxime ita res haberet, vt in capitulis narratur, quod ipſum omnino pernegatur.

Ex cauſis tamen † ignoratis, & ex quibus facta alienatio non 175
eſt, roboris quicquam accipere alienatio non poteſt. Iure quippe vulgatiſſimo vtimur, quoties niſi ex cauſa quaſi aut iure quo fieri actus nequit, firmitatem in eo non aliter eſſe, niſi ſi ex ea cauſa, aut ex iure illo fiat, verbi gratia vt ſeruitutis ius longo quiſpiam tempore quærat, ſatis non eſt, iure ipſo per tempus longum quem vſum, niſi ex iure illo vſus ſit. *leg. fin. ff. quem. ſeruit. amit. libr. 1. §. hæc interdicta. verſ. Sed & ſi iure. & §. Ariſto. ff. de aqua quot. & æſtiu.* Innoc. & alii in *c. bona 2. de poſtulat. prælat.* Bart. in *l. 1. in prin. nu. 12. in fi. ff. de acqui. poſ. in l. 1. §. 1. num. 9. ff. de itin. actuq. priuat.* Bald. *in conſ. 352. materia feudorum. num. 3. verſ. item quod vtrum lib. 1.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 243. videtur, quod non poſſit. lib. 1.* Alexand. *in conſ. 50. nu. 8. libr. 3.* Cauſa eadem dominii vtilis præſcribendi eſt, vt ſatis nō ſit, rem aliquam tempore longiſſimo poſſideri, niſi ex cauſa aut iure dominii vtilis poſſideatur. Id eſt, tanquam vaſallo aut emphyteuta, obſequia præſtando, aut canonem pendendo, ita vt vaſallorum atq; emphyteutarum mos fert. *c. 1. §. ſi quis per triginta. ibi vt feudum. atque ibi doc. Si de feudo fuerit contro. inter domi. & agna.* Alexand. in *conſil. 169. numer. 5. verſic. tum etiam quia. lib. 2.* Text. huc ſpectat in *l. 2. §. hommes. ff. vi bon. rapt.* edicto prætoris de bonis vi raptis ob armatorum coactionem locum non eſſe niſi ob cauſam ipſam rapiendi facta coadunatio ſit. Einſdem generis eſt, quod Alex. ſcribit in *conſ. 113. num. 1. lib. 1.*

Qui ex præſtationib. temporis longi aut longiſſimi ius ſuum metitur, ſatis non eſſe de præſtationibus fidem facere, niſi doceat, ex cauſa eas factas, quæ expreſſa in libello eſt. Idem Alex. tradit in *conſil. 108. circa fi. lib. 2. in conſ. 75. n. 12. libr. 4.* Ruin. in *conſ. 65. num. 20. in conſil. 75. colum. 3. in prin. & num. 5. lib. 1. in conſ. 229. num. 10. lib. 4. & in conſ. 104. nu. 15. in fi. lib. 5.* Et quod ſcriptum apud nos legitur in *conſ. 171. n. 13.*

Quoties pro filio mercatore ex ſtatuto pater obligatur, locum ſtatuto non aliter eſſe, niſi ob cauſam mercaturæ contractum debitum ſit. Itaq; cum planiſſimum ex confeſſione partis fiat, ob cauſas in capitulis enarratas feudi alienandi datam facultatem non eſſe, vtpote quæ incognitæ prorſus & parti & iudici eſſent. Quorſum de capitulis reiiciendis dubitare, quæ ineptiſſima eſſe, non ambigitur.

Vires argumentum hoc à ratione fortiore accipit. Namque ſi ſatis non eſt, factum quid eſſe, niſi ob cauſam factam doceatur, quæ expreſſa eſt: Quid hic dicendum, vbi ex confeſſione ipſius aduerſarii perſpicua res ſit, ex cauſis ab eo in capitulis relatis feudi alienandi conceſſam facultatem non eſſe.

Ratione & altera, ipſaque fortiore argumentum hoc inualeſcit.

Dictum enim in ſuperioribus habemus. *num. 144. & nu. 160.* ſatis non eſſe, ob cauſam aliquam à iudice quid fieri, niſi de ea iudici ipſi liqueat, tametſi ad cauſam illam cogitauerit, & ex ea victa ab eo res ſit per tex. in *l. hac autem. §. deſendi.* ibique Bart. *ff. quib. ex cau. in poſ. eatur. in l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.* Quid hic dicendum vbi manifeſtarium aduerſarii voce ſit, ad cauſas ipſas in capitulis inſertas cogitari non potuiſſe, vtpote incognitas.

Conſequens prædictis ſit, confeſſionem geminam aduerſarii interuenire, vnde capitulorum ineptitudo pellucida nitet. Prior confeſſio ex facto ipſo editionis capitulorum emanat. Hoc ipſo enim quod ob cauſas nouas & initio incognitas locum feudi fuiſſe alienationi aſſerit, cauſæ cognitionem in cauſis his non interueniſſe, probationemq; præſtitam earum non eſſe, apertiſsime confitetur, iuxta illud † Facta loquuntur. *cap. cauete. 22. quæſt. 2.*

Et illud diui Gregorii de quodam monacho, 4. *Dialogorum.* Et ſi verbis taceret, facta loquebantur. Et contra Iouinianum diuus Hieronymus in fine. De noſtro grege triſtes, pallidi, ſordidati, & quaſi peregrini huius ſæculi, licet ſermone taceant, habitu loquuntur & geſtu. refert Ioan. Andr. in *cap. conſtituit. certa medium. de elect. lib. 6.* Inde dicimus, potiora verbis facta eſſe. *l. 2. §. ignominiæ. ff. de infam. l. ſi inſtituta. §. 1. ff. de inoff. teſta. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de edili.*

al. l. ob id. l. ſin ff. de diuort. l. 1. & per totum. C. plus valere quod agi. Inde ab effectu, non à verbis contractus denominatio fit. *l. ſi vno. in princ. ff. locati. l. ſi olea. C. eod. tit. l. inſulam. ff. de praeſcript. verbor.* Bartol. *in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. & in qu. Publicanum. cum talibus ſexcentis. De quo dictum etiam ante eſt. num. 109. & infra num. 105.*

Cauſæ plane cognitio & probationibus cauſarum circa feudum alienandum, prætermiſſis, inutilem vitioſamque penitus alienationem fieri, teſtatum ſupra, nec parce aut obſcure habemus.

Altera confeſsio verbis expreſſa, ex cauſis in capitulis enunciatis factam alienationem non eſſe, neque fieri potuiſſe, vtpote quæ iudicibus clam & parte eſſent. Ea que ratione ineptiſſima euidentiſſime capitula apparere.

Sed & confeſſio tertia ex parte omni coruſcans accedit. Namque ſi cauſas neceſſitatis in capitulis expreſſas animaduertimus, ad aureorum vſque quinque millia ſunt. Atqui quæ in acta alienationis cauſæ narrantur, aureorum quingentorum ſupra mille ſummam non excedunt. Siquidem aurei alii nummi quingenti in villæ erogandi redemptionem erant. De qua villa redimenda memoria in capitulis non habetur. Quomodo igitur ob cauſas in capitulis expreſſas fieri alienatio potuit, quæ diuerſæ penitus, longeq; ampliores atq; cauſæ ipſæ, ſunt, quarum nomine facta alienatio eſt. Ex diuerſitate † quippe
177 ſummarum diuerſitatem debitorum præſumi incertum non eſt. *l. quinquaginta. ibiq; not. ff. de proba. l. plane. 1. §. ſed ſi non corpus. l. ſi ita ſit ſcriptum ff. de legat. 1. l. cum centum. ſecundum intellectum.* Iac. de Aret. & Bartol. *ff. de adim. legat.* Cardin. *in conſ. 51. num. 2. poſt medium. verſic. & vltra illud.*

In qua re euidens capitulorum calumnia emicat. Namque ſi ære alieno tam graui obrutus venditor fuerat, vt in capitulis
178 aſſeritur, cui fidem Orator quiſpiam † vel acerrimus fecerit, neglectui creditores pecuniam tam ingentem habuiſſe. *l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pactis. l. eleganter. §. qui reprobus. ff. de pignor. actione. l. cum de indebito. § primo. ff. de probat. l. Cautianus. ff. de oper. liber. l. ſi cum aurum. ff. de ſolutionibus. cap. ſuper hoc. de renunciat.* Captioſam etiam liberalitatem interpretatio prudentum fregit. *l. cum Aquiliana. ff. de tranſact.* Sed qui plana magis capitulantis calumnia fieri, atque ex articulo illo poteſt, quo ſumptus litis apud curiam Parlamenti Pariſius diſceptatæ proponitur. Facit enim pecuniam incredibilem ob eam rem, & ex portione venditoris inſumptam, contra quam inſtrumentum publicum docet, quo ratio habita pecuniæ eius eſt. Et cuius nomine non æs alienum, vt falſo impudentiſſimeque aſſeritur, contractum, verum accepto debitori latum. Inde regula illa notiſſima, aduerſarius cæditur, ſemel malus, & illud crimine ab vno diſcite omnes.

Sexto prædictorum omnium nihil eſſe fact. quæ tam vehementiſſime mouent, ex alio capitulorum fruſtratio, ocium vel palam fit. Nimirum ex obreptione, quæ cælari, & cui aduerſarius cupit, ne capitulorum probatione ad vnguem impleta, putet. Narratum enim in facultate alienandi impetranda eſt, aureos nummos quadringentos mercium & ouium nomine deberi.

De qua re verbum in capitulis non fit. Vnde ſatis ad ſalmarium litis totius & capitula tenenda eſt. Quoniam in manifeſto eſt, merces ipſarum ex Senco gratiano, aliove id genus, ne in parentem quidem agentem venditorem feudi fuiſſe. Cum pecuniæ autem id genus merces multo pluris quam eſſent, venundabantur, quæ tamen minimo poſtea aliis tradebat, vt pecuniam ratione quauis conficeret. Quæ res ad verſutam faciendam ſpectat. Rei cuius in litem peruulgandæ cauſa, cum [illegible] libri rationum petita nec ſemel ſit, id tamen facere ad[illegible] usus tenuit. In qua re fraudis ſe obiectæ † ſuſpectum
179 reddit, ne editione facta in lucem nequitia prodeat. *l. final. C. de fide inſtrumento.* Baldus *in conſil. 406. præmittendum eſt. in fin. libro 4.* Decius *in Authent. ſi quis in aliquo documento. num. 22. in fine. C. de edendo. & apud nos in conſil. 172. numer. 6.* Atque in ſpecie, Calder. id probatur *in conſil. 2. de vſuris.* ſuſpicione heredes vſurarii laborare, qui librum ædere rationum nolunt, manifeſtum ex eo vitiæ ſcelus fieri. Æque partus ſuppoſiti ſuſpicionem mulier ſubit, quæ ventri inſpectando reſiſtit. *l. 1. §. ſed ſi maritus. ff. de lib. agno. l. 1. §. eſt. ff. de ventre inſpiciend.* In eadem cauſa mulier eſt, quæ ſequeſtrari ſe non patitur, ne ab alio ineatur. Paulus de Caſtro *in conſilio 177. quia per primum. columna penultima. circa medium. libro 1.* Appoſite huc text. confertur *l. 2. §. penult. Cod. de iure. calum.* pro confeſſo haberi, qui iuramentum præſtare calumniæ recuſat. De quo Bald. meminit *in conſilio 257. Titius emit ſeudum. in fin. libro 1.* Pro confeſſo igitur non haberi aduerſarius non poteſt, qui librum toties rogatus non edit. Grauior porro ſuſpicio creſcit, quod rei aut ſuſpicionis huius & fidei eius malæ apud principis celſitudinem notatus, æquo eam animo tulit. Quis credat, labem tam turpiſſimam apud principem, proceres, & ſenatorem eius ſupremum, aduerſarium laturum, ſi ex fide res acta bona ſit. Cur non librum vel vltro profert, & obiectum ex eo flagitium diluit. Non ſolum † autem priuatum hominem id 180 genus ſuſpicio, ſed & iudicem ipſum conſtringit. Quoties ne quid fiat, parti contradicit & quod poteſt, impedit. *gloſſ. in cap. ſtatutum. in fin. princip. in verſic. vel. copia. in fin. de reſcr. libro 6.* Cornel. *in conſilio 132. columna 2. poſt medium. libro 3.* Iaſ. *in conſilio 54. colu. 2. libro 3.* Rem hanc ſedulo quæſo animaduertant, animiſque excutiant, qui aduerſarii partes tanto opere ſuſcipiunt bonumque eius ius exiſtimant.

Conſequens his fit, vt probatione omnium præſtita, quæcunque narrata in capitulis ſunt, ad aliquid profutura ea nihilo magis eſſe. Siquidem obreptum in parte hac aureorum 400. non obſcure apparet, inter cauſas neceſſitatis alienandi eam ſummam referendo, contra quam veritas ipſa lucidiſſime nitet. Ex obreptione † plane inutile & vitioſum penitus reſcri- 181 ptum fieri, ambiguum non eſt. *l. ſed ſi hac. § patronum. ff. de in ius vocan. l. magis puto. § pen. ff. de rebus eor. l. idem Vlpian. ff. de excu. tutor. l. 3. §. puberi. ff. de Carbon. edict. l. cum vero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. liber. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius vel vtilit. publi. quæ in canone inſerta legitur & ſi legibus 35. quæſtio. 2.* Idque locum obtinet, vel cum obreptio commiſſa in tantulo eſt. *c. ſi proponente. de reſcri. c. ſi motu proprio. & cap. non poteſt. de præben. libro ſexto.* Id quod recipi handdubie hic oportet, vbi ad alienum incommodum alienandi promiſſio recidit, vbi à iure communi feudorum diſceditur. Quid hic dicendum, vbi in ſumma obreptum non exigua eſt. Hoc amplius ne per ignorantiam obreptionis quiſpiam excuſatur, ſi cum facti veritatem ignoraret, id ita à ſe narratum impetrans dicat. Quoniam temeritatis id vitio datur, Oldrado authore *in conſilio 208. quoniam ex tempore. columna prima. poſt medium per text. indict. cap. ſi proponente. & ibi not. de reſcript.* Idem Ruin. ſcribit *in conſilio 3. numero 16. libro 1.* Idque ratione † ſortio- 182 ne confirmatur, quod ius idem ſubreptionis eſt, vt irritum per eam reſcriptum fiat, quamuis commiſſa per ignorantiam ſit vbicunque tertii diſpendium vertitur. *capitul. conſtitutus.* Ibique Abb. *in ſecundo nota. & cap. ſuper literis. de reſcri.* Gemin. *in conſilio 105. in fin.* Tantundem ſeruandum, cum ex tantulo commiſſa ſubreptio eſt *in conſilio Soluiago Scriptum pro communi Saniliano habitum. numer. 67.*

Longe magis hoc idem probãdum in obreptionẽ erit, quod grauius vitium, atque ſubreptionis eſt. Baldus *in conſilio 252. querela preces. poſt princip. libro primo. cum aliis apud nos collectis in conſilio 68. numer. 5. & in dict. conſilio Soluiago pro communi Saniliano, numero 72.* obreptio enim in falſo exprimendo, in falſo reticendo ſubreptio obſeruatur. Iaſon *in conſilio 2. columna ſecunda libro primo. & in dicto conſilio Soluiago numero 124. in quo ſubreptio declaratur.* Obreptione hac ita patefacta, cum in ſolidum actum vitiet, vel ſi commiſſa in tantulo ſit. Quorſum capitulorum admiſſio. Quatenus de aureis 400. neque mentio non ſit, ob cauſam neceſſariam deberi, neq; fieri poteſt, cum in manifeſto res ſit, in profuſionem pecuniam perditam, quæ ex mercibus illis colligi verſuram faciendo, potuit. Id quod circa ſcripturæ priuatæ approbationem dicitur.

Illud omittendum in obreptione hac non cenſui, vnde omnibus aduerſarii ſuſpitio ſit. Namque cum ſuum eſſet, cauſam neceſſitatis in aureis ipſis 400. edocere per ea, quæ ſatis ſuperque ſcripta in ſuperioribus ſunt, cum text. vocamus *in capitul. 2.* Ibique Doctor. *de reſcrip. cum aliis ind. conſ. Soluiago à nobis comparatu. columna prima.* non modo id non præſtitit, neque præſtare curæ habet: verum vt id faciat rogatus, id eſt, vt librum rationum edat, editionem ipſam modis omnibus deprecatur non minus ab ea atque veneno præſentaneo metuens. Ex qua re quantam ſibi ſuſpicionem conciliet, ratio ipſa communis docet.

Ad obreptionem hanc pertinet, quod † ſcriptum in ſupe- 183 rioribus eſt, *nu. 138.* per inutile, quod vtile eſt, vitiari, quoties in fraudem legis quid fit, ex Bar. *in conſ. 159. num. 8.* Ruino *in conſi. 86. colum. fin. lib. 1. & in conſil. 109. num. 27. lib. 4.* ſed enim euidens fraus

Digitized by Google

ex obreptione fit, vnde dolus arguitur Innocen. *in capit. dilectus. 1. de reſcript. & in capit. accedens. de crim. falſi.* Ioan. Andr. *in capit. ex literis. de dolo & contum.* Gemin. *in conſil. 128. in fin.* Socinus *in conſilio 249. numer. 9. verſicul. ad ſecundum reſpondeo & verſicul. ſequ. lib. 2. Quod inter conſil. inſertum Curtii ſenioris eſt. in conſilio 18. idque inferius etiam oſtenditur numer. 201.* Ibique idem in ſubreptione exprimitur. Non ſolum autem dolus indiuiduus habetur, ſed nec culpa diuiduitatem recipit, quæ adhiberi in partem nequit. *l. ſi vt certo. §. ſi duobus in fin. ff. commodati. l. ſi duo verſicul. quod ſi l. ancem. ff. depoſiti.* Bar-
184 tol. & alii. *in l. 4. §. Cato. in 6. oppoſ. ff. de verbor. obligat.* Inde fit, † vt indiuidua ſtipulatio habeatur, dolum malum abeſſe. *l. inter coheredes. §. quod ex facto. ff. famil. erciſc. d. l. 4. in princip.* Bologn. *in d. §. Cato. num. 38.*

Aduerſarii dolo igitur ex obreptione euidentiſſima in facto ſuo, & circa aureos 400. vndique refulgente, non poteſt alienatio ipſa ex toto nõ reſolui, ſi quidem ab eo, quod inutile eſt, actum vtilem infirmari, nemo ambigit, & teſtatum id ſatis in ſuperioribus habemus, *num. 131.* Argumentum hoc ſextum ad generum victorem præſtandum & aduerſarium eius deiiciendum, vel ſolum valere, incertum non arbitror.

Septimo prædicta eſto omnia taceant, præſto actori & illud eſt, quod numerationem pecuniæ, propter quam feudum alie-
185 natur † decretum exigit. In qua re decet animaduertere rationem licet, quamobrem feudi ex eo permiſſa alienatio ſit. Ad exemplum enim iuris communis Romanorum in bonis fideicommiſſi idita conſtitutum, vt qua ratione bona fideicommiſſi in perniciem ſubſtitutorum ob dotem & donationem propter nuptias iure nouiſſimo alienare licet. *Authent. res quæ. ff. commun. delegato.* Ita ob eas cauſas alienare & feudum permittatur, perinde quaſi eadem vtrobique ratio moueat. A iure enim gentium æque teſtamentum inuentione aut quoad teſtandi facultatem, atque contractus ſunt, vt apud Bartolum *in l. vtrendum. ff. de cond. indebiti.* Vnde & ius commune in omnibus
186 imitandum decretum cenſuit. Iure plane † commune ad dotem confeſſam, & quam numeratam eſſe, non conſtat, priuilegium *dict. Authent. res quæ non pertinet.* vt Iaſon ibi tradit *colum. penult. in nona limitatione.* Baldus Nouel. *in l. prima num. 1. ff. ſoluto matrimonio. & in tract. de dote parte 6. priuileg. 13.* Aret. *in dict. l. 1. colum. 5. poſt medium. verſic. & circa priuilegium iſtud prælationis.* Ibique Socinus *numer. 87. in fin.* Guido Papa *in conſil. 140 in fin.* Veronenſ. *in d. conſil. 38. colum. 7. in ſecundo dubio.* Rum. *in conſil. 199. numer. 5. libro ſecundo.* Ciuia eadem priuilegii eſt, de quo *in l. fin. C. qui potiores in pignore habeantur.* Doti enim & id confeſſæ non datur. Veronenſ. *in dicto conſil. 18.* Cumulatiſſime Iaſ. in § *fuerat numer. 72. vſque ad numer. 92. Inſtit. de actionib.* Gozad. *in conſilio 18.* Sed nec hypothecariam contra poſſeſſores bonorum mariti ob dotem confeſſam mulier exercet. Rom. *in conſil. 445. conſultatio. colum. final. in 3. dubio.* Socinus & alii *in l. prima. num. 83. ff. ſoluto matrimonio.* Felinus *in cap. ſi cautio num. 84. in fin. verſic. fallit vltimo. de fid. inſtrum.* Crotus *in l. ſi conſtante. num. 147. verſic. ſecunda concluſio. ff. ſolut. matrim.* Dos item confeſſa compenſationem patitur, vbi compenſationi locus ſi vera dote non eſſet. Signor. *in conſil. 49. num. 3.* ſi doti confeſſæ & tam fauorabili dotis tribui priuilegia non ſolent. Quid in ſpecie dictum controuerſiæ erimus, quam odioſam eſſe, demonſtratum ſuperius eſt.

Sed & decreto de numeratione tacente, ius idem probandum; vt niſi ad dotem feudi alienandi facultas pertineat, de
187 qua vere & per numerationem conſtat. Idque iure illo † nouiſſimo, vbicunque niſi in caſu quo certo permiſſus actus eſt, de caſu illo probationem veram præſtandam, neque confeſſioni diſponentis aut actum illum gerentis fidem de caſu habendam, ne alias in arbitrio cuiuſuis ſit, actum illum, & cætera caſum permiſſum pro libidine & indiſcriminatim perficere, cauſam ipſum ſubeſſe confitendo. *l. cum hi. § ſi cum hi. ff. de tranſact. l. qui teſtamentum ff. ſi le probat. l. ſi forte.* Ibique Bartolus *ff. de Caſtr. pecul. l. magnum. § ex pacto. ff. de rebus eorum. l. cum quis. § Titia. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. ambitioſa. num. 27. ff. de decret. ab ordin. fac.* Idem Bart. & alii *in l. ſi donatione. in. [illegible] C. de collat.* Cepta *in conſil. 81. in fine.* Afflict. *in c. 1. in princ. num. 57. de alienat. feudi pater.* Text. huc pertinet *in l. 1. C. de donat. ante nuptias. & in l. 2. C. de dote cauta.* Qua ratione vxori donare maritus non permittitur, ita ne dotem habuiſſe confiteri [illegible] confeſſione paſſim induci donatio poſſet. De quo apud Bart. & alii *in l. ſi dotem. ff. de verb. [illegible]* Itaque ſicut feudi alienandi poteſtas niſi ob debita neceſſaria non eſt. Ita debitis conſtare & vere & per numerationem oportet, ne ſi ſola

ſatis confeſſio ſit, via ad feudum lata diſſipandum pateat [illegible] his debita confitentibus.

Sed enim de numeratione verbum in capitulis nõ fit, quod numerata vaſallo venditori feudi pecunia à creditoribus fuerit. Quare ſterilia atque infructuoſa omnino ex capite hoc ca-
pitula ſunt. In qua re error † aduerſarii nec ferendus deprehē- 188
ditur, qui pretium à ſe numeratum feudi contendit. Quoniam ad numerationem hanc pretii decretum non pertinet, verum de numeratione pecuniæ dotis, aut neceſſitatis alterius, propter quam alienandi facultas datur. Neque ſatis ſtupidam partis mutari inſcientiam licet, cur viſum ſit, de numeratione pretii, quo feudum venit, decretum intelligendum contra quam verba eius lucidiſſima fuerant.

Secundo cum reſpectu dotis & debitorum neceſſariorum numerationis mentio in decreto fiat, ad dotem & debita ipſa reſtringi numerationem oportet, vt de numeratione in dote
& debitis aliis neceſſariis appareat. Ad eum caſum quippe † re- 189
ferri & reſtringi verba oportet, cuius prolata reſpectu ſunt. *l. ſi quis. § quod tamen. ff. locat. l. profectitia. § pet. ff. de iure dotium l. debitor. § ſi. ff. ad Trebel. l. inteſtato ff. de legit. tutor. § quod autem. Inſt. de legit. agn. tut. § ſi. Inſt. de codicil.* Socin. *in conſil. 92 num. 23 lib. 3.* Dec. *in cap. ſi pro debilitate num. 6. circa ſi. de offic. deleg. in c. 1. in 13. not. de poſtulat. prælat. in conſil. 283. colum. 1. circa med. & alia non pauca.*

Tertio ſi de numeratione pretii decretum intelligimus, abſurda prorſus res conſequitur, vt eo caſu prouiſum à decreto appareat, quo neceſſaria prouiſio non eſt. Quorſum enim laborare, numeratio pretii facta, an non ſit, quoties ob dotem vel conſtituendam, vel reſtituendam alienatio fit, dum conſtituta modo vel reſtituta dicatur, ita vt moleſtiam ob eam rem pati conſtituentes aut reſtituentes nequeant. Sed enim non tam caſui huic circa conſtituentem aut reſtituentem, quam ſucceſſorum in feudo iuri proſpiciendum decretum cenſuit, vt non aliter feudi iacturam per alienationem faciant, quam ſi de numeratione in debito, conſtet, propter quod alienandi permiſſa facultas eſt.

Ad caſum † igitur trahi ſtatutum conuenit, in quo proui- 190
dendi neceſſitas maior verſatur. *l. Gallus. § 1. ff. de liber. & poſt. l. cum ita. § fin. & l. vetat. § fratres. ff. de legat. 2. & l. Labeo. ff. de Carbo. edict. l. cum in corum. ff. de a quir. rer. dom. l. in bis. § ſed ſi forte. ff. de ſolut.* Signorol. *in conſil. 1 numer. 4. in conſil. 103. num. 6. & apud nos in rubri. ff. de legat. 1. num. 112. in conſil. 106. nu. 8. in conſ. 135. nu. 12. in conſil. 149. nu. 12. in conſ. 270. num. 4.*

Quarto propter emptorem † feudi, qui creditor non eſt, a- 191
lienatio nõ permittitur, verum propter creditores. Vnde quod de numeratione expreſſum in decreto eſt, ad creditores referri omnino oportet, quorum cauſa permitti alienatio ſolet. Vt non aliter permiſſionis huius beneficio fruantur, niſi ſi vere creditores ſunt, & pecuniam ab eis numeratam appareat, vt ad cauſam ſuam verborum relatio & reſtrictio fiat. *l. ut ſi quis. § plerique ff. de religio. l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtamen. delen. l. cum tale. § falſam. ff. de cond. & demon.*

Quinto cauſa vlla numerationis exigendæ in venditione non ſubeſt. Siquidem credibile non eſt, vt ſine pretio quiſpiam vendat, dum cautæ modo vendendi contingant. *dict. l. cum de indebito. § 1. ff. de probat. cum aliis ſupra relatis. numer. 178.* Cauſa propter dote & debitis vertitur, ne in fraudem quicquam ſucceſſorum fiat.

Cauſam igitur † ſpectari decreti conuenit, cur ita conſtitu- 192
tum in eo ſit, etiam ſi aliter ſonare verba videantur. *l. cum hi. § in cau a. ff. de tranſact. l. ſi procuratorem dedero. in princip. ff. manda. l. cum pater § dulciſſimis. ff. de leg. 2. l. cum tale. § fin. ff. de condi. & demonſtrat. l. verum. 2. ff. de [illegible] l. quamuis. Ibiq. gloſſ. in verſicul. curauit. in fin. C. de fideicom. § ſi tamen aliquam purpuram. Inſtit. de rerum diui. cap. intelligentia. in verſicul. ex cauſis. de verb. ſign. gloſſ. in l. legata inutiliter. ff. de adim. lega. & alia complura. De quo inferius etiam num. 415.* Quid hic dicendum, vbi & verba & cauſa decreti ad interpretationem hanc impellunt.

Sexto quod de pecuniæ numeratione † in contractu vendi- 193
tionis conſtet, ad emptoris id cõpendium ſpectat, quod impletus ab eo contractus dicatur. Sed enim nihil ad decretum emptor facit, Ratio emptoris in decreto habita circa numerationem non eſt. Non niſi agnatorum & ſucceſſorum in feudo nomine numeratio poſtulatur. Vnde ratio habenda numerationis non eſt, quæ facta ab emptore ſit, cui proſpicere decretum

non

non conſtituit. l. cæ leg. ff. loca. Paul. de Caſtr. in conſi. 2. Super prima puncto qu. vtra ſit legitima. colu. 1. lib. 1. Et apud . . conſ. 5. num. 1. Ex his etiam ſententia hæc iuuatur, quæ ſcripta inſra habemus num. 401.

Apparet ex his, argumentum hoc ſeptimum, quod in numeratione ponitur, ſatis & ipſum vnum ad capitula . . pudi . . da eſſe. In qua re obſeruandũ, non modo in aſſerti . . debitis numeratiunem in capitulis non exprimi, ſed nec in pannis holoſer . . , q . . cos 4 . . o. vaſallo defuncto venditos aduerſa . . ern traditionem interueniſſe capitula narrant.

Rur ſus in pannis ſericis obſeruandum, namque cum niſi ob neceſſitates feudi permiſſa alienatio non ſit, neceſſitatum habendi memoria erat, quod pannorum tot ex Seric . . indigens vaſallus defunctus eſſet, per ea, quæ de neceſſitate probanda di . . in ſuperioribus ſunt, num. 22. & pluribus ſeq. Sed enim neceſſitatis huius verbum factum in capituli . . non eſt, fruſtraque etiam expreſſio fieret, cum holoſericatus venditor non incederet.

Ad hæc non modo † neceſſitatis fidẽ facere ſimpli . . ter ſuf-
194 ficit, verum & illud oſtendendum, vſque ad eum modum in libro rationum declaratum ſericis indigentem defunctum fuiſſe. Quia quod ob cauſam permiſ . . um neceſſitatis eſt, ad limites reſtringi neceſſitatis debet. leg. ſenatus ff. de offic. præſid. leg. prim. in fin. ff. de ferin. l. . . & ſi reſtituatur. § ſed & ſi dies. ff. de iudic. l. fina. § quare & ſi. ff. de exercitor. l. fideicommiſſa. § ſi rem ff. de legat. 3. l. venileg. etiam. ff. de alim. leg. cap. quod pro necess. itate. 1. quæſt. 1. Bartol. & alii in l. 1. § mentiano. num. 28. ff. de op. noui nunc. 1 Corn. in conſ. 83. in fi. libro 4. Dec. in cap. per . . num. 68. verſi. . ed ſecundo dato de probat. Iaſ. in l. qui Romæ. § duo fratres. num. 37. verſi. ſecundo per iſtam primam ſolutionem. ff. de verb. obligat.

Reſtrictione igitur facultatis alienandi, ad limites neceſſi-
195 tatis facta, conſequens † non . . , merces tantæ traditæ vaſallo ſunt, ergo indigens tantarum erat, etiam ſi fieri . . oſſit, vt neceſſarium tantum ſericum eſſet. quoniam per neceſſe, non poſſibile concludentem eſſe probationem oportet. l. matrem. l. neque naturales. & l. ad probationem. 2. C. de prob. et. l. non hoc. . . ique cumulate Iaſ. in ſecunda nota C. vnde legit. l. multum. C. de liber. cau. l. in præſentia. Ibiq; Dec. num. 16. in 15 nota de proba & quod Petrin. Bellus celſitudinis ducalis conſiliarius de probatione æquiuoca in tracta. ſuo. de re milit. & bello ſcribit char. 47. num. 135. Quid dicendum hic erit, vbi nec per poſſibile probatio concludit. Si quidem familia tanta onuſtus vaſallus non erat, vt pannis iis carere holoſericis non poſſet. Atque vbi familia numeroſa fuiſſet, pro modo facultatum temperanda impenſa erat, vti monſtratum ſuperius habemus. 127. At enim ſumptui tam graui familiaris non erat. Vnde cauſam neceſſariam habere id genus emptio mercium non poterat. Sed nec probatio vlla præſtita in ſplendidiorem familiæ cultum pannos ipſos ſericeos verſos. Idque nec proponi vere poterat, cum magno ſericum emptum paruo alius venditum per verſurum ſit.

Conſequens inſpectioni prædictæ ſit, cũ vltra verba neceſſitatẽ extendi permiſſio aut diſpoſitio non ſoleat, quæ ob cauſam facta neceſſitatis dicitur, in ſpecie cauſas neceſſitatis exprimendas. Id eſt, tantum in lite exercenda, tantum in victum & alimenta & alia id genus impenſum. Sed enim in obſcuro & ſub inuolucro quodam cauſæ neceſſitatis enarrantur. Ob id
196 inhabiles faciendæ. Quoniam vbi niſi † ex cauſis quibus fieri quid nequit, cauſas ipſas nominatim exprimi, atque ſingulatim oportet. Bartol. in leg. prima. in princip. quæſtio. 6. ff. de oper. noui nuncia. E . . eadem l. Caſtren. in § nunc videamus. Alexand. in conſilio 182. in prim. & num. 6 libro 2. Dec. in cap. bonæ. num. 13 circa fi. de appella. Rom. in conſ. 98. num. 1 . . post med. lib. 4. Pariſ. in conſ. 9. num. 41. in conſ. 12. num. 165. lib. 2.

Octauo narratio in capitulis facta, aureos quingentos, qui in villam erogandi in . . dimendam erant, filii voluntate in cauſas alias verſos, id eſt, . . t creditoribus ſatis aliis vaſalli fieret. In qua re euidens capitulorum fruſtratio n . . tet. Quoniam ob cauſas a-
197 lias, quam in † venditione expreſſ . . alienandi permiſſa facultas non eſt. Atq; ideo formæ partium reſcripti non eſt, & contra quam ſuperi . . . ſit, pecuniario . . mpta, ad irritum omnia deducuntur. l. diligenter. ff. mandat. l. non dubium. C. de ll. c. cum dilecta de reſcr. Et cuoi niſi ob cauſas expreſſas alienandi facta poteſtas nõ ſit, ad alia . . eã . . ahi non oportet . . num. § aut omnia ff. de pactis. in leg. & l. Rutilia Polla. ff. de contr. ab. emp. l. 2. § iulianus. ff. de act. . . aliuque prima. l. vniuerſis. C. de l . . ela . .

Nequ . . imitat, conſenſu filii id iam actum. Quoniam vbi li-
que . . de . . on enſi potuit, inutilis prorſus ad rem eſt. Namque
cum . . demptam villam ex parte infecta promiſſi eſſet, & ad 198
eam rem pecunia deſtinata, à iure illo ſine iuris ſolennib. diſcedere non magis minori licuit, atque ſi rei cuius ſtabilis alienatio interueniat. Id quia per conſenſum id genus actioni renunciatur, quæ ad bona immobilia redimenda minori competebat. vnde ſicut bona immobilia citra iuris ſolennia alienare minori non permittitur, ita nec actionem cedere, quæ ad immobilia competit, glo. & de . . l. in l. 1. C. ſi aduer. tran. ſacta. Bart. in l. poteſt. ff. de authori. tutor. & in l. mouentium. ff. de verb. ſign. Bald. in conſ. 423. Andreas. lib. . . Alexan. in conſ. 1. nu. 12. lib. 1. quod repetitum in conſ. 111. lib. 4. & apud nos in rubr. ff. de leg. 1. nu. 76. Quod cum ita ſit, nimis conſenſus ſimplex minoris faciendus, vbi . . onſtare de eo poſſit, vnde reſ . . bilis & feudalis . . . turam non ſenuem faceret. Aliter etiam conſenſus is inf . . mus protenitur, nu. 276. verſ. ſecundo vbi conſtare de eo poſſit & ſignificantius nu. 283.

Nooo impertinentia capitul . . vſque adeo ſunt, quæ ad confirmationem alienationis ſpectant, vt nec actoris ipſius, vel ſi maior q . . m annis vigintiquinque eſſet, robur ea accipere conſenſu poſſit. Idque ita oſtenditur. Namque formam impletam reſcripti non eſſe, in obſcuro non eſt, quatenus & aduerſarium id eum in hoc ipſo oſtendi oius, quod cauſas nunc docere per capitula . . borat, ex quibus confirmari reſcriptum poſſit. Sed
enim † . . rma reſcripti non adhibita, poteſtate in decreto inter- 199
ponendi & ratam alienationem habendi delegatus non habuit. d. cap. cum dile. ta. . . bique cumulate Felin. colum. 8. verſ. ceſſat contra formam de reſcript. Atqui vires ex ratihabitione aut approbatione partis accipere actus non poteſt, qui defectu nullus aut vitioſus poteſtatis eſt. Ideo quod à tutore aut curatore actum falſo eſt, ratum minor non habet. Bart. in l. 1. C. in quibus cau. in integr. reſtitut. non eſt neceſ. Guido Pa . . . quæſt. . . circa fi. Æque ratum habere reſcriptum nõ poteſt, quod impetratum ab eo eſt, cui impetrandi ius non competit. c. ex parte Decani de reſcrip. gloſſ. in c. nonnulli. § ſi in verſ. ſpeciali mandat. de reſcrip. Alex. in conſ. 135. nu. 4. lib. 2. Felin. c. cum am. cl. 1. colum. penult. verſ. fallit tamen. de iudi. Iaſ. in l. ſi procurator. ff. falſo. in primo not. ff. de condit. ob cau. Et in actu iudicis, cui iuris dictio non erat, ratum eum fruſtra haberi, Innoc. aliique tradunt in c. ſignificaſti de teſtibus. Gemin. in conſ. 76. num. 8. in fi. Et in ſpecie formæ non adhibitæ, ex ratihabitione actum non conualeſcere, quem inutilem formæ omiſſio effecit, Cuma. ſcribit in conſ. 1 . . 8. Tib. Pirus in tertio dubio per te et. in c. cum in veteri. de electio. Bal . . uc accedit in l. obſeruare. § ſi. ff. de offi. procon. locum ratihabitioni in actu non eſſe, qui vice formæ mandatum expoſtulat. Idem Bal. ſcribit in l. ſi vxorem num. 3. C. de condit. inſer. cum aliis apud Rumum relatis in conſ. 69. num. 11. lib. 3. Idem Natta ſcribit in conſ. 430. num. 18. Ex formæ item præteritione poteſtatis defectum, ita vt ratum eum habere non liceat, Pariſ. colligit in conſil. 100. num. 26. & ſequ . . . Si actoris conſenſus profuturus ad alienationem c . . nfirmandam non ſit. Quo capitulorum adminiculo, actore ipſo diſſentiente, aduerſarium niti.

Conſequens prædictis ſit, vitioſam atq; nullam vndiq; feudi alienationem eſſe. Idq; perſpicuum vitium nomine multiplici declarari. Principio formam reſcripti & decretorum neglectam.

Cognitione de cauſis alienandi, non adhibita. Id quod vel aduerſarium ipſum, cum id genus capitula dedit, pal . . n facere, & vocibus capitulorum prodere.

Secundo ab obreptione vitium, ſeu nullitatẽ, quam vocant, planiſſimam fecimus. Obreptum enim . . plici ter oſten dimus. Principio, quod fides vlla facta narratorum non eſt . . , quæ dicta ſupra ſunt num. 159 & plurib. ſeqq. & num. 15 . . . . ndo, quod contra quam narratum eſt, nõ ob . . . ex aureis 40 . . ob merces ſericas, eum ipſam habere conſtat, vt ſupr. a num. 178. verſ. ſexto prædictorum omnium.

Tertio, quod numeratio pecuniæ non liquet, vti monſtratum ante habemus, num. 185. Metus his quarto reuerẽtialis aſſumitur.

Conſequens his fieri dicimus, cum locum alienationi feudi ex decretis eſſe, narratum principi ſit, contra quam ve . . habeat, & contra quam acta ipſa alienationis teſtantur obreptionis vitio eripi partem nõ . poſſe. A qua obreptione acta omnium alienationis petimus, teſtatum ſatis in ſuperioribus eſt, num. 281.

Apparet etiam ex obreptione hac multifariam demonſtrata, ob cauſas falſas feudi alienationem & alienandi facultatem 200 extortam. Ex falſa plane † cauſa ad irritum actum deduci procul dubio eſt. Idque in ſpecie decreti textu declaratur *in l. magis puto. §. 1. ff. de rebus eorum. in l. 1. §. hac verba ff. ne vis fiat ei.* Tradit Card. *in conſ. 29. num.* 8. Roman *in conſ. 385. in 2. dubio.* Abb. *quæſt. 3. Sempronium. column. pen. in prin.* Dec. *in conſ. 351. num. 7. & in conſ. 403. num.* 20. Pariſ. *in conſ. 89. num. 59. in conſ. 100. nu. 35. l. 1. & in conſ. 12. n. 63. lib.* 2. Cap. *deciſ. 51. poſt pr.* Idq; tuto etiam obtinet cum expreſſio cauſæ falſæ facta in decreto non eſt, modo ex actis liqueat Cuman. *in conſi. 125.* Antonius Benedict. *nu. 6.* Alex. *in conſi. 207. nu. 7. lib. 7.* Iocum etiam id habet, quamuis cauſæ falſitas niſi in parte non interueniat. Cap. *d. deciſ. 51. poſt prin.* Idq; locopletius declaratum ante habemus, cum indiuiduum eſſe decretum oſtendimus, *nu. 132. & plurib. ſeqq. & infra num.* 252. Hoc amplius, vbi irritus actus ob cauſam falſam non fieret, attamen ob conditionem expreſſam ſi veritate preces nitantur, & illam ſi forma ſeruata decretorum erit, quæ ex ablatiuis abſolutis ſequitur, decretorum forma ſeruata, ad irritum omnino conditionis defectu & formæ omiſſione actum deduci, ſatis ſuperq; monſtratum in ſuperioribus eſt, *nu. 132. & plurib. ſeqq.*

201 Tertio vitium aut nullitas † venditionis, ex dolo apparet. Qui cauſam contractui bonæ fidei dedit *l. eleganter. in prin.* Ibiq; gloſſ. & Doct. *ff. de dolo l. 3. §. fin. ff. pro ſocio.* gloſſ. & Doct. *in l. cum à debitis in verſi. deceptione. de empt. & vendit.* Freder. à Senis *in conſ. 164. licet.* Dolum plane ex obreptione probari, dictum & demonſtratum ſuperius eſt. *num.* 183. Sed & ex ſubreptione dolus ſequitur, cum verum quis reticet. *cap. dudum. §. 2. inſuper. de electio. cap. 1. de filiis presbyt. libr. 6.* Bald. *in conſi. 335. ſtatuto cauetur, quod nullus nobilis. columna 1. circa medium. verſi. item qui tacint. libro 3. quod irritum eſt. in conſil. 426 libro* 5. Idem Bald. ſcribit *in conſi. 306. proponitur, quod quidam Antoniolus num. 3. eodem lib.* 5. Abb. *in conſi. 109. in 2. dubio. lib.* 2. Idem ex Rota oſtenditur *deciſ. 582. quidam obtinuit. columna. 1. in fin. & in fine deciſionis. in antiqu. & apud nos in conſilio 68. numero* 11. ſi tacendo dolus committitur, quid in eo dicendum, à quo falſum narratur.

Hoc amplius dolum ſuum non obſcure aduerſarius prodit, qui inſcium ſe initio contractus de iis confitetur, quæ narrata in capitulis ſunt. Eaque non niſi tunc cognita habuiſſe, cum capitula ipſa ædidit. Ita ex confeſſione ſua manifeſtiſſimum fit ex cauſis incognitis feudi emendi permiſſionem extortam. At-202 que ideo † quod ignorabat, expreſſum aut narratum in precibus fuiſſe, hoc eſt, cauſas feudi alienandi fuiſſe. Dolum plane in eo argui qui id exprimit, quod ignorat, ex text. oſtenditur in *l. ſi quis affirmauerit ff. de dolo. in l. Iulianus. §. quod autem. ibi, ſed non debuit facile, quæ ignorabat, aſſeuerare. ff. de actio. empt.* gloſſ. & Doctores *in l. 3. ibi unde eſt, quod ſua tacita aſſeueratio. ff. quod quiſque iuris.* Paul. de Caſt. *in l. dolum. Cod. de dolo. & in conſilio 429. in quadam informatione. column. fin. circa princ. libro* 1. Calc. *in conſilio 25. num.* 10. Inde periurus reus teſtis habetur, qui quod neſcit, aſſeuerat, vti ſcriptum habemus *in conſilio 99. num.* 7. Idque vltra ea, quæ ſcripta ibi habemus ex Innocen. probatur *in c. fraternitatis. in prin. de heret.* Alex. *in conſi. 45. nu. 4. lib.* 2. Quid hic dicendum, vbi ſciens prudensue reus inter cauſas alienandi nummos illos aureos quadringentos retulit. In quibus iniquitatem euidentem conſiſtere, demonſtratum ſatis ante eſt.

Sanis hæc ad contractum irritandum ſunt, qui peractus cum maiore ſit, quid hic dicendum, vbi pubertatem gener vix ingreſſus aduerſarii dolis, patriſq; reuerentia ductus, ratum id habuit ſciens cuius non magis atq; ſerio auditæ erat.

Conſequens vitiis aut nullitatibus prædictis fit, læſionem 203 generum ex † toto paſſum. Quæ læſio ad eum modum non obſeruatur, quo in patre venditore. Pater enim niſi ex precio aut paupertate eius metiri læſionem non poterat. Filius porro hoc ipſo læſus in ſolidum apparet, quod cauſis falſis erroneisue inductus apparet, vt ad feudum alienandum conſenſum præſtaret, contra quam & feudorum iure prohibitum & decretorum eſt.

Inde capitulorum fruſtratio oſtenditur, quæ de precio mentio iuſto fit. Precium eſto iſtum interuenerit, iuri id generi nihilo magis officit. Quem enim vllam precii reſtitutionem, ad feudum reuocandum patre ſublato, admittendum, teſtatum ſatis iunio habemus.

Fundamento & alio, ipſoque minime ficulneo, capitulorum ineptia prædictis etiam omnino tacentibus, quæ vocem ſtentoream reſonant, perſpicua fit, quod precio ab aduerſario prærunt de villis ex patre redimenda non eſt. In qua re explicanda monendi ſumus, conſen ſum generi, agnatorumue, & approbationem ipſam contractus à ſenatu correſpectiuam, id eſt, reſpectu promiſſionis de redimendo, factam intelligi. Etenim ſi correſpectiua æſtimantur, quæ in continenti poſt actum iunguntur *l. iuris gentium. §. quinimo ff. de pact. l. lecta. verb. dicebam. ff. ſi cert. pet. l. ſi fundi partem ff. de contrahen. emptio.* Bald. *in l. pactus. num. 49. verſi dicunt tamen quod in dubio. C. de pactis.* Socin. *in conſi. 156. num. 12. verſi iſta omnia ſimul locupletius. in conſi. 173. num. 3. in fin. verſic. confirmatur hoc, quia ex quo libro 2. in conſilio 27. num. 23. libro* 4. Cornel. *in conſi. 36. column. 2. libro* 2. Dec. *in conſi. 245. colum. 3. in conſi. 265. co um. 2. verſi. tertio attendendum. & in conſi. 279. colum. fin. & apud nos in co ſi. 298. nu.* 13. Quod locum & in actu inter perſonas diuerſas habet, dum negocium tamen præcedens contingat. Alexand. *in conſi. 25. num. 9. verſi. nec habent obſtare. lib.* 2. Alba *in conſi. 7. num.* 11. Longe magis correſpectiua habenda erunt, quæ in actu ipſo & vna ſimul cum eo fiunt, quia propter quod vnumquodq; tale & illud magis. *Auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & tradit philoſophus *2. metaph.* De quo Bald. meminit *in Authen. res quæ. num. 12. C. commun. de leg.* Salic. *in l. 3. C. de litigio.* Anchar. *in conſi. 245. duo prima dubia. numer. 2. in fin.* Correſpectiuorum plane ea natura eſt, vt vno tacente, alia quoque ſileant, vt vno ſubuerſo, alia quoque pereant. *l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minor. l. cum emptor. in prin. ff. de reſcind. vend. l. Clemens. §. 1. ff. de heredi. inſtitu. l. ſi minor. ff. de lega. l. Pamphilo. §. fin. ff. de legat. 3. l. filio. § matri. l. Alumnæ. §. Seia. & Lalceri. ff. de alimen. lega. l. ſi. ff. de acceptilat.* Tradit Freder. *in conſi. 237. factum eſt tale, quidam nomine Thomam. colum.* 1. Abb. *in conſilio 6. num. 2. verſic. moueor. libro* 2. Alexand. *in conſilio 111. colum. 3. verſic. & attento quod illud capit. lib.* 3. Itaque cum pacto de redimendo obtemperatum ab aduerſario non ſit, & effectu id careat, non poſſunt conſenſus generi actoris, agnatorum & approbatio ſeu decretum ſenatus non euaneſcere, vtpote quæ omnia ratione aut reſpectu promiſſionis illius de redimendo interuenerunt.

Eodem & illud ſpectat, contractum vel nominatim reſcindi quoties id non impletur, ſine quo contractum perfecturus quis non fuerat, *l. cum te. Cod. de pactis inter empt. & vend. l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* Signorol. *in conſilio 185. num. 2. circa fin. verſic. ſi ergo in hoc facto* Imol. *in conſil.* 39. Socin. *in conſilio 26. num. 5. libro* 3. Corſet. *ſing. 61. omnib.* Cuman. huc propius accedit *in l. ſi ita quis. §. Seia cauit.* quæ io la ſibi refert *in 5. nos. ff. de verb. obligat.* cum inter tempus certum precium ſolui ab emptore oportet, ſolutione non facta, contractu ſtare venditorem non compelli. At enim ad contractum conſenſuri venditor, filius, agnati, & ſenatus non erant, niſi ſi redemptio villæ alterius ex parte fieret, vt quam diminutionem ex venditione poſteriore feudum patiebatur, ex redemptione priori emptor ſarciret. Idque iuris præſumptione iuuatur credibile quippe non eſt, eam cuipiam voluntatem eſſe, vt ſatis ſit, in partem quid fieri non impleri. *l. fundum ille. ff. de contrah. empt. l. quod ſi vno ff. de in diem adiect. l. ſi quis aliam. enim ibi not. ff. de ſolut.* Socin. *in conſilio 43. colum. 2. poſt medium. verſi. quarto & vlt. libro* 1.

Secundum quæ, ex capite multiplici liquidiſſimum ius factum generi conſtat. Ex vitio aut nullitate, ad quam demonſtrandum argumenta & rationes tot, tantiq; roboris ſpectant. Læſio his accedit ad modum prænarratum declarata. Adminiculum & illud non molle ſuffragatur, quod neglecta habita villæ redemptio eſt.

Tertio principaliter depoſitum genero ſuffragatur. In quo ſciendum, vt mentio in eo facta de redimendo ſit, quod adiectum inſtrumento eſt. Effectum depoſiti tamen ad pactum illud non accommodat. Principio quod aureos quadringentos depoſitum non habet, de quibus ante. Idcirco porro depoſitio facta eorum non eſt, quod reſtitutioni eorum filius non tenetur, qui vti filius non quaſi heres ad feudum aſpirat, quandoquidem locum alienationi feudi ob aureos illos 400. non eſſe, teſtatum ſatis in ſuperioribus liquet. Ex pacto plane de redimendo & aurei ipſi in depoſito numerandi 400 erant.

Quocirca niſi tanquam à filio aut agnato, ſeu feudi ſucceſſore depoſitum in ea fieri parte non potuit.

Secundo cauſa ipſa nullitatis & læſionis expreſſa in depoſito legitur, quæ res niſi ad perſonam ipſius filii, quaſi filii aut agnati accommodari non poteſt. Quod enim ad venditorem & perniciem † eius attinet, liberum ei fuiſſe, ex animi libidine 204

cau-

cauſaq; vlla non interueniente feudum alienare, dum iuſſu ſu-
perioris modo acta res ſit, ambiguum non eſt. Agnatis enim
aut filio noxiam alienationem non eſſe, conſtitutum demum
legitur. *c. 1. de aliena. feudi pater.* Bald. in *c. 1. §. hoc quoq; numer. 16. verſ.*
ſexta concluſio. de ſucceſſ. feu. & in conſil. 303. quidam nobilis. circa princip.
lib. 5. Alexand. in *conſ. 106. viſo themate. circa fin. lib. 4. & in conſ. 15. to-*
lum fin. lib. 5. & alia non pauca. Quocirca nisi ex perſona ipſius filii
& agnatorum expreſſio nullitatis contractus fieri in depoſito
non potuit.

Tertio proteſtatio in depoſito adiecta, ne citra cautionem
numeratio fieret, reſtitutum iri, quicquid reſtituendum fore
pronunciatum erit. Quæ proteſtatio ad pactum congruere de
redimendo non poteſt, vtpote ex quo parti non deponenti re-
ſtitui pecuniam oportet.

Hoc ita præn arrato, vt ad ius agnati, non etiam heredis ven-
ditoris, aut ad pactum ipſum de redimendo, depoſiti effectus
pertineat. Conſequens fit iure agnati aut ſucceſſoris in feudo,
depoſitum conſiſtere, quamuis ad pactum de redimendo ver-
205 ba ſpectent. Id quia † ab effectu, non à verbis fieri denomina-
tionem oportet, vbicunque contrarios verbis effectus eſt. *l. ſi-*
ve leges. ff. de ll. l. ſi iam anguſti. ff. de ſeruitu. l. penult. §. fin. ff. de contrahen.
empt. l. ſi vno. in princip. ff. loc. & l. ſi olei. Cod. eod. tit. l. inſulam. ff. de præſcript.
verbo. l. vbi ita donator ff. de donat. cauſa mortis. l. Lucius ff. de donat. c. conſti-
tutus. ibique gloſſ. & Doctor. *colum. fin. de relig. dom.* Bartol. in *l. co-*
tem ferro §. qui maximos num. 3 de publ. & in diſputa. Publicanus. Signo-
rol. in *conſ 22. n. 11.* Alexan. in *conſ. 6. in princ. conſil. 14. numer. 13. &*
ſequ. lib. 2. in conſ. 107. num. 7. vſq, ad num. 18. lib. 2. Soc. in *l. Gallus. § et-*
iam ſi parente. num. 6. verſ. ſecunda concluſio. ff. de liberis & poſth. in conſ. 88.
in 1. dubio lib. 1. & in conſ. 156. in prin. & conſ. 167. nu. 6. lib. 2. & ſupra nu.
209. verſ. qua ratione. & num. 176.

206 Hoc amplius probandum, tametſi † de pacto tantummodo
redimendi facta mentio ſit, & effectus memorati ſileant, qui
ad agnatitius ſpectant. Attamen ſi de iure liquere agnati poſ-
ſit, ex eo depoſitum admittendum & ſuſtinendum. Nam-
que cum ſola facti veritate inſpecta, cauſas dirimi per decreta
oporteat iuxta vetera atque nouiſſima, ex cauſa etiam non
propoſita neque expreſſa ferri ſententia debet, quoties de
cauſa ipſa non expreſſa iudici cõſtat, quamuis ex cauſa expreſ-
ſa litem euincere actus nequeat. Alexand. in *l. ſi ita ſtipulatus. §.*
Griſogonus. colum. 6. ff. de verb. obligat. & in conſil. 114. numer. 6. lib. 6. So-
cin. in *conſ. 146. numer. 15. verſic. ſed quid plura. libro 1. & in conſilio 106.*
numer. 21. verſic. quarto & vltimo libro 2. Dec. in *cap. dilecti filii. columna*
3. de iudic. Ruinus in *conſilio 5. numer. 12. & in conſilio 12. numer. 11. lib.*
4. Purpurat. in *l. certi condictio. § ſi nummos. num. 60. ff. ſi cert. petat.* A-
quen. in *l. 1. in 2. not. ff. de vulgar.* Quid hic dicendum, vbi expreſ-
ſio cauſarum facta multiplex eſt, quæ omnia ad agnatum non cõ-
petunt.

Depoſiti igitur effectus ex iure filii aut agnati vel ſucceſſo-
ris in feudum, admiſſi, etiam ſi vires ex pacto ipſo redimendo
non habeat. Conſequens fit, vt ſi in cauſas quid erogatum ad-
uerſarius putet, propter quas feudi alienatio permitti ex decre-
tis ſolet. Liberare & copioſum plus ſatis ob cauſas ipſas incer-
tas nec liquidas depoſitum appareat, cautione idonea inter-
poſita, ſuppletum iri, quicquid deberi præterea conſtiterit. Iu-
207 re † enim certiſſimo vtimur, ſatis eſſe de ſumma vel tantula de-
poſitum facere, quoties liquidum debitum non eſt, cautione
idonea de reliquo, liquidatione facta, inferendo Bald. in *Au-*
then. quod ſi cond. num. 18. C. quomodo & quando iudex. Angel. & Alex. in
l. 4. § aut prætor. Ibique Ripa *num. 8. ff. de re iud.* Aret. in *l. ſi ſeruum com-*
munem num. 4. ff. de vulgar. Iaſ. in *l. ſancimus. num. 21. verſ. adde etiam in fi-*
nali. C. de iudic. Ripa in *l. in inſulam. numer. 67. ff. de verb. oblig.* Quod
vnicum fundamentum ſatis ſuperque ad victoriam apparet.
Hoc amplius oblationem ſatis verbalem eſſe, vbicunq; liqui-
dum debitum non eſt. Socin. ſcribit in *conſ. 199. num. 3. lib. 2. per*
text. in l. ſi reſiduum. C. de diſtra. pign. Barto. in *l. fin. eod. titul.* liquidum
plane debitum non eſſe, pars confitetur, quæ id liquidare ca-
pitulando ſtudet.

Quarto principaliter vbi ex depoſito ius defendi generi nõ
poſſit, quod ipſum tamen ad victoriam ſolum prodeſſe dixi-
mus, præſto genero oblatio eſt in aureos 400. apud principem
ipſum facta, non vt depoſito quid accedat, quia id ampliare a-
ctor non propoſuit, cum largius id nec paulo arbitretur, quam
quod deberi liquidatione facta, poſſit: verum in hoc ſubiecta
oblatio eſt vt depoſito nõ ſuffragãte, vbi ex iure admitti agnati
non poſſet. Opẽ certiſſimam atq; tutiſſimam oblatio afferret.

In qua controuerſiæ quicquam non vertitur, à filio enim vel fi-
lio & feudi ſucceſſore factam.

Neq; motat, † verborum tenor ſi factam oblationem eſſe, 208
& numeratione exquiri. *l. quidam eſtimauerint. ff. ſi cert. petat. & l. 4. §.*
aut prætor ff. de re iudic. l. ſeruus qui heredis. ff. de ſtatulib. l. qui decem verſi.
idem reſpondit. ff. de ſolutio. l. ſi reſiduum. C. de diſtrah. pignor. Barto. & alii
in *l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de oper. noui nunci.* Et iſtud eſt, quòd ve-
ro dicimus, ſatis verba non eſſe, cum facto eſt opus. *l. domicilium.*
ff. de municip. l. alimenta C. de negoc. geſt. l. acceptam C. de vſur. l. fi. C. de vſur.
pupil. cap. 1 de eo qui mitti in poſſ. ibiq; gloſſ. Quoniam locum id non
habet, vbicunque pecuniam oblatam accipere pars renuit.
Quo enim numerare, cum futura numeratio non eſt. *l. ſi fundus.*
ff. de reſcind. vend. d. l. ſi reſiduum. C. de diſtrah. pignorib. Barto. in *l. vxorem.*
§. agri plagam ff. de leg. 3. Bald. in *l. 1. num. 4. C. ne liceat in vna eademque*
cauſ. prono. Raph. Caſtren. & Alexand. in *l. qui Romæ. in prin. ff. de verb.*
obligat. Alex. in *l. ſi moră. colu. 3. in quinta fallentia. ff. ſoluto matrim.* Aret.
in *d. l. ſeruum communem ff. de vulg.* Socin. in *conſ. 199. nu. 3. lib. 2.* Corn. in
conſ. 191. colum. 1. lib. 3. Roin. in *conſ. 70. nu. 4. lib. 1.* Ripa in *l. quod te. nu.*
20. ff. ſi cert. pet.

Secundo reſpondetur, ſatis † eſſe verbo pecuniam offerri, 209
vbicunque liquidum debitum non eſt, *d. l. ſi reſiduum. C. de diſtrah.*
pign. Bartol. in *l. fi. eod. tit.* Socin. in *d. conſi. 199. num. 3. lib. 2.* Firman. *in*
verb. oblat. debiti. num. 69. De quo apud Alex. in *conſi. 21. colum. fi. lib. 1.*
conſi. 14. colum. fi. conſi. 130. num. 14 lib. 4. Ripam in *d. l. 4. § aut prætor. nu.*
8. ff. de re iud. Liquidum plane debitum non eſſe, hoc ipſo oſten-
dimus, quod liquidationem eius præſtare ita capitulando pars
certat.

Tertio nec verbo offerendi neceſſitas iniungitur, vbicunq;
apparet, pecuniam † accepturum creditorem non eſſe. Cuma. 210
Alex. & Caſt. in *d. l. qui Romæ. in pr.* Dec. in *d. l. quidam eſtimauerint. in 2.*
not. Ruin. *conſ. 40. n. 9. vberius conſ. 113. col. 1. & 2. lib. 1. De quo fuſius infra.*
n. 256. Quid dicendum hic erit, vbi expreſſim pars renuit. Atq;
incertum debitum vertitur.

Generatur ex capite quadruplici ita inſtructo & communi-
to, reliqui aliud non eſt, niſi vt argumenta contraria diluamus.
Quæ obiecta ex diuerſo ſunt. Itaque argumentorum primum nõ
mouet. Iudicium prius ad exitũ perducendum, quod de vitio
aut nullitate reſciſſioneue ſubordinate inſtitutum contractus
eſt, non etiam ad nouũ ex depoſito deſcendendum. Quoniam
intentionem actoris animaduerſam pars non habuit. Quid a-
liud quæſo atque nullitatem ipſam rationes & argumenta o-
mnia habent. Quibus in granam vſi generi ſumus. Depoſitum
item ipſum ad cauſam nullitatis ſpectare, reſtatum ante nec
obſcure habemus.

Si dixeris, otioſum nullitate admiſſa depoſitum videri,
reſpondetur, inutile id non fieri. Quoniam & ſi maxime vi-
tioſa alienatio ſit, neque firmitatem habeat, attamen quas pe-
cunias in cauſas neceſſarias erogatas conſtare poſſit, vtique ex
feudo eas refundi per decreta conuenit. Qua ratione depoſi-
tum factum intelligi, demonſtratum ante habemus. Atquò
vbi auxilio eſſe depoſitum non poſſet, quod ipſum paratiſſi-
mum, & ſane quam auxiliare oſtendimus, oblationis admi-
niculum adiectum. Quæ ambiguitatis recipere quicquam ne-
quit.

Secundo reſpondetur, argumentum hoc reſcriptum princi-
pis mederi, quo receptum depoſitum eſt. Neque † dubitatio-
nis eſt, iuri reſcripto & ſolennitatibus ab eo introductis à prin- 211
cipe vel citra cauſam derogari. *l. princeps ff. de legib. l. digna vox. Cod.*
eodem titul. cap. propoſuit. de conceſſ. cum aliis apud nos relatis in conſilio 119.
numero 2. plenius in conſilio 266. num. 1. & ſequ. & in tract. de antiq. temp.
parte 1. num. 12. & 15. & diffuſius infra num. 258. Quid hic dicendum,
vbi minoris cauſa vertitur. Qui dolos & iacturam paſſus vndi-
que eſt.

Æque argumentum ſecundum non mouet, cauſæ conti-
nentiam non diuidi. Quoniam diuiſio vlla non intercedit,
quatenus vitium ipſum & reſciſſionem contractus gener pro-
ſequitur.

Secundo reſpondetur, proſecutione † etiam nullitatis &
reſciſſionis tacente, nullam continentiæ diſiunctionem in- 212
teruenire, ſed accumulationem depoſiti potius, ſuper qua
cognitio adhibita & cauſæ diſceptatio facta ſemel atq; iterum
eſt.

Proinde non poteſt iudex de ea non pronunciare. *l. de quare.*
& l. ſolemnem. ff. de iudic. c. cum ſuper. de cauſa poſſeſſ. & propriet. c. de reſtit. ſpol.
Bartol. & alii in *l. naturaliter. § nihil commune. num. 27 ff. de acqu. poſſeſſ.*

Alex.in *conſ.77.num.17.in fin.lib.2.* Ex his reſponſio hæc iuuatur, quæ ſcripſi infra ſunt, *num.236.*

213 Tertio reſpondetur, fruſtra † de continentia opponi, principis reſcripto interuenienti, quo depoſitum admiſſum & ſuper eo pronunciandum cautum eſt. Et nihil oppoſito facienda, lite id interpretatum pendente eſſe vti argumento expreſſum tertio eſt. Quoniam expreſſio facta de lite pendente eſt. Quo caſu de firmitate dubitari reſcripti non oportet. *c.fi.* Ibiq; Abb.in *quarto not. vt lite pendent.* Salic.in *l.2.nu.1. verſ. circa ſecundum.* Ibique Caſtren. *n.1.in fi.* Iaſ. *nu.2. ver. item intellige iſtum titulum C. eod. tit.* Anchar. *in conſ.156.propter tria.colum.3.in fi. ver.deſcendo ad tertium.* Brunus *conſ.21.in fi.*

214 Quartum idem argumentum non obſtat, † poſſeſſionem euiquam auferendam lite pendente non eſſe. Quoniam per litis definitionem poſſeſſionis reſtitutio poſtulatur. Namq; eum vitioſam & momenti nullius alienationẽ eſſe, demonſtratum multifariam ſit, ſine facto aut ſine cauſa qua iuſta amiſſam poſſeſſionem apparet. Atque ideo reſtitui eam actori oportet *l.ſi eum.in princ.cum gloſſ.2.in fin.ff.de donat.inter virum & vxor.l.iubemus.§.ſane.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.* Alexand.*conſi.1.num.21.in 3.dubio.libr.4.in conſilio 69.num.12.in fin.verſic.præterea dicimus.lib.5.* Conditioque indebiti ob poſſeſſionem recuperandam datur, quæ ex contractu ad alium vitioſo peruenit, indebite quippe ex contractu inutili occupatur *glo.inſtit.de interdict.in prin.in verſic.maxime.* Bartol.& alii *in l.indebiti.§.1.ff.de condi.indebi.& in l.ſi alienam.ff.ſoluto matrimon.* Alex.*in d.conſi.1.num.21.in tertio dubio.libr.4.*Dec.*conſi.187.colum.1.circa med.*Iaſ.*in §.ſic itaque.num.38.inſtit.de actio.*Ripa in *rubr.ff. de interdict. n.3.*Berengar.*in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.88.ff.de acquir.poſſeſ.* Conditionem quoque ſine cauſa commodari in *d.conſ.1.num.21.* Alex.docet.

215 In qua re obſeruandum, remedium omne † inſtitutum intelligi, quod percipi ex narratis poſſit, quamuis ad remedium aliquod limitata concluſio ſit, clauſula illa adiecta, ius & iuſtitiam miniſtrari.*c.2.*Ibique Calder.& alii *de ordin.cognit.* Alexand.*conſi.38.num.1.lib.3.conſi.43.colum.1.libro 4.* Socin.*conſi.160.num.20.verſic.tertio hoc idem probatur.libro 2.*Cornel.*conſi.26.colum.1.in fin.conſilio 302.colum.3.in fin.verſi.& ſine dubio procederet.libro 3.& conſi. 91.colum.1.circa med. libro 4.* Iaſ.*in l. naturaliter. §. nihil commune.in fin.ff. de acquirend.poſſeſſ.in l.petens.num.5.*Ibique Dec.*num. etiam 5. C.de act. & in §.omnium.numer.147.inſtitut.de actio.* Decius *in cap.1. in primo notab.de offic.deleg.* Quod locum tum etiam obtinet, cum inepta actio in concluſione proponitur Doctor.*in dict. cap. 2. de ordin.cognit.per illum text.*Socinus in *conſil.146.numer.5. in fin.verſicul. ad idem etiam ſatis eſt.lib.1.*Cornel.*in conſ.138.colum.2.poſt med.lib.1.& in conſi.28.colum.6.circa medium.verſic. non eſt igitur neceſſe. & colum. ſequ. in fin. verſic.quod maxime dicendum eſt.libr.4.*Guido Papæ in *conſ.24. num.3. & num.7.*Iaſ.*d.l. petens. num.5.verſic. item & ſecundo operatur. & in d.§. omnium.numer.148.verſic.& ex iſta deciſione.Inſtitut.de actio.*Capic.*deciſ.10. numer.22.*

216 Quin etiam † officium ſuum parte etiam non rogante, propter clauſulam hanc, ius & iuſtitiam miniſtrari, iudex impartitur. Abbas in *cap.fi.in fin.de iureiur.* Capic.*d.deciſ.10.numer.23.*

217 Clauſula his accedit, omni meliori † modo. Per quam ad concluſionem reſtricta actio non creditur. Bald. & alii in *l.vinum.ff.ſi cert. petat. cum aliis apud Ruinum relatis in conſilio 54. numer. 8. libro 4.& apud nos conſ.326.num.15.* Hoc amplius ad remedium id clauſula detrahitur, etiam quod cum remedium cohærere inſtituto aut expreſſo non poteſt: dum colligi tamen ex narratione poſſit.Alex.in *conſ.121.num.13.verſic.* & per hoc non obſtat id, quod notat Ioann. de Imol.*libr.1.* Ruin.in *conſi.18.circa fin.libro 1.*

Atque libellum omnem per clauſulam hanc ferme ſuſtineri, dum actoris modo intentio conſtat, Socinus Iunior ſcribit in *conſilio 128.numero 11.libro 2.*& Imol.in *l.ſi cum nulla.numero 5.ff. de re iudic.*

Inde rationem prætor tot alias ſuperius enarratas decerpere licet quamobrem partis admitti capitula nõ debeant. Namque cum poſſeſſionis recuperatio † ob contractus vitia nullitateſue exerceatur ante omnia reſtitui poſſeſſionem oportet, *l.ſi maritus.C.de donat.inter virum & vxor.l.momentaneæ.in verſicul.mox.* Ibique glo.Bart.& alii.*C.vnde vi.l.ſi quis ad ſe fundum.C. ad leg. Iul. de vi publ.l.ſiquis.C.de agric.& cenſit.lib.11.c.1.2.& c.item cum quis. de reſtit.ſpol.c.cum dilectus.de ordin.cog.c.redintegranda.3.q.1.Clem.vn. de appo. & propter.& alia non pauca.*

219 Secundo ad argum.quartum † reſpondetur. Locum id non habere, vbicunque in manifeſto eſt, iuris quicquam in re aut proprietate eius aduerſario non eſſe, & vbi iuris aliquid competere poſſit, in pecunia id conſiſtere, quæ liquida non ſit. Ibi enim per depoſitum & oblationem pecuniæ alicuius cautione ſaltem de ſupplendo præſtita, reſtitutionem ſatisfaciendam, ſatis ſuperque ſtatutum in ſuperioribus habemus. Sed enim iuris quicquam ex alienatione feudi ob vitia eius tam multa ante enarrata, in bonis controuerſis aduerſario non competere, perſpicuum vndique factum nec ſemel habemus.

Ex eo reſponſio hæc iuuatur, quod dici † in ſpoliato ſolet, reſtituendum eum ante omnia non eſſe, vbicunque iure eum carere non dubitatur. *c.ſignificaſti. de diuort.c.ad decimas. de reſtitut. ſpoliat.lib.6.cum aliis apud nos collectis in conſi.299.colum.3.circa fin.verſicul.tertio reſpondeo.conſ.302.num.5.& ſequ.& conſ.322.num.3.verſicul.his ita præſuppoſitis.* Quibus Caſtren. accedit *in l.fin.de vi.numer.13.verſi.nouus caſus.& verſic.ſequ.ff.de iudic.in ſecunda lectu.* Felin.*capit.licet cauſam.num.10.in 11.nota.de probat.in c.ſi conſtiterit.nu.6.de accuſ.* Dec.*conſil.302.num.24.verſi.ſimiliter non videtur obſtare.* Ruin.in *l.1.in princ.num.50.& ſeq.ff.de oper.noui nun.*Cap.*deciſ.77.num.4.deciſ.122.nu.27.* 220

Si ſpoliatori fauor præſtatur, vbicunq; in cõfeſſo ius eſt, quamuis authoritate ſua ius ſibi dixerit, quanto magis fauore dignus ſpoliatus erit, vt vbi in propatulo ius eius circa proprietatem eſt per iudicem id euincere illico debeat.

In qua re iniuria euidens obſeruanda, quam gener ipſe minor accepit, cũ reſtitutus aduerſarius ad poſſeſſorium eſt, fructus & ſumptus litis reſtituere ſpoliatoribus iuſſis. Namque cũ notiſſimum ſpoliatorum ius ex lectione ſola inſtrumenti alienationis liqueret, forma decretorum & reſcripti omnino non ſeruata, quomodo ſententiam pati id genus potuerint, aſſequi non ſatis valeo. Negatiua enim, † formæ decretorum paritum 221
& reſcripti non eſſe, ex ipſa inſtrumenti inſpectione apertiſſime oſtenditur, ſub quo comprehenſa alienatio eſt, *l.ſi bene.* Ibique Bald.*ff.de inoffic.teſtam.l.Titia textores.* Ibique Bartol. & alii.*ff.de leg.1.l.2.C.de errore aduoc.l.iuſtum. Cod.de edend. l.fin.Cod. de rebus cred. cap.cum ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. Et alia complura.* Et in ſpecie ſpoliatoris, euidens ius eius ex inſtrumento fieri, Socin. tradit *in conſilio 87.colum.fin.lib.3.* Felin.in *d.conſi. 302.num. 24. verſic.ſimiliter non videtur obſtare.Et ad nos in d.conſil.322.num.3.in fi.* Notorium rem per inſtrumentum fieri, ex Bar.etiam demonſtratur.in *l.1.in prin.nu.8.in 1.qu.ff.de oper.noui nunc.* Idem Bart.ſentit in *repet.l.3.colum.6.in fi.verſicul.prædicta intelligo vera his adiunctis,qua colum.ſequen.ſcribit. verſic.tertio quia. & verſic. ſexto per l. Cod. de pignor.* De quo Caſtrenſ.meminit in *l.vbi pactum.numer. 9. Cod. de tranſact. in conſilio 257. in cauſa quæ vertitur Parmæ.colum.2.circa medium.verſicul.conſtat autem.cumulatius in conſilio 369.viſo & examinato diligenter. numero 3.libro 2.* Cum Bartol.etiam in *d.l.1.*Dec.conſentit in *conſilio 118.poſt princip.*Cur. Iunior in *conſilio 21.numer.10.*Bald.huc accedit in *conſil. 223.primo ſtatuto.colum.1.in fin.verſi. Sed his plures rationes.lib.1.*Corn.in *conſi.122.colum.2.ante med. verſi. & licet Cyn.lib.4.* quam opin. † veriſſimam 222
hic haud dubie puto, vbi à parte ipſa inſtrumentũ productum alienationis eſt. Quo caſu impugnare id non licet, verum omnia confiteri producens intelligitur, quæcunque ſcripta in eo ſunt *l.2.*Ibique Dec.in *tertio not.* Iaſ.in *ſecundo.C.de inſtit. & ſubſti.l.cum precum.Cod.de lib.cau.Authen.ad hæc. C. de fide inſtrum.c.cum olim.de cenſibus.*

Sed & confeſſione ſua, vitia & nullitates inſtrumenti hoc ipſo confiteri partem diximus, quod capitula dedit, quibus vitia purgare ipſa certat, & cauſas alienandi doceat, quarum diſcuſſio aut veſtigatio vlla facta initio non eſt. Facto enim induci confeſſionem oſtendimus. Idque ex facto productionis inſtrumenti declaratum mox habemus. Ius idem † in produ- 223
ctione libelli; vt in eo expreſſa confiteri producens cenſeatur, *l.ne ſatisdatio.ff.rem ratam hab.leg.cum te. Cod.de tranſactio. l. cum precib. C.de proba.*Bart.in *l.certum,§.ſi quis abſente.ff.de confeſſ.& in l. 2. §.fin. ff. de iure fiſci.*

Quorſum porro in confeſſione demõſtranda laborare, quatenus expreſſim confeſſa pars eſt, non niſi tũc veritatem compertam capitulorum habuiſſe, cum capitula dedit. Ita formam decretorum & reſcripti prætermiſſam neglectamue fuiſſe: cũ feudi alienatio fieret. Atq; ideo notiſſima alienationis vitia, nullitateſve ex ipſa partis confeſſione fiunt. Notorium † quippe 224
ex confeſſione induci procul dubio eſt. *c.ſignificauerunt. de teſtib. c.fin.de cohabita.Cler.& mulier.*Socinus, in *l.naturaliter.§.nihil commune*

num.num.11. Ibique Fabius nu.68. ff. de acq. poſſ. Quinetiam plurí aliquid in confeſſione, quam in notorio eſſe. Bald. ſentit in l. emptorem. in prin. circa med. ff. de actio. empt. cum ad confeſſionem notorium comparat, ſi confeſſionis ſimile notorium habetur, ergo idem ac confeſſio non erit l. non capiunt. ff. de R. I. quod Nerua. ff. depoſi. l. ad ſimilitudinem C. de epiſc. & cler. l. ſi idem. C. de codicil. Et in ſpecie magis ex Bar. id declaratur in l. 1. num. 4. & in ſeq. ff. de leg. 1. Cum res vna ad alteram adæquatur, plus in ea præſupponi, ad quam adæquatio fit.

Conſequenter his dicendum, cum manifeſtiſſimum ſit vitiis & nullitatibus feudi vndique alienationem ſcatere, poſſeſſionem eius filio & ſucceſſori in feudum modis omnibus reſtituendam. Idq; depoſito maxime atque oblatione interpoſitis, de quibus dictum ante eſt. Neq; moram poſſeſſioni reſtituendæ ob liquidationem pecuniæ faciendam, quam in cauſas neceſſarias erogatam pars ſimulat, ſi quidem ob cauſas voluntarias atque animi libidinem æs contractum alienum proponitur.

225 Inde terorcutionē eius † aduerſarius patitur, quod in quarto relatum argumento eſt. Litis finitæ exceptionem ex eo induci, quod per acta conſtat. Quoniam inopiam iuris partis ex actis apparere, liquido demonſtrauimus. Exceptio idem petitu actori non obſtat. Quoniam ſolutio eius facta per iudicem 226 eccleſiaſticum eſt. Neque mutat, ab alio † niſi à Pontifice id non diſſolui. Quoniam moribus id receptum curiarum non e... Et cum exceptione id gentis tam Gratianopoli, quam in patria & Papiæ in cauſa quadam Laudenſi vteremur, fruſtra ſemper id fuit. Ita potiorem opinionem vſus iudiciorum habet, vt ius hoc peruſiremittendi ordinario competat. In qua opinione Io. Andr. eſt in c. ſi per illum text. de temp. ord. Card. in conſi. 35. circa fi.

Secundo reſpondetur, nihili † iuramentum faciendū quod 227 ex cauſa falſa, atque per errorem interpoſitum in ſuperioribus oſtendimus. Quo caſu conſenſū iuramentum deficit. l. 2. in prin. ff. de iudi. neque voluntas vlla errantis eſt. l. ſed hoc ita. ff. de aqua plu. arcend. Imo enim nihil æque conſenſui, atque error repugnat. l. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omnium iud. Locumque id non modo in errore facti, ſed & iuris habet, vt conſenſus per eum excludatur, atque ideo actum inficiat, qui à conſenſu pendet. Oldrad. in conſilio 214. in fin. Bartol. & alii in l. Clodius. ff. de acq. hered. Alexan. in l. 1. C. de repud. bonor. poſſeſſ. Ruin. in conſi. 127. num. 17. lib. 5. Conſenſu plane iurantis remoto roboris quicquam iuramentum non habet. l. ſi liber. ff. de oper. lib. l. fi. Cod. de non num. pecun. Oldead. in conſilio 95. n. 1. Bar. in l. ſi quis pro eo. nu. 15. verſicul prædicta, quæ dixi ff. de fideiuſſ. Bal. in l. 1. num. 4. in quæſt. 2. C. commoda. Roman. in conſi. 517. num. 24. & ſequ. Dec. in cap. cum ſuper. numer. 11. de offic. deleg. in conſ. 374. circa fin. verſic. vltim. non obſt. Iaſon in l. ſi inulis & tibi. §. in legatis num. 16. ff. de leg. 2. in l. ſi inſulam num. 55. verſi. quod tenendum ff. de verb. obligat. in l. fancimus. colum. 2. verſi. 2. confirma. C. de teſtam. in conſi. 160. in fi. libr. 4. Et apud nos in conſi. 144. num. 16. Atque in iuramento erroneo hoc id faciendum, neque vigoris quicquam in eo eſſe, ex eodem demonſtratum conſ. habemus 144. num. 17. & in conſi. 192. num. 6. Dyn. his adſtruitur in conſ. 5. circa prin. Bald. in c. 1. §. item ſacramenta. num. 3. de pace iura. firm. Dec. in conſ. 206. in prin. Iaſ. in d. conſ. 160. in fin. lib. 4. Ruin. in conſ. 190. n. 14. lib. 1. vberius in conſ. 10. col. fi. lib. 4. Soc. iun. in conſ. 48. nu. 31. lib. 1.

Errorem plane & cauſas falſas in iuramento hoc ineſſe, ſane quam perſpicuum factum in ſuperioribus eſt. Quid enim erroneū magis, atq; illud admittere, ob merces & pecunias aureorum 400. feudi alienationi conſentire, de quibus præterquam quod ad cauſam mere voluntariam pertinet, neq; teſtibus, neque ſcriptura vlla fides publica fit. Niſi ſi id genus hominum, tantæ ſanctimoniæ, tantæque integritatis & religionis it faciās, quibus defenſionem eius ſuſcipere pudori non eſt, vt venerandam ipſam legum frangere maieſtatem doceat. Ita vt priuatæ hominis tantis fides ſcripturæ habeatur. Quam ipſam in mediū tam ſæpe vel apud celſitudinem tuam, proceresq; & conſiliarios eius rogatus, proferre non ſuſtinet. Quæ animaduerſio vna ad litis totius vi... otiam ſatis ſuperqueeſt, quando induiduam alienationem eſſe, dubitari ex ſuperioribus non poteſt, nu. 129. & pluribus ſeq. Qui ea ſit ab eo, quod ineptum, infirmumne eſt, &... quæ vtilia, ſolida ne eſſent, interiiru, non omnium quidem iam ignorat, & dictum ſuperius eſt, nu. 131.

Quid cauſis illis vanius, atque falſum magis, quam eo minorem ex ephœbis vix excedentem adduci, vt permiſſam feudi alienationem locumque decreti ob debita quæuis vel citra neceſſitatem, ex animi libidine & ob profuſionem non ſumam contracta exiſtimaret. Quid illud, quod ſatis confeſſionem defuncti vaſalli ad debita ipſa citra numerationem probanda putauerit. An non iuxta facti, atque iuris in his error elucet.

Quem iuris † errorem in minore præſumi, palam eſt. l. regul. 228 §. 1. ff. de iuris & fac. ignor. glo. & Angel. in Authen. de inceſt. nupt. poſt princip. verſicul. ſciens. Bald. in l. venditioni. numer. 3. Cod. de vſuc. pro emptore. Alexandrin. in conſilio 126. ante fin. lib. ... Iaſo in conſilio 156. colum. 2. in fin. lib. 4. Perindeque minori in iure erranti ſuccurri, atque ſi errantium in facto ſit, Text. docet in l. interdum. ff. de condic. in deb. Caſtr. in conſilio 342. conſiderandum eſt primo. colum. 1. circa medium. lib. 2. Idque locum & in cauſa lucratiua habere, vt error iuris in minore præſumatur, ne lucro careat, Text. oſtendit in l. parentum. Cod. de iuris & facti ignor. Tradit Alexan. in d. conſil. 126. ante fin. lib. 7.

Quare & ad lucrum omiſſum reſtitutionem in integrum minori pecnutti, Aretin. ſcribit in leg. fin. Codi. in quib. in cauſ. in integr. reſtitut. non eſt neceſſ. Pro qua ſententia text. videtur in l. ſi quis Tuto ff. ex quibus cauſ. maior. Declarationis tamen in lucro indigens Aretin. dictum putem. Sed locus hic explicandi non eſt, cum damni excludendi, non lucri faciendi cauſa hic contingat. Id enim minor laborat, ne feudi ſui iacturam defleat. Quid igitur hic dicendum, vbi damno eripi minor ſtudet, vbi ... iuxta ac iuris error verſatur, merces enim holoſericas, pecuniamque mutuam ad aureos 400. ad patrem perueniſſe credidit. Cum fides rei huius præſtita omnino non ſit. Inno enim cum ne quidem librum edere pars audeat, vnde de re ipſa apparere contendit, ob cauſas item neceſſarias æs alienum contractum, pecuniæque interueniſſe numerationem falſo credidit.

Quæ omnia ad factum reſpicere teſtatum in iſtio habemus, cum de neceſſitatis & numerationis fide facienda verba faceremus. Idcirco probationem earum ab aduerſario præſtitā, dam, quod in facto neceſſitas & numeratio ſunt. Atqui erroneam falſamq; minoris in his opinionem & credulitatem fuiſſe, hoc ipſo declaratur, quod probatio de his facta vlla non eſt. Cum idem eius, quod vere non eſt, atque eius iudicium eſſe, de quo non apparet, teſtatum ſatis in ſuperioribus habeamus, num. 123. num. 143. & num. 151.

Iam quomodo de nummis aureis liquere quadringentis potent librum rationum cedere quod poteſt, aduerſario detrectante.

Errore igitur æque facti † atque iuris interueniente, cum ſatis vterlibet ad conſenſum remouendum ſit, nihil eſt, quod 229 periurium minori obiectetur. Quoniam iuramenti robore detracto, pro eo res eſt, vt ſi datum omnino inſimulandum non ſit. l. 1. ibi pro non dato ſi deſſor habetur. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. l. de dec. §. ibi qui mulierem adhibi.. ad ſatis dandum, non videtur cauere. ff. qui ſatiſd. cogan. lib. 1. § fin. ibi pro nullo hoc habetur, nec eſt vlla cautio. Ibiq; Dec. in 4. nota. ff. quod quiſq; iuris l. mulier. §. ſi metu. ibi videndum eſt, an nihil ſit actum. ff. quod metus cauſ. l. ſi pupillorum. §. ſi prætor ff. de iudi. ibi & mea refert opinio, cum qui aliud egit, quam quod à prætore decretum eſt, nihil egiſſe. lib. 3. in fin. ibi nihil eum agere. ff. de ſeruit. vrbanorum præd. l. fina. ibi pro non nupta habetur. ff. de diuort. leg. final. ibi nihil agit. ff. de liberis & poſthu. leg. ad teſtium. ibi pro eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet ff. de teſt. l. 1. in prin. ibi pro nihilo eſt, pro non falſo eſt. ff. de his quæ in teſta. delen. l. Turpia. in prin. & l. ſi legatarius. §. 1. ff. de lega. 1. l. 1. in fin. ibi qui inutiliter agit, ſine actione puta, nihil agere dicitur ff. quan. dies vſuſfruct. lega. ced. l. 2. in fin. ff. de poenis. vbi damnatus quicquam non dicitur, quoties vires damnatio non habet. Inde vulgo dictitant, nihil intereſſe, actum quicquam omnino nū ſit, an vitioſe aut nulliter. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. ff. de authorit. tutor. vnde pro non exiſtente, quod nullum eſt, haberi Card. ſcribit in conſil. 30 circa fi. Quæ cum ita ſint, periurium in iuramento erroneo atque nullo intelligi non magis poteſt, atque ſi præſtitum omnino iuramentum non ſit. Sed & impoſſibile, † quod nullum eſt, in allegationibus Caſtellio. ha- 230 bet, qua poſt ſigni. adducta Cremenſ. ſen: col. antepen. ex glo. in l. mamin 2. §. 2. in ver. quod ſi ad præſens. ff. de inoffic. teſta.

Conſequenter his dicendum, cum † vires iuramentum non habeat, fruſtra abſolutionē eius exquiri. Quomodo enim diſ- 231 ſolui iuramentum poterit, quod nullum eſt cum habitu carere priuatio nequeat. l. manumiſſiones. ff. de iuſtitia & iure. leg. non eſſdem. Ibi non enim. ff. ex quibus cauſ. maiores. l. remittit. ff. de mercur. aedo. l. decem.

tem. ff. de verb. oblig. & alia non pauca. Inde fit, vt quod nullum aut inualidum teſtamentum eſt, non rumpatur. *l. nam & ſi ſub conditione. verſic. poſt defectum. ff. de iniuſto teſt. cum alijs apud glo. relatis in c. ad diſſoluendum de deſpon. impub.* Quod enim rumpitur aut caſſatur, validum id præſupponitur *c. accedens. 2. in fin. vt lite non cont. glo. in c. auditis in verſ. caſſata. de elect.*

232 Atq; in ſpecie, ſuperuacuam iuramenti † abſolutionem eſſe quod nullum ſit. Gemin. putat *in conſi. 51. in fin. & in conſ. 60. n. 1. verſic. ex iſtis ergo infertur.* Cardin. *in conſi. 35. colum. 1. circa fin.* Idem Bald. ſentit *in conſi. 375. certum eſt. in fin. lib. 3.* quamuis tutius dicat, abſolutionem ob controuerſias in iure pontificio Doct. opiniones peti. Idem ex doctoribus probatur. Quibus placet, periurium ex oſtenſione iuramenti non naſci, quod nullum ſit. In qua ſententia Bartol. eſt *in l. cum duobus. §. idem reſpondet. ff. pro ſocio. in l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff. de legat. 1. in l. ſi quis in principio teſtamenti. numer. 14. in fin. ff. de legat. 3.* Bald. *in c. 1. §. item ſacramenta. numer. 19. poſt princip. verſicu. & ſic omnis iuramentum ſoluitur. de pace iura. firm.* expreſſius apud Specul. *de inſtrument. edit. fol. 285. colum. 2. dicti ſolu. verſicul. an teſtamentum poſſit fieri irreuocabile. & c. in conſi. 22. quidam fecit teſtamentum. numer. 3. lib 1.* Abb. *in conſi. 41. numer. 2. in fin. lib. 2.* Et quamuis à Bartol. opinione Doctor. non paucos diſſentire Alexand. referat *in conſilio 18. column. 1. lib. 2.* Ruin. *in conſil. 54. numer. 8. lib. 1.*

Attamen ratione animæ, & quo ad Deum intelligi Doctor. debent, vt neceſſaria pœnitentia ſit. Quam Gemin. etiam in dictis conſil. expoſtulat. Vnde quod ad effectus iuris attinet, nihili faciendum periurium videtur, quando firmitatis quicquam iuramentum non habet. Idque ex Felin. demonſtratur *in cap. teſtimonium. numer. 19. in fin. verſicul. vbi autem iuramentum. & numer. 21. verſicu. ſed in quantum communis opinio. de teſtimon.* vbi infamiam ob id genus periurium non inuri, neque à teſtimonio dicendo ſubmouendum quempiam ait. Ratio eadem imo maior facit, ne à iudicio excindatur. Si quidem non perinde id aduerſario oneroſum, atque teſtimonium eſt. Siquidem non ex admiſſione ad iudicium, verum ex iure admiſſi di-
233 ſpendium aduerſarius ſentit. Sed enim † diſpendium intelligi in eo nequit, quod iure quis patitur vt ratio eius habeatur. *l. Gracch. C. de adult. cap. cum eccleſia Vulterana. de electi. Clem. vnica. de rerum permut. cap. omnes. 4. diſtinct. capit. qui peccat. 23. quæſt. 4. reg. damnum, lib. 6.* Caſtren. his aſſuitur *in conſil. 342. conſiderandum eſt primo. colum. fin. ante medium. lib. 1.* cum nullum aut illicitum iuramentum eſt, niſi facti opus abſolutione non eſſe, id eſt, vt factum illud iuramenti deleatur. Quod ad ius attinet, remitti iuramentum non poſſe, quatenus iuris in eo effectus vllus non eſt. Si iuris effectum iuramentum inutile non habet, quomodo id auferri abſoluendo poterit priuatione, vt diximus, habitum præſupponente.

234 Sed enim neceſſariam † abſolutionem iuramenti fac, quod nullum eſt, ad eum caſum id pertinet, quo iurantis conſenſum iuramentum habet, quamuis à iure id improbetur. Ratio alia multo eſt, cum vacuum à conſenſu iuramentum eſt. Ibi enim otioſa prorſus abſolutio æſtimatur, cum periurium imputari iuranti nequeat, à quo conſenſus abfuit. Quomodo enim ſine voluntate aut conſenſu intelligi delictum poterit. *l. furtum. ff. de vſu. apo. § ſed tamen. inſtitut. eodem tit. l. qui iniuria. in princip. l. verum. 2. ff. de furtis. l. eum qui nocentem. § ſi iniuria. ff. de iniur. leg. eum qui nocentem. C. eod. tit. l. penult. ff. de adulter. l. diuus ff. de ſicar. c. cum voluntate. in princ. de ſentent. excommunic. c. quod prædeceſſor. 11 quæſt. 3.* Itaque cum per errorem æque facti ac iuris & cauſas falſas iuſiurandum ab actore datum vix adulto teſtatum ſuperius ne quidem ſemel ſit. Atq; ideo conſenſu prorſus iuramentum deficiat, nihil eſt, quod periurium pars exprobret. Aut abſolutionem iuramenti oppugnet. Neque enim neceſſitatem vllam diſſoluendi iuramentum exigit, in quo error aut cauſa qua falſa contingit, vt Bald. docet *in l. fin. verſicul. quarto poteſt ſperni. ff. qui ſatiſd. cog. in lib. 1. in fin. C. de inoffic. donat. in d. l. fin. in princip. C. de non num. pecun. in d. cap. 1. §. item ſacramenta. numer. 3. de pace iura. firm.* Cornel. *in conſil. 11. colum. 7. verſic. in caſu autem noſtro. & colum. ſequ. l. 3.* Dec. *in conſi. 350. num. 5. verſic. vltimo non obſtat. & in fin. conſ. & in conſ. ſeq. colum. fin. verſic. vltim. non obſtat* Iaſ. *in §. fuerat num. 88. Inſtit. de act.* Ruin. *in conſil. 107. num. 10. verſic. nec obſtat, quod promiſerit. & in conſ. 134. nu. 10. lib. 1.* Sententiæ huic adeſſe & Anton. de But. videtur *in cap. cum contingat. num. 13. in quarto caſu principali. de iureiurand.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 122. viſo puncto ſuprascripto & alijs, de quibus in eo ſit mentio. colum. 3. in quarto dubio in conſil. 189. viſo inſtrumento. colum. fin. verſic. tertium etiam funda-*

mentum. tollitur & in conſ. 377. ad primum videtur dicendum diſpoſitionem habeat. num. 1. lib. 2.

Tertio principaliter ad exceptionem periurii reſpondetur. Nihil præmiſſorum omnium eſſe fac. Ratione alia † tamen 235
periurii exceptio non obſtat, quod ad vlteriora vſq; ad ſententiæ fines proceſſum ea non obſtante eſt, vt Alex. differit *in l. nemo poteſt. num. 17.* Ibiq; Iaſ. *num. 40. in fin. ff. de leg. 1.* Idem Alex. *in l. Seius & Augerius. col. fin. ff. ad leg. Falcid. & in conſ. 89. nu. 14. in fin. verſ. ad vnum tamen eſt aduertendum lib. 1.* Soc. *in conſ. 264. num 11. verſi. non obſt. etiam iuramentum. lib. 2.* Ruin. *in conſ. 142. nu. 6. in fin. lib. 1.* Pariſ. *in conſ. 53. nu. 37. & in conſ. ſeq. num. 91. lib. 1.*

Non obſtat, audiendum ante † generum non eſſe, quam 236
ſententiæ ab eo patitum de ſpolio lata ſit. Multifariam tum argumentum hoc profligatur. Principio, quod proceſſum ad vlteriora eſt, & de petitorio iam cognitum, ob id pronunciandum de eo fore *l. de qua re. ff. de iudic. cum alijs ſupra relatis num. 212.* Et quod dicitur, ex proceſſu ad vlteriora, tacite reiectam exceptionem intelligi: atque ideo opus appellatione eſſe. *l. aut prætor. §. permittitur. ff. de minor. l. 2. & 3. C. de ordin. cognit. cap. dilecti. de elect. cap. ex parte M. de appella.* Bartol. *in l. à procedente. Cod. de appella.* Bald. *in l. 1. numer. 9. C. de orden. iudic.* Imola & alij *in c. cæterum. numer. 4. verſicu. & per prædicta videtur. & numer. 6. de reſcript.* Leonar. à Ceris *inter conſil. Signorol. in conſilio 242. numer. 19.* Aretin. *in conſilio 73. diligenter. colum. 2. in verſic. aliquando iudex propoſita exceptione.* Socin. *in conſilio 59. in fin. libro 3.*

Secundo expreſſius reſpondetur † exceptionem hanc dila- 237
toriam eſſe, per quam in tempus aliud audientia differtur. Ad merita quippe petitorii omnino non pertinet, vt ex Bartol. & alijs oſtenditur *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 24.* Ibiq; Iaſ. *num. 136. de acq. poſſeſſ.* ob id ante litem conteſtatam opponi & definiri eam oportet *l. Pomponius. § ratî. ff. de procurat. l. ita demum. Ibiq; not. C. eod. tit.* Bart. & alij *in l. exceptionem. C. de probat.* Cap. *deciſ. 13. nu. 3.* vnde fruſtra modo ſub tempus ipſum ſententiæ ferendæ, dilatoria diſceptatio exercetur.

Tertio reſpondetur, exceptionibus † omnibus dilatoriis de- 238
rogatum à principe eſſe. Quod ei facere licuiſſe, dubitandum non eſt, cum à iure mero ciuili pendeant. *l. 2. ff. de natal. reſtitu. §. ſed & quod princip. Inſtit. de iure natur.* gloſſ. & Doct. *in l. 1. § initium. ff. de poſtul.* Et pro infecta conſtitutionem ſuam quantum ad iuris effectum, princeps habet, *Clemen. 1. iuncta gloſſ. in verſicul. pro infectis. de immunit. eccleſ.* Abb. *in conſi. 84. num. 3. in fin. in conſi. 99. numer. 2. verſic. tertio quod etiam. libro primo.* Curt. Senior *in conſi. 48. in fin. in conſi. ſequ. num. 26. & num. 94. poſt medium. verſicul. ex his omnibus luculenter. & in conſi. 65. nu. 9.* Quibus in locis alia etiam id genus Curt. accumulat. De quo etiam dictum ante eſt, *num. 211.* Huc & ea conferunt, quæ ſcripta infra ſunt, *nu. 258.* exceptionem nullitatis à principe reiici.

Hoc amplius, ſi cauſa definita † poſſeſſoria nõ eſſet, ex arbi- 239
trio ſuo princeps iuberet, de petitorio vna ſimul cum poſſeſſorio cognoſci, ita vt exceptio non obſtet, de ſpolatione prius omnibus cognoſcendum. Alexand. *in conſi. 54. colum. 1. lib. 5.* Brun. *in conſi. 21. colum. fin.* Sed & remedio poſſeſſorio in ſolidum derogare princeps permittitur, ita vt niſi de petitorio non cognoſcatur, vt Ruin. ſcribit *in conſi. 48. numer. 13. libr. 4.* Cap. *deciſ. 69. numero 13.* ſi poſſeſſorium remedium à principe adimi ſpoliato poteſt.

Quanto † magis id concedendum principi erit, vt poſſeſſorii 240
iure incolumi, in petitorio etiam ſpoliator audiatur. *l. qui indignus. ff. de ſen. ator. l. iure gentium. §. adeo. ff. de pactis. l. cum pacto. ff. de ſeruis export. l. in ſuis. Ibi licet eos exheredare, quos occidere licebat. ff. de liberis & poſthu. l. nec in ea.* Ibique Bartol. *ff. de adult. l. relegatorum. §. poteſt. ff. de interdict. & releg. et. l. 1. cum glo. C. de patribus, qui fil. diſtra. c. cum illorum. de ſenten. excommun.*

Quarto vbi in obſcuro res eſſet, quam elucere vndiq; conſtat. In re dubia † dilationem contemni dilatoriam conuenit, 241
vtpote odioſam. Inde fit, vt exceptioni dilatoriæ procurator renunciet, dum ius domini tamen ad negocium principale nõ lædatur. Bart. *in l. fin. in prin. ff. de his quæ in fraud. cred.* Alex. *in l. 1. nu. 11. ff. de ſeruis.* Aretin. *in conſi. 100. longitudo. n. 5.* Et quamuis mandatum generale cum libera Iaſ. exquirat *in d. §. nihil commune. num. 96.* ex Bart. *in d. l. fin. in prin.* Bart. tamen liberam non deſiderat. In generali procuratore ſimpliciter Bart. loquitur. Inde etiam fit, vt re-
ſtitutionem † in integrum aduerſus exceptionem dilatoriam 242
minor non habeat, ſi omiſſa ab eo ſit, dum ius eius tamen omnino nõ lædatur, neq; ad rem attinere, ſoluendo curatorem

non

non eſſe. Angel. in §. *illud quoq. in Authen. de hered. & Falc.* Cap. *deciſ. 13. num. 4. Ibiq. in fin. & num. duob. ſeqq.* ius idem probandum in eccleſia ait, ex Imol. *in c. coram. de in integrum reſtit.* Eadem ratione dilatio ſecunda ob exceptionẽ dilatoriam probandam non conceditur. Iaſ. in *l. ſi. num. 36. poſt med. verſ. item concluſionem, gl. ff. de feriis.* Cap. *d. deciſ. 13. num. 8.*

Quinto argumentum ipſum aduerſarius patitur, in eumq; regeritur. Demonſtratum enim ſuperius habemus, *num. 214. & pluribus ſeqq.* poſſeſſorium recuperandæ ob contractus vitia genero competere. Idque inſtitutum ſeu propoſitum etiam intelligi. Quod cum ita ſit, nihili argumentum faciendum, ante cognoſcendum de petitorio non eſſe, quam ſententiæ obtemperatum de poſſeſſorio ſit. Quoniam poſſeſſorium etiam hic exercetur, ob id non recte de petitorio ad poſſeſſorium argu. colligitur. Audiri in petitorio non debes, ergo & à poſſeſſorio ſubmouendus. *d. §. nihil commune.*

243 Non obſtat, aduerſariu † ius liquidum ex inſtrumento apparere, quo cum iuris præſumptio in dubio facit. Confutatum enim ex ſuperioribus argumentum hoc liquet. In quibus vitia nullitateſque contractus rationibus & argumentis quam plurimis & ipſis inuictis oſtendimus, quæ in conditionũ defectu, formæ omiſſione, errore, cauſis falſis, & obreptionib. conſiſte-
244 re declarauimus. Itaq; cum † in propatulo, ex parteq; omni cõtractus vitia refulgeant, nihil eſt, quod præſumptione iuris aduerſarius nitatur, quam probatione contraria perimi, nemo omnium dubitat. *l. fin. in prin. ff. quod metus cauſ. l. ſi chirographum, & l. cum de indebito. §. 1. ff. de prob. l. miſtura in fin. ff. de iure dot. l. filio quem pater. ff. de liberis & poſthum. l. 1. §. ſi quis filium. ff. ſi . ab . te . nulle . exta . l. ra . ort. §. 1. ff. d. falſis. c. in qui ſuderis. de ſponſa. c. ap. veritate manifeſta 8. diſt. c. quicunq. 8. diſt.*

Et iſtud vero eſt, quod dicitur, expreſſo tacitum cedere. *l. cum ex filio. §. 1. & l. fin. ff. de vulg. l. 1. §. ſi duo. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. l. vn. §. 1. & §. pro ſecundo. Cod. de caduc. tollen. Authen. hoc amplius. Cod. de fideicomm.* Eodem & illud ſpectat, coniecturis locum interuenire non eſſe. *l. ille aut ille. § . cum in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. cum aliis inferius aſſcriptis num. 282.* Atque in ſpecie † inſtrumenti,
245 ex Caſtren. id probatur in *conſ. 81. in cauſa, quæ vertitur inter venerandum. col. 3. in fi. lib. 2.* vbi præſumptionem quieſcere ait, quæ inſtrumento fauet. Quoties per inſpectionem eius præſumptionis vis diluitur, quia non adhibitas ſolennitates non eſſe apparet, quas contractus ipſe expoſtulat. In quam ſententiam teſtimonia & alia nec pauca cumulata apud nos ſunt in *tract. de antiqu. temp. part. 1. num. 15.* Sed enim ex lectione inſtrumenti alienationis, manifeſtiſſimum fit, paritum conditionibus & formæ reſcripti, decretorumve non eſſe, quam ad vnguem adimpleri princeps iuſſit. Cauſæ enim adhibita cognitio non eſt, probationes vllæ præſtitæ cauſarum, aut neceſſitatum non ſunt, propter quas feudi alienatio permiſſa per decreta eſt, verum per errorem, cauſaſq; falſas, & obreptionem acta omnia eſſe planiſſimum factum in ſuperioribus habemus.

Secundo ad argumentum reſpondetur. Quod dicitur, præ-
246 ſumptionem ius † inſtrumento publico ſuffragari, ad fidem & veritatem eius pertinere, vt fidem faciat, vt verum præſumatur. Ad quem caſum ſpectant, quæ expreſſa in argumento ſunt cauſa alia ſolennitatis exterioris eſt, quam contractus exigit ſub inſtrumento comprehenſus. Ad eam enim iuris præſumptio non trahitur, verum probationes legitimas expetit. *l. quæcunq. §. fin. ff. de Publicia.* gl. & Doct. *in l. ſecundum.* Ibiq; Iaſ. *n. 15. ff. de verb. obl.* neq; fidem notario de ſolennitate hac exteriore habendam, quæ cognitionem & cauſarum probationem deſiderat, quæ omnia tempore eo adhiberi non poſſunt, cum inſtrumentum fit. ex his declaratur, quæ ſcripta ſuperius habemus, *n. 28. & ſeq. n. 146. & plurib. ſeq. & nu. 187. Et apud nos in conſ. 88. in fi.*

247 Non obſtat, ex decreto ſolennia † præſumi, quod à magiſtratu maxime interpoſitum maiore ſit. Reſponſione enim eadem, atque inſtrumenti præſumptio refellitur. Locum ei niſi in re dubia non eſſe.

Alter atque cum in manifeſto eſt, interpoſita ſolennia non eſſe. Ibi enim præſumptionem omnem conſumi & extingui, quæ cum decreto facit. *leg. ſiquidem & leg. ſi præſes. Cod. de præd. minor.* Gemin. in *conſ. 48. col. 4. verſic. ſed præmiſſa cum læſioni obſtat.* Corn. in *conſ. 236. in fi. lib. 4.* Calcat. in *conſ. 25. col. penult. poſt med.* Dec. in *conſil. 479. nu. 5. & ſequ.* Inde fit, quamuis læſionis præſumptio ob decretum ſileat. *l. 1. C. de præd. curia. lib. 10.* Locum id tamen non habeat, quoties de læſione ipſa conſtat, vt Alexand. docet in *l. pretia rerum. num. 8. & ſeq. ff. ad leg. Falc.* Corn. in *conſ. 124. ante fi. verſ. item ad id, quod poterat deduci. & in conſ. 214. col. penult. poſt med. verſic. nec obſt. quod interuenit decretum. lib. 4.* Dec. in *conſ. 210. num. 3.* Iaſ. in *l. pacta nouiſſima. num. 9. verſ. 5. fal. C. de pactis.* Ruin. in *conſil. 107. num. 14. lib. 1.* Eadem ratione reſtitutionem in integrum decreto nõ obſtante, minor conſequitur, ſi læſum ſe docet. *d. l. ſiquidem. C. de præd. minor. l. ſi. in gloſ. 2. C. de fideiuſſ. minor.* Iaſon. in *l. 1. num. 46. verſic. ad iſta poteſt reſponderi. C. de ſumma Trinit. & Fide Cathol. & in l. bono. num. 11. C. qui admitti.* Curt. Iunior. in *conſ. 33. num. 9.* Sed enim per errorem iuris & facti, ex cauſis falſis, per obreptionem decretum interpoſitum, teſtatum ſuperius apertiſſime eſt. Læſio item non in partem, at ex toto patefacta ante eſt, *num. 201.* ſed & aduerſarii confeſſione vitium decreti liquere, hoc ipſo oſtendimus, quod capitula dedit, quibus infirmitatem ipſam adiuuari decreti nititur, vti ſcriptum ante habemus, *num. 172. verſ. 5. euidentiſſima. & & num. ſeq.*

Idq; non modo in decreto, ſed & in ſpecie alia recipi quauis ſolet, vt probationibus contrariis iuris præſumptio conficiatur, vti ſcriptum ante habemus, *nu. 244.* Non ſolum vero † pro- 248
batione contraria, ſed & præſumptione alia fortiore præſumptio vna diſſoluitur. *l. penult. ff. de in integ. reſtit. l. cum de etate. ff. de probat. l. non ſolum. ff. de ritu nupt. l. penult.* Ibiq; Ang. *num. 3. ff. de cond. inſtit. l. exigendum. ff. ad Sylla. l. quia autem. §. non ſimpliciter. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. l. quidam. §. ſi Lucius.* Ibique Socin. *in 4. nota. ff. de rebus dubiis. l. 1. in fi. C. quando & quibus quarta pars. l. mater.* Ibiq; Angel. & Salic. *C. de calum. l. ſi hi qui C. de adulter. c. transmiſſæ. qui filii ſint legit. c. literas. de præſumptio. c. accedens. de falſis.* Atque in ſpecie † decreto, præſumptionem, quæ cum 249
eo facit, per aliam fortiorem conſumi, Caſtrenſ. docet in *conſil. 431. cum ſtatuto. in colum. 2. ante med. verſic. 1. quia lib. 1.* vbi in decreto loquitur, quod in donatione minoris interponitur pure & ſine cauſa facta. Quid dicendum hic erit, vbi probationes tot decreto reclamant.

Secundo ad decretum reſpondetur, cum † irritum atque vi- 250
tioſum penitus ob cauſæ cognitionem omiſſam id eſſe declaratum ante ſit, *num 146. & plurib. ſeq.* Quomodo iuris id adiuuari præſumptione poterit. Nonquid actui vitioſo atque inutili ius ſuffragari diximus. Quod effectus quicquam actui inualido non tribuit. *l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. l. 2. ff. de auth. tut. l. ſi filius qui in poteſtate ff. d. liberis & poſthum. l. 2. ff. de inoff. teſtam. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. ff. de leg. 1. l. ſi ita re. ff. de leg. 3. l. 4. §. condemnatum. ff. de iudic. reg. non præſtat impedimentum. lib. 6.* Et in ſpecie decreti vitioſi, ſeu in quo vigor non eſt, iuris cum eo præſumptionem non facere, Caſtren. docet in *conſ. 174. contra ſuperius conſulta. colum. 2. lib. 1. & in conſ. 38. ſuper eo, quod quæritur. lib. 2.* vbi in decreto loquitur, in quo cognitio adhibita cauſæ non eſt. Idem Ruin. probat in *conſ. 107. numer. 14. lib. 1.* Sed nec momenti vllius clauſula habetur, de plenitudine poteſtatis in actu inſerta, in quo cauſæ ipſa cognitio non vertitur, vti ſcriptum apud nos legitur in *conſil. 241. colum. 9. verſ. permiſſa etiam clauſula.* Quibus Ruin. aſſiſtit in *conſ. 98. num. 18. in fin. lib. 4.*

Tertio reſpondetur, teſtatum † ante eſſe. *num. 147.* in cauſæ 251
cognitione probationes cauſarũ conſiſtere, propter quas feudi alienatio permiſſa decretis eſt. Sed enim probatio hæc interuenire tunc non potuit, cum interpoſitum decretum eſt, quatenus teſtiũ interrogationem & examinationem, diſcuſſionemque facti non exiguam probatio id genus exquirit. Quocirca cum firmitatis quicquam decretum non habeat, quomodo iuris ei adminiculari præſumptio poterit, per ea, quæ in proxima ſcripta reſponſione ſunt. Et in ſpecie, ad iuris ſolennia præſumenda decretum non valere, quæ tempore interuenire contractus non potuerunt, ex Bart. probatur in *l. ſecundum. num. 3. ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. de fide inſtrum. & iure haſt. lib. 10.* Alex. in *conſ. 179. num. 5. lib. 7.* Socin. in *conſ. 29. num. 20. & ſeq. lib. 1.* Ruin. in *conſ. 69. n. 6. lib. 1.* Curt. Iun. in *conſ. 29. num. 17. De quo vberius apud nos in tractat. de antiq. temp. part. 2. num. 16.* Inde generaliter Bald. ſcribit in *conſ. 376. quæſt. ſuper qua conſilium petitur. lib. 1. & in conſ. 184. ad intelligentiam. libr. 2.* ſolennitatem externam, quam extrinſecam Doctores vocitant, ob decretum non præſumi, neque aliter præſumptionem iuris cum decreto facere, quam ſi forma adimpleta iuris ſit. Dicti cuius ratio illa eſt, quod tempore actus aut decreti ſolennia, & formæ adhiberi obſeruatio nequit. Huc & ea ſpectant, quæ ſcripta ſuperius habemus, *nu. 155.* ex breuitate temporis decretum euerti.

Quarto ad decretum reſpondetur, falſitatis † cauſæ in ſum- 252
ma aureorum 400. excuſari aduerſarium non poſſe, vtpote in

quæ ambiguitatis quicquam non vertitur, quin ad cauſam me- re voluntariam pertineat, ſic quomodo monſtratum ſupra ha- bemus. *num. 178. verſ. 6. prædictorum omnium, &c.* Cauſæ plane falſi- tate in vno interueniente, alienam iuris præſumptionem à de- creto eſſe Ruin. ſcribit in *conſil. 63. num. 17. verſ. & hoc maxime debet habere locum lib. 1. argum.* not. per Innoc. & alios in *cap. fraternitatis de heret.* per Bart. & alios in *l. penult. C. de tran ſact.* credibile quippe eſt, & in aliis falſum admiſſum, vt in locis memoratis habetur. Sed enim mirum ſatis facere nequeo, ad argumenta Ruinum de- ſcendiſſe, id eſt, argum. eorum, quæ apud Innoc. Bartol. & alios notantur, ſententiam ſuam confirmaſſe. Cum nominatim id ex Bald. probetur in *l. ſi non ſortem. §. ſi centum. per illum text. ff. de condit. indeb.* vbi indiuiduum iudicis decretum aſſerit, ob id radicitus euaneſcere, ſi ex cauſa partim falſa, & partim vera interponi- tur. Quod dictum pro ſing. Curt. Iun. commemorat in *conſ. 118. num. 10.* Sed vltra eum, idem ex Bald. probatur in *l. certi conditio. §. quoniam num. 3. circa prin. verſ. ſecundus ff. ſi cert. petat. in c. quoniam fre- quenter §. ſin autem num. 2. vt lite non conteſt.* Idem deciſ. Neapol. ad- mittit. *deciſ. 218. num. 1. in fi. & num. 4.* Dec. in *l. cum amplius circa prin. verſ. & iſta concluſio ff. de reg. iuris.* Pariſ. in *conſ. 98. nu. 16. & in conſ. 100. num. 31. & ſeq. lib. 1.* Natta in *conſ. 162 num. 7.*

Non obſt. cauſas neceſſarias alienandi, & numerationem pecuniæ generi agentis confeſſione probari, qui vera omnia eſſe & ſingula aſſeruit, quæcunque narrata ſub inſtrumento ipſo alienationis ſunt. Quoniam reſponſionibus non paucis & ipſis minime leuibus, imo inuictis, argumentum id ſcriptis no- ſtris anterioribus confutaueram. Ita ſcriptum ad inſtrumen- tum ratus, atque argumentum ipſum habet. Quis enim addu- catur, vt credat impudentem adeo aduocatum quempiam in- ueniri, qui apud ſenatum ſupremum falſo quicquam enarrare non dubitet. Sed enim cum repetitæ lectionis inſtrumenti o- biter, vt plerunq; accidit, fieret, negatiua confeſſionis id genus manifeſtiſſima facta per inſtrumẽti lectionem eſt, vti demon- ſtratum ante habemus *num. 121.*

Non obſtat argumentum, quod contra caput obiectum re- ſciſſionis eſt, quæ à læſione deducitur. De læſione non conſtare neque teſtes vllos datos de precii paupertate eſſe. Diſſolutum enim ex his argumentum apparet, quæ ſcripta ſupra ſunt. *num. 203.*

In eo læſionem hic non poni, quod precio iniquo facta ven- ditio ſit, verum quod per omnia læſus actor eſt, qui ad feudi ali- enationem conſenſit perinde quaſi locus alienationi eſſet, cõ- traquam rem habere, non obſcure teſtatum in ſuperiorib. eſt, cum ob cauſas erroneas & falſas feudum alienatum ſit.

253 Secundo reſpondetur, hoc ipſo læſum † non minorem tan- tum, verum etiam maiorem intelligi, quod aſſertioni contra- hentium credidit, feudi locum videlicet alienationi eſſe, & ob cauſas neceſſarias venditionem fieri, quod ſecus eſſe, declara- tum ſupra nec ſemel eſt. Quocirca rectum æquumue eſt, ita læ- ſo & decepto ſubueniri. *l. ſi quis affirmauerit l. cum à te & l. ſi legatarius. l. hæredib. in fin. & l. ſequ. ff. de dol. l. 2. ff. ad Maced. l. Zenodorus. C. eod. tit. l. ſi alterius. C. ſi minor ſe maiorem dixer. l. 3. C. comm. vtriuſ. iud.* Bald. in *conſ. 512. ſi ita eſt. in prin. lib. 2. cum aliis apud nos relatis in conſ. 157. num. 24. & ſeq.* Quibus Ruin. accedit in *conſ. 137. num. 11. lib. 2.* Alba. in *conſ. 9. n. 50.* Quæ reſponſio ad confeſſionem etiam elidendã ſane quam prodeſſet, vbi vera omnia & ſingula eſſe, confeſſus minor eſſet. Quod factum nequaquam eſt.

254 Non obſtat, probationem † vllam præſtitam metus reuerẽ- tialis non eſſe. Mirum quippe ſatis facere in aduocati peritia nequeo, qui hoc genus argumento vſus apud ſenatum ampliſ- ſimum ſit. Cum hoc ipſo metum reuerentialem iura Doct. ne- que metiantur, quod ad compendium aut impulſu eius quid ſit, cui honorem reuerentiamue, aut obedientiam quis debet, veluti cum patri contrahenti in eo filius filiaue cõſentit, quod ipſi obſtat, aut ad incommodum eius recidit. *l. 1. §. quæ onerandæ.* Ibique Bart. & alii *ff. quarum rerum actio non da. l. penult. ff. de furtis cap. cum virum de clandeſt. deſpon. c. ſciant cuncti.* Ibique Ioan. Mona. & alii *de electio. lib. 6. c. quicunq;.* Ibiq; Archid. & alii *de ſent. excom. lib. 6.* Rota *deciſ. 433. dubitatur an valeat reſignatio in nouis.*

Inde ad alia aduocati euidem animaduertere eruditionem licet. Sed enim ingenii ſui ſpecimen dare, qui perſpicue magis, atque ex eo poterat, quod recens cognitã capitula habuiſſe ad- uerſarium dixit. Quam rem aduerſario ipſi fatalem, ſatiſque ad capitula eius propulſanda eſſe, apertiſſime in ſuperiorib. oſten- dimus *num. 173.*

255 Non obſtat, quod aduerſus † depoſitum obiicitur, recipi- endum id non eſſe, cum opus ſoluto eſt. Ex his n. profligatum apparet, quæ ſcripta ſuperius ſunt *num. 107.* vtile depoſitum de pecunia quæ eſſe, vbicunq; liquidum debitum non eſt, cautio- ne de ſupplendo idonea præſtita. Sed & poteſtatis eiuſdem ob- lationem verbis factam ibi oſtendimus, quoties certum debi- tum non eſt, & plenius *nu. 209.* vnde ad eum caſum argumen- tum pertinet, quo certum, liquidumue debitum eſt. Ibi enim ſolui, non deponi pecuniam oportet.

Secundo reſpondetur, locum argumento non eſſe, vbicun- que ex cauſa quæ iuſta pecunia deponitur. Solutionis enim n. vi- cem obtinet *l. qui mutuam. §. 1. ff. manda. l. fideiuſſor qui. ff. manda.* vbi qui pecuniam minori debet, ſi ab ætate metuit, ſatis eſt, ſi pu- blice pecuniam deponit. At enim cauſam iuſtam deponendi haud dubie actor habuit. Quandoquidem precio feudi reſtitu- endo eum non teneri, ſatis ſuperq; perſpicuum factum ante eſt *nu. 21.* Et cum pecuniam reſtitui non ampliorem ex decretis o- porteat, quam quæ in cauſas accepta neceſſarias ſit, vti dictum in ſuperiorib. habemus. Idque incertum ſit. In re hac incerta re- pudiari depoſitum nequit, vtpote liberalius, quam res poſcat. Qua ratione proteſtatio adiecta, reſtitutum iri, quicquid vltra depoſitum inuenietur quam debitum ſit.

Tertio reſpondetur. Locum depoſito haud dubie eſſe, quo- ties pecuniam oblatam aduerſarius aſpernatur. *l. acceptam. C. de vſur. l. creditor. C. de pignor. l. 1. C. qui potior. in pign. ha.* Pecuniam plane depoſitam ab aduerſario reſpui, acta declarant.

256 Non obſtat, ſi mirarem † in depoſito non aliter eſſe, quam ſi oblatio facta pecuniæ ſit. *d. l. acceptam in prin.* Ibiq; Bald. in *1. not.* Iaſ. in *conſ. 9. num 15. lib. 1.* Curt. minor in *conſil. 28 num. 1.* Quoniam profutura oblatio non erat, quatenus in manifeſto eſt, pecu- niam ipſam admiſſurum aduerſarium non fuiſſe, qui ne nunc quidem accipere eam vult, ob id in culpa aliqua actor non fuit quod oblationem omiſerit, quæ profutura non erat. *l. arbiter ca- lendis. ff. de arbitr. l. idemq; §. penult. ff. manda. l. ſi ea res. in pr. ff. de actio. empt. l. & in totum. verſic. item ſi ob id. ff. rerum amot. l. fin. ff. quis ordo in bonorum poſſeſ. ſer. l. 2. § penult. verſ. ergo etiam ſi mater. ff. ad Tertullia. l. ſi alius. in ver. aquæ periturus. oſib. ff. quod vi aut clam. c. 24. vt circa in fin. de elect. gl. in leg. ſi ideo in prin. ff. de cuncilio* Oldra. in *conſ. 136. quod ex productis. num. 5.* Pro qua ſententia teſtimonia & alia Doctor. producta à nobis ſunt in *conſ. 83 num. 5.* Atque in ſpecie oblationis neceſſitatem eius re- mitti quoties conſtare poteſt, recuſatum eam à patre iri, ſcri- ptum & demonſtratum ſupra habemus. *n. 210.*

257 Secundo reſpondetur, dilatoriam † id genus exceptionem eſſe, per quam ante quid faciendum fuiſſe obiicitur. Quod ad rem enim attinet, quorſum depoſito oblationem præuerti, dũ vere modo id fiat.

An non depoſitum ipſum admittere perinde aduerſario li- cet, vt ſi oblatio facta pecuniæ ſit. Idque ratione validiore ex Baldo iouatur in *conſ. 427. quædam mulier. in fi. libr. 5.*

Quod inter Roman. inſertum reſponſa legitur in *conſ. 451.* ad exceptionem dilatoriam ſpectare, quoties inſcriptionem ad pœnam talionis faciendam cui obiicitur. In qua re pluris non paulo, quam in oblatione omiſſa opponentis intereſſe, proculdubio eſt, ſiquidem difficilius pœnæ talionis formidine, ad fal- ſum obiiciendum quiſpiam aggreditur. Exceptionibus plane dilatoriis locum non eſſe, dilucide monſtratum ſuperius eſt. *n. 237. & ſeq.*

258 Tertio reſpondetur, ſolennitatem † hanc oblationis in de- poſito præuertendæ, à iure ciuili inſtitutam. Cui nominatim derogatum à principe eſt. Poteſtatem cuius in controuerſiam non vocari, declaratum in ſuperioribus habemus. *nu. 238. & ſeq.* Id quidem maxime, quod diſpendii quicquam derogatione hac omnino pars non ſubit, cui incolumes factæ exceptiones eius ſunt, quæ ſubſtantiam eius contingunt, quod parcum pu- ta ſit, aut ratione qua alia abiici, quam ſolennitatis vitio de- beat. Eodem & illud Guidonis Papæ ſpectat in *conſ. 81. num. 10. in conſ. 178. in 5. dubio & in conſ. 105. in 6. dubio.*

Liberum principi eſſe, reſcribere, ne vitio aut nullitate, quam vocant, acta oppugnentur. Cæterum ad vitium depoſiti exce- ptiones id genus pertinere, quis non videt. Sed quid in princi- pe dubitamus, Tolli ne ab eo nullitas poſſit, quatenus & ſtatu- to id fit, Fulgoſ. in *conſ. 180. viſo proceſſu. colum. 1. per tex. in clemen. 1. de re iudic.* De quo cumulatius apud Decium poſt alios. in *cap. ex parte. 2. de offic. deleg.*

259 Non obſtat, citationis omiſſæ † vitio depoſitum laborare, quod

quod diluere princeps non permittitur. Quoniam ex depoſiti ipſius lectione apparet, præmitti citationem principe iubente, non potuiſſe. Cæterum ius contra depoſiti dicendi integrum factum aduerſario eſt, vt ſimiliter impugnare id liceat, atque ſi præuerſa citatio ſit. Quod cum ita ſit, damni quicquam de ordine hoc mutato pars non ſentit. Quid enim per deos refert, ante an poſt depoſitum impugnetur, cum effectum ante depoſitum non habet quam diſceptatio plena facta de eo ſit. Atque id genus depoſitum valere, iure illo notiſſimo oſtenditur, nihil intereſſe, tempore habili quid fiat, an tempore inhabili factum inhabile conferatur. *l. cum qui.* Ibique Decius *in quarto nota l. penultima. ff. de iuriſdict. omn. iudic. l. quia. 2. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. in tempus. ff. de heredib. inſtit. l. quod ſponſa. C. de donat. ante nupt.* ſatis igitur ad vigorem depoſiti erit, firmitatem eius in temporis id cõfiteri, cum diſceptatio litis facta ſuper eo erit, admitti oecne ipſum oporteat.

260 Secundo in ſpecie citationis, ex eo † reſponſio noſtra iuuatur, quod in citatione dici die feriato facta ſolet, ad irritum eam non deduci, quoties die feriato ita citatio fit, vt die non feriato ad iudicium veniatur. Ita tempus inhabile citationis non ſpectatur, dum in tempus habile tamen effectus eius conferatur Bartol. & alii *in l. 1. §. nunciatio. num. 30. ff. de oper. noui nunciat. & in tractat. de citat. quæſt. 7.* Idque locum & in die ſuperis ſacro habere, Gnido Papæ ſcribit, *quæſt. 215. colum. 2. in conſ. 178. num. 9. & in conſ. 105. num. 15.* Et quamuis à controuerſia in die ſacro vacua res non ſit, attamen recipi id conſuetudine poſſe *d. quæſt. 7.* Bart. admittit. Idem in notula eius habetur *in d. §. nunciatio.* Si morib. introduci id poteſt, longe magis à principe, qui robur conſuetudini tribuit. *l. de quib. ff. de ll. §. ex non ſcripto Inſtitut. de iure nat.*

261 Æque conſuetudinem pro arbitrio † princeps abrogat, cum à iure ciuili ſit. *l. 3. §. diuus. ff. de ſepulc. violat. l. cos. C. de vſu. Auth omnes peregrini. C. ne filius pro patre. Authen. nauigia. C. de furtis. capit. 1. de conſtit. lib. 2. Clem. 2. §. vt autem.* Ibique Cardin. *in ſecundo not. text. alios referens de religio. domibus. cum aliis apud nos aggregatis. in tract. de antiquit. tempor. parte 1. num. 13. & parte 4. num. 20.*

262 Tertio in ſpecie citationis, ratione etiam fortiore ſententia hæc iuuatur. Namq; fas † iudici eſt, minimum ab executione ſeu præcepto facere, dum ſaluum ius tamen parti fiat. Ita vt contra opponere præceptum ipſum liceat, velut cum cui quid præcipit, clauſula adiecta, vt ſi grauatum ſe ſentiat, cauſas oppoſitionis dicat glo. & Docto. *in l. de pupillo. §. meminiſſe. in verſ. cum. ff. de oper. noui nunciat.* Quod cum ita ſit, in poteſtate iudicis fuerit, depoſitum id genus admittere, partis tamen iure ſaluo, ita vt aduerſus depoſitum ipſum opponere parti liceat. Si iudici id conceditur, quid in principe dicendum. *§. filiusfamilias. verſic. quis enim patiatur. Inſtit. quib. mod. ius patriæ po. ſolui.* Integrum igitur principi fuit, depoſitum id citra præiudicium partis agnoſcere, quatenus tantundem concedi & iudici, inferioribuſq; ſolet.

263 Quarto meminiſſe debemus, ratione † præiudicii citationem introductam, vtpote quæ ad defenſionem ſpectat, quæ iure permiſſa naturæ eſt. Ea ratione à principe eam non tolli dicimus *l. adoptio non iure facta.* Ibiq; glo. & Bartol. *ff. de adoptio. capit. 1. de cau. poſſ. & propriet. Clemen. paſtoralis. §. cæterum de re iudic.* Alexand. *in conſilio 11. numero 1. libro 7.* Felin. *in capit. quia in eccleſiarum. num. 66. de conſtit. Et apud nos in conſilio 5. numero 3.* Proinde nihil refert, ante actum, an poſtea citatio interueniat, modo ius læſum partis non ſit. Similiter vt in conſenſu dicitur, qui præiudicii ratione exquiritur, ad rem non attinere, ante actum, in ipſo actu, an poſtea interueniat. *l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. l. iubemus. C. de emancip. lib. c. quod ſicut. cum ibi not. de elect.* Innocen & alii. *in c. conſuetudinis. de conſuet.* Gemin. *in conſ. 45. in quinto dubio.* Card. *in conſ. 62. num. 3.* Angel. *in l. per fundum. colum. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd.* Dec. *in conſilio 144. colum. 1.*

264 Quinto à Caſtren. extra controuerſiam † omnem reſponitur *in conſ. 172. videtur dicendum. quod dictum notarius. col. 2. circa med. li. 2.* Superuacuam citationẽ in actu eſſe, in quo reſeruatio iuris facta partis cenſetur, veluti cũ parte non citata, à protocollo alieno inſtrumentum deſumitur, idq; extenditur: partis enim citationem in genus hoc extenſione nõ exquiri. Id quia ſaluum ius factum partis creditur. Si impugnandum inſtrumentũ duxerit, ita vt ad eum extendi modum nõ potuiſſe doceat. Si vires mero iure inſtrumenti extenſio habet, inferioris iuſſu, reſeruatione etiam iuris tertii expreſſim non facta. Quid in depoſito dicendum, quod principe factum mandante eſt. Cum integrum ius opponendi parti eſſe, nunquam deponens non dixerit.

Apparet ex his, quod dicitur, citatione depoſitum, actum nẽ alium non carere, & ea omiſſa, inutilẽ actum effici, ad eum caſum pertinere. quo excipiendi & defendendi facultas parti eripitur, quæ vocata non ſit, quia ad effectum actus perducatur. Aliter atque iure partis ſaluo expreſſim aut tacite actus fit. Ibi enim viribus cum citationis defectu, non tabeſcere, quatenus impugnandi facultas non denegatur. Et pro eo res eſt, vt ſi præmiſſa citatio ſit. Præmiſſa enim quantum ad effectum apparet. Cum effectus omnis citationis conſiſtat. Quod cum ita ſit, ſpeciem † verborum, non effectum partis aduocatio animaduerſam habuit, quæ conatibus tam acerrimis atque importuniſſimis negocii tantum in depoſito ad memoratum modum admittendo facit. Ita vt curatoris litis pro genero ſocerum, non citra grauiſſima eius iuxta è corpore, atq; ab animo incommoda, partes ſuſcipere oportuerit. Inde coniecturam facere non obſcuram licet, ſoceri ne animo ductus Cratuet ta fuerit. Quam ipſam rem litis etiam euentus de ſpecie hac depoſiti planiſſimam fecit. Non aliud in negocio principali futurum ſpes eſt, Si quidem Ioue non iniquo, quod mihi pollicere nũ dubitem, litis explicatio fiat. Quicquid aliter ſibi animo plus ſatis magno duriter pars blandiatur, & ſpondet. Cæterum fortiſſima ad extremum, omnium veritas *l. fi. in fi. ff. de probat.* Eſdræ *lib. 3. c. 3.* Quod ſi ius ſibi ſuffragari tam optimum autumat, quo id genus ſuffragia, adminiculaque ambire? Iuſtiſſimum ius hoc palam modo pari ociuatio eius faciat. Animorum nunc viribus vtendum. Iam tempus monet, vt ſuæ quiſque gloriæ conſultat. Occaſionem & facultatem laudis ſuæ teſtificandæ, quin tamen pulcherrimam hic vrget. Ad prouinciam tam memorabilẽ, tamq; ſenam dies hæc vocat. Quod ſi hipum in fabula eſſe aduerſarii ſuſpiciantur, ſuo ſe ſilentio ne quidem obſcure mediocriterue lædunt.

Et quanquam otioſa diſputatio hæc de citatione eſt, vtpote conſilii ſupremi celſitudinis ſuæ iudicio definita, argumenta hæc tamen commemoranda duxi, quo in manifeſto omnibus iniuria fiat, quam ab aduerſario tam inclementiſſime, & de re nihili, paſſi cum genero ſocer ſunt. Meliora ſuperbi quæſo.

Cæterum quia in ſpecie † depoſiti apud conſilium ahit. ſuæ 166 tractanda, memoria habita de periculo pecuniæ eſt, tametſi abundans tractatus id genus ſit. Si quidẽ periculi omnis ſecuritas videtur. Compendio tamen atque ſummatim explicandum id cenſui: hoc eſt, aduerſario ipſi pecuniam periturum, Periculumque omne aduerſario ipſo præſtandum. Idque ratione non memoria, neque obſcura iam oſtenditur. Namque ſi admiſſum depoſitum à parte & ſolutum ei ſit, dubitandum non eſt, quin periculum omne pecuniæ eius ſit, vtpote in dominio eius pecunia facta. *l. neceſſario. ff. de peric. & commo. rei vend. l. Lucius. ff. de cuiuſlio. l. quæ fortuitis. l. ſi nulla & l. pignus. C. de pigno. actio.* Tantundem probandum, cum per aduerſarium ſtetit, quo minus ſolutio ei pecuniæ fieret, ac ex mora ſua damnum deponens ſubeat. *l. 1. in prin. ff. de alien. iudic. mutan. cau. fac. cum aliis ſupra collectis. nu. 91. & ſeq.*

Secundo eum in mora depoſiti † accipiendi creditorẽ eſſe, 267 ex his appareat, quæ verbis pluribus ante ſcripta in depoſito ipſo ſunt *num. 207. & num. 255.* pro ſoluta aut accepta pecunia in odium & perniciem eius habetur, qui reus moræ eſt. Bartol. *in conſ. 135. ſtatuto ciuitatis Eugu.* Bald *in l. fi. num. 2. C. de dotis promiſſ.* Alex. *in l. ſi donaturus. §. 1. num. 7. & ſequ. ff. de cond. ob cau. in l. ſed hoc ita ff. de re iudic. in conſi. 63. num. 19. lib. 4.* Socin. *in l. de diuiſione. num. 1. ff. ſolut. matr.* Rumi. *in conſilio 225. colum. 1. lib. 1. & in conſi. 133. numer. 7. lib. 4.* Ctot. *in Rubr. ff. ſolut. matrim. 85. verſic. ſecundus caſus.* Ibique Nicoolt. *num. 176. in fi. verſic. ſecundo vero caſu.* Capit. *deciſ. 176. num. 30. & num. tribus ſeqq.* Quibus in locis habetur, ad dotem præmiſſam ſtatutum pertinere, quo dotem datam lucit maritus aut cunctam aut in partem facit, quoties ſolutioni dotis promiſſæ facta mora eſt. Æq; pro apprehenſa poſſeſſio, in perniciem partis habetur, quam facto eius apprehendere iniuſto non licet. *l. ſi finita. §. illud. ff. de damn. infect. l. cum vnus. §. fin. cum l. ſeq. ff. de bonis author. iudic. poſſid. c. contingit. de dolo & contu. cum aliis apud nos collectis. in conſi. 376. num. 21. & ſequ.* Quibus Bart. accedit *in l. 1. in princ. num. 23.* Ibiq; Iaſ. *num. 96. verſi. item quærit Bartol. vſque ad num. 101.* Ibiq; etiam Horman. *num. 68. ff. de acquir. poſſeſ.* Ius idem renunciationis eſt, quæ fieri debet, vt pro facta habeatur, renunciandi mora interueniente, cum interpellatus vt renunciet, facere id detrectat. Roman. *in conſ. 523. num. 17.* vbi ex textibus non paucis id confirmat.

Digitized by Google

Qua ſententia Dec. vtitur *in c. porrecta. col. 4. circa med. verſ. & confirmatur, quia in caſu ſupradicto, de confir. vtili vel inutili.* Pro facta etiam prædii menſura habetur, quoties per contrahentem alterum ſtat quo minus fiat, vt purus contractus æſtimetur, atq; periculum eum ſequatur, qui in modo ipſo faciendo moram admiſit. Capic. deciſ. 14. nu. 18. *argum. l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. ff. de contrahen. emptio. & l. in executione. § fin. ff. de verb. oblig.* vſque adeo porro pro facto ea mora habetur, quod fieri debuit, vt non modo moræ id reo, ſed & tertio noceat. verbi gratia moram hereditati adeundæ heres facit, pro adita non ſolum contra heredem, verum etiam in diſpendium tertii habetur, ad quē translatio ipſius facta hereditatis erat, caſu quo ante reſtitutionem fideicommiſſi ſubſtitutus decederet.

Atq; ideo hereditatem ipſam non aditam nec reſtitutam ad heredes ſuos in tertii necē ſubſtitutus tranſmittit, quia vita functus ante ſit, quam adita reſtitutaue hereditas eſſet. Socin. *in l. cum filio. colũn. penult. verſ. ſed tu reſponde ad hanc rationem. ff. de leg. 1.* Sed enim lucri ibi omiſſio nō damni cauſa agitur. Ad lucrum enim tertius per iniuriam inuitaretur, ſi tranſmiſſioni locus hereditatis nō ſit. Vnde cum pro accepto depoſitum habeatur, quod accipere pars noluit, non poteſt interitus aut periculum eius aduerſarium non ſequi.

268 Tertio in ſpecie atq; nominatim, † creditori pecuniam perdi, & ad creditorem periculum pertinere, qui ipſam accipere pecuniam noluit, ex text. declaratur in *l. ſi opera ff. de except. doli. in l. ſi ſoluturus. in l. qui decem. in pr. & in l. ſi debitor offerret. ff. de ſolutio.* Quo circa aduerſarii erat pecuniam oblatam admittere. Quoniam præſtito, non poteſt eius periculum non fieri. Gloſ. huc ſpectat, in *l. penult. in gloſ. fin. C. de peric. & commo. rei vend.* venditoris rei venditæ periculum eſſe, quod poſt moram eius contingit. Quinetiam vbi à quopiam periculum rei ſuſcipitur, præſtandum tamen ab eo non erit, vbicunque facto id aut partis culpa accidit. *l. cum proponas.* Ibique Bart. & Bald. *C. de nautic. fœn.* Roma. *ſing. 436.* *Tuſcus quod. quin.* Alex. *in conſ. 84. libr. 6.* Et quæ ſermone non parco ſcripta ante ſunt *numer. 87.* cum damnum ſequi, vitio aut culpa

269 cuius id accidit. Quod vero aduerſus depoſitum † obiicitur, perperam id, & de ſumma ſactum integra non eſſe, confutatum ex ſuperioribus apparet, *num. 107. circa fin.* vbi copioſius, quam res ferat, depoſitum oſtendimus. Idq; & ea docent, quæ ſcripta infra de fructibus reſtituendis ſunt *num. 186.* Æque ex ſuperioribus profligatum & argumen. illud liquet, iudicis ſui authoritate depoſitum factum. Imo enim iudicis pluſquam ſui iuſſus interuenit, id eſt, principis. Quo iubente, ita interpoſitum eſt. Iudicum quippe iudex princeps habetur, cui in cuius nemo anteſtat. Bald. *in conſil. 333. ad intelligentiam. col. 1. lib. 1.*

Sed & Dei legatum aut proconſulem, principem Bald. ſcribit in *tit. de pace Conſtan. in prin.* Dei item in temporalibus vicarium principem Bald. ait *in c. ſignificantibus. in fin. de offic. deleg.* quem Cur. ſen. refert *in conſ. 65 numer. 5. circa med. verſ. ſic etiam rex.* Et quod de rege Francorum Bald. ſcribit *in c. 1. § fin. num. 24. de prohib. alien. feudi per Freder.* numen quoddam corporale in regno ſuo eum eſſe. Inde oraculum cœleſte principis reſcriptum Text. nuncupat, in *l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ.* Ibiq. *gloſ. in verſ. cœleſte.* rationem affert, quoniam vt cœleſtis in cœlis Deus, ita cœleſtis princeps in terris eſt. Æque diuinas principis aures tex. ait in *l. fin. in princip. C. de acquir. poſſeſ.* Principis item præcepta, diuina tex. aſſerit in *l. 1. C. vt digni. ordo ſerue. lib. 12. cod. gloſ. ſpectat in Authen. de hered. & Falcid. in rubri.*

Quod à principe fit, non quaſi ab ipſo, verum veri à Deo factum intelligi. De qua gl. Bald. meminit in *c. 1. § 1. numer. 3. in fin. de noua forma fidel.* Inde à cœleſti arbitrio princip. motum pendere, tex. ait in *l. 1. in fi. C. de ſum. Trin. & fide Cathol.* Quem Afflict. vocat in *c. 1. nu. 40. de alienat. feudi pater.* Quo magis admittet, apud iudicem alienum depoſitum factum nullo à parte pudore obiici.

Non obſtat, quod de aureis 400. dicitur, creditoribus aliis
270 venditoris † iuſſu eos ſuperioris numeratos. Atque liberationem in ea ſumma aduerſario quæſitam, ſimiliter vt in eo dicitur, qui propter repreſalias pro alio ſoluit, indemnitatem eia debitore præſtandam. Quoniam retorquendo, argumentum diluitur. Locum quippe id argum. habet, ſi iuſte conceſſæ repreſaliæ ſunt, aliter atque ſi perperam aut non recté. Quoniam ad incommodum creditoris recidere iniuriam non conuenit, quam qui[illegible] patitur. *l. ſi per imprudentiam. in prin. ff. de euictio. l. penult. cum ibi not. ff. ſoluto matrim. l. exceptione. ff. de fideiuſſ. l. 1.* Ibiq; Bald.

Cod. quod metus cauſ. l. ſi te bonis. C. de iure deliber. c. ſi. de emptio. & vendit. Oldr. *in conſil. 218. gratia. num. 2.*

Atq; in ſpecie ſolutionis quoties pro alio ſoluere quiq; quis compellitur, ne alii iniuria hæc noceat, ex tex. dem[illegible] in *d. l. exceptione ff. de fideiuſſ.* & Bart. *in l. nam & Seruius. ff. de negoc. geſt.* Bal. & alii in *d. l. ſi te bonis. in conſ. 159. in cauſa & occaſione. lib. 4.* Pau. de Caſtr. *in conſ. 116. viſis & conſideratis omnib. col. 3. poſt med. lib. 1.* Abb. *in conſil. 7. num. 2. in conſil. 49. num. 3. verſ. 2. prin. mouer. lib. 2.* Alexand. *in conſil. 103. num. 14. & ſeq. lib. 2.* Aret. *in conſil. 35. numer. 1.* Rum. *in conſil. 30. num. 11. & in num. 12. poſt princ. lib. 6.* Sed [illegible] non apparet id genus creditores fuiſſe, quibus ſolutionem factam par[illegible] aſſerit, vt eis ex feudo fieri ſatis deberet, hoc eſt, ob [illegible] vtilitas neceſſarias debita illa & numeratione interueniente contracta, ita vti expreſſum decreto eſſe, non obſcure declaratum in ſuperioribus habemus. Namque cum † aliter liberatio contingere debitori 271 nequeat, qui nolens ſeu coactus alii ſoluit, niſi ſi iuſta coactio ſit. qualitatis huius præſtanda probatio erat. *l. habebat. ff. de inſtitor. l. ait prætor. ff. de vi & vi arma. l. denunciaſſe. poſt princip.* Ibique Bart. *ff. de adult. cap. dudum. 2. de electio. cap. ſi forte. eodem tit. libro 6. gloſſ. in cap. ab eo. eodem tit. & lib. & in cap. venerabilis. in glo. penult. de ſentent. excom. libro ſexto.* Baldus *in conſilio. 459. viſa dicta petitione. column. fin. libro 4.* In quam ſententiam non pauca Corſer. accumulat *ſing. 269. vbi requiritur.*

Secundo reſpondetur, creditores veri eſto fuerint, quibus à ſe ſolutum aduerſarius ait. Ad eos pertinere decretum fac. Nihilo magis ob id excuſatus aduerſarius erat. quoniam † quod 272 in ſe erat, præſtare debuerat, hoc eſt ſuperiori, à quo cogebatur, exponendum, pecuniam ipſam in villæ feudalis redemptionem, & ad filii vix puberis vtilitatem ſenatuſque decreto erogandum.

Atque ideo detrimento pergraui affectum minorem fieri, ſi villæ facta redemptio non ſit. Ad quem modum difficilis impetratio non fuerat, vt in quam cauſam deſtinata pecunia erat, in eam erogaretur. Proinde culpæ etiam aduerſarius nequit, à quo impetratio facta eius non eſt, quod facile impetratu erat, neq; mutat, ſi vana repulſionis ſuſpicione id ſe non impetraſſe dicat. *l. ſed & ſi per prætorem. § hæc clauſula. verſ. ſed & nec ad eos. ff. ex quib. cau. maior. l. 4. § vſuras. ibi ſiquidem non poſtulauerit. ff. de contrar. iudic. tut. l. 1. § pen. ff. de aqua quotid. & æſtiu.* Roman *in conſ. 312. num. 2. verſi. tertio quia.* Quid autē facilitatem impetrationis obſeruamus, imo enim tantundē admittendū, cum difficilis impetratio eſt, vt peti ſaltem aut narrari id oporteat, ſcriptum apud nos legitur *in conſ. 64. in fin.*

Ex Baldo reſponſio hæc iuuatur † *in l. falſus. num. 31. C. de furtis.* 273 In culpa eum intelligi, qui alii ſoluere, quam creditori cogitur, ſi illicito ſoluit. Non nihil enim ſuſtinendum, imo quicquid ſalua honeſtate poteſt, ante ferendum, & præſtandum, quam alii ſolutio fiat. Cui dicto Alba. adſcribit *in conſ. 3. num. 8. poſt med.* Galeat. huc accedit *in conſ. 81. ante fi. verſi. præterea ex tam poſito.* Omni conatu à debitore reſiſtendum, ne alii ſoluat. Sed & appellationem ob eo ad ſuperiorem interponendam, per tex. *in l. ait prætor. § permittitur. ff. de minor.* Cōſequens his fit, illum ſaltem à ſuperiore petendum, vt ſenatui cauſam delegaret, decreto cuius ad villam redimendam conſtituta pecunia erat. Decreti cuius ſi memoria habita apud ſuperiorem fuciat, quis adducatur, vt credat, tanti ſenatus reſcriptum non impetere in animo ſuperiorem habiturum. Et obſeruandum, ad eum caſum Bald. & aliorum dictum pertinere, quo ex ſolutione alii facta liberatio contingit. Quid hic dicemus, vbi contingere liberationem non oſtendimus.

Tertio culpæ pars tenetur, quæ certiores † minori curato- 274 rem alioſue, quorum intererat, pæcepti id genus non fecit, vt reuocationem eius curarent. *l. qui abſentem.* Ibique Bartol. *ff. de procura. l. ſi fideiuſſor. § ſi cum debitor. ff. manda. l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. l. emptor. l. authore laudato. l. ſi parentes. & l. empti actio. Cod. de actio. empti. cap. fin. de emption. & vendit.* Appoſite huc Caſtren. aliique quadrant *in l. de pupillo. § meminiſſe autem. column. 2. circa prin. verſic. aduertendum tamen, quod licet. ff. de oper. noui nunciat.* Cum nunciatione noui operis domino abſente facta, d[illegible] fabus opus perficitur, quod intereſt ab eis dominum cōſequi, qui opus ipſum demoliri iubentur, quod nunciatione peractum [illegible] erat. I[illegible] qui in culpa fuerint, tur certior ab eis nunciationis fa[illegible] dominus non eſt. Quam ſi ſit cognitum habuerat, remediis iuris [illegible] ſin litei fuiſſet, vt remiſſio nunciationis fieret per text. *in l. item quæritur. § exercitu. ff. loca. in d. l. licet. § fin. ff. naut. caupo. ſtabu. & l. ſi ſurum.*

ſtrum. §. *ſi fornicarius.* ff. *ad legem Aquil.* Si culpæ ob denunciationem prætermiſſam fabri tenentur, à quibus promiſſio vlla facta ob eam rem non eſt. Quid in debitore probandum, qui quod debet, in villam impendere redimendam tenetur. Eiuſdem generis eſt, quod Caſtrenſis ſcribit in *l. fi.* ff. *de oper. noui nuncia.* Quod intereſt emptori à venditore præſtandum, qui nunciationem noui operis emptori ipſi non denunciat, per text. in *l.* 1. §. 1. ff. *de actio. empti.*

Culpa igitur in aduerſario circa ſolutiones, quas excuſat, admiſſa, nihil eſt, quod prætextu id genus vtatur *reg. damnum lib.* 6. *cum aliis.* quæ non inſcite, neque parce ſcripta in ſuperioribus ſunt, *numero* 87. Et quæ adnotata ſupra habemus *numero* 267. & *duob. ſeqq.* eius periculum eſſe, culpa cuius euenit. Quid autem culpam reo aſſcribimus, quod à ſuperiore præcepti reuocationem non poſtulauit, quod ſtudium omne non adhibuit, ne aliis ſolutio fieret, quod minoris adminiſtratoribus denunciandum
275 præceptum non curauit. Imo enim † doli ob id tenetur, quod remediis vſus memoratis non eſt Bald. authore in *conſilio* 395. *pro domino Dinaldo num.* 4. *verſ.* 5. *quia ſaltem lib.* 2. Ibiq; in ſpecie denunciationis omiſſæ loquitur. De quo dicto memoria habita apud nos eſt in *conſi.* 97. *num.* 7. Quo loci & ea ſpectant, quæ ſcripta apud nos ſunt in *conſ.* 242. *num.* 18. & *conſi.* 192. *num.* 4. doli reum haberi, qui de iuribus ſuis certiorem alium non facit. In eandem ſententiam & illud eſt, in eum doli præſumptionem incumbere, qui id nô facit, quod fieri ab eo debet, vti ſcriptum habemus in *conſi.* 6. *num.* 96. *conſi.* 115. *num.* 1. *conſi.* 172. *num.* 5. Quem dolum perſpicuum magis ex his facerem, quæ de viris audita illuſtribus habemus. Sed enim ſimilem me aduerſarii præſtarem, ſi probris cum eo contenderim ſuas quiſque ſuperis pœnas daturus. Apud quos planiſſimum fiet, vtra partiû ab æquo rectoue ſtet. Idque & Lector candidus, quod ratio patitur, æſtimabit.

276 Argumentum illud, ex voluntate † actoris pecunias debitas aliis ſolutas, diſſolutum in ſuperioribus liquet, *n.* 198. Principio enim conſenſum ipſum actor non admittit, ſecundo vbi conſtare de eo poſſit, ad rem non attinere, ſi quidem ad pecunias has non ſpectat ad villam redimendam deſtinatas, ſcripturam igitur conſenſus reus proferat, & quanti fieri is debeat, apertiſſime oſtendetur. Tertio vbi in ſpecie pecuniam controuerſam conſenſus reſpiceret aduerſario nihilo magis proficere, *d. num.* 198. declarauimus cum iuris ſolennia ea poſcat, quæ in rebus minorum ſtabilibus bonis alienandis ſunt. Quarto ad rem omnino argumentum non attinere, expreſſius infra oſtenditur, *num.* 283.

277 Non obſtat, moram aut culpam † aduerſario non aſſcribi, quod pecuniam memoratam ad villam redimendam non impenderit, niſi ſi pacificum, pecuniam reliquam in numerato actori, agnatiſue aliis fuiſſe, vnde impleri aut perfici redemptio poſſet. Multifariam enim argumentum hoc profligatur. Principio iuris præſumptione paratam pecuniam præſumi, cum ſoluendo quiſque cenſeatur *l. cura.* §. *deficiendum.* ff. *de muner. & hon. l. ſi defunctus. C. arb tutela. Authen. præſente cum ibi not. per Doct. C. de fideiuſſ.* neceſſariam debitoris excuſſionem ante eſſe, quam ad fideiuſſorem creditor aggrediatur. Quo enim excuſſio ſi idoneus aut in facultatibus eſſe non præſumitur. Idem ex Bald. demonſtratur *conſil.* 338 *primo allegatur. libro* 4. creditori onus probandi incumbere bona ſtabilia à debitore non poſſideri, atque ideo fugæ eum ſuſpectum eſſe. Expreſſius id, hoc eſt, ſoluendo quê præſumi ex Rom. declaratur in *conſi.* 163. *num.* 4. Soc. iun. *conſi.* 67. *num.* 23. *lib.* 1. vbi declarat Roman. non meminit. Et quidem non poteſt in ſpecie hæc reſponſio non admitti. In qua non pluſquam aurei centum adiiciendi in redemptionem erant. Qui non ægre confici ex prouentibus poterant: vt redditus patrui miſſos ex commenda Terdonæ, & beneficio alio Candioli faciam. Præſumptione iuris igitur cum actore faciente, aduerſarii erat, docere per actorem ſtetiſſe, quo minus redemptio fieret, cum ad manum aurei centum non eſſent. Eam enim præſumptionis vim ante oſtendimus, *nu.* 115. vt probandi onere eum leuet, quo cum præſumptio ipſa facit.

Secundo ad argum. reſpondetur. tametſi Doc. nonnullis viſum contra ſit, vt ſoluendo quis non præſumatur, vti apud Socinum legitur in *l.* 4. §. *Cato colum.* 12. *in fi. verſic. tertio quia non videtur verum.* Ibiq; Hotman. *num.* 78. *poſt medium.* Diſtinguendo tamen controuerſia dirimitur, vt qui paupertatem cuius cauſatur, neceſſe eam probare habeat. Ex diuerſo qui diuitiis nititur, fidem facere earum cogatur, vt Iaſ. docet in *d. l. ſi vero.* §. *qui pro rei. nu.* 15. ff. *qui ſatiſd. cog.* vnde cum inopiam ſcutorum centum non citra calumniam euidentem; pars obiiceret, onus eum paupertatis huius probandæ ſequitur.

Tertio reſpondetur, ad tertii † ius exceptionem hanc pertinere, quod aureorum centum defectu villam ex parte dimidia reuendere emptores noluerint. At enim excluſiuum iure ipſo intentionis actoris ius hoc tertii non eſt, niſi recuſatio emptorum doceatur; quod propter aureorum centum defectum reuendere detrectauerunt. Vbicunq; enim voluntas tertii ad excluſionem opus alterius eſt. De iure opponi tertii non licet. *l. loci corpus.* §. *competit.* ff. *ſi ſerui. vendi. l.* 1. & 2. ff. *ſi ager vectig. l.* 2. ff. *de except. rei iudic. l. cum ſeruum Cod. de ſeruis fugit. l. ſi quis emphyteutic.* §. *ſed hac ſuper illis. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* Ideo emphyteutæ agenti exceptio de iure dominii directi non obiicitur, quod iure ſuo ob canonem non penſum emphyteuta deciderit idque ad dominum redierit. Quomodo & ſi maxima iure ipſo excluſio indicatur: Attamen quia declarationem voluntatis domini ea res poſtulat, ius id obiicere domino non licet. *dict. l.* 2. *cum gloſſ.* ff. *ſi ager vectig.* Bartol. in *dict. leg.* 2. *numero* 1 ff. *de except. rei iudic.* & *conſilio* 81. *numero* 5. Socinus in *conſilio* 78. *num.* 4. *libro* 4. Dec. in *conſil.* 144. *colum. pen. in fi.* Iaſ. in *l.* 2. *colum.* 2. *in quinto notab. C. de iure emphy.* Ripa in *Rubr.* ff. *ſoluto matrim. num.* 29. *verſi. non obſtat, quod dos.* Quocirca præſtandum ab aduerſario fuerat, quod ipſius erat, hoc eſt, pecuniã emptoribus offerenda. Quam ſi non admiſerant, Tum vero teſtationem accipere de recuſatione debebat. Sed enim niſi diffugiis aduerſarius non nititur. Quæ in aperto magis emicant, quam vt demonſtrationis indigeant. Id quidem maxime quod pro affinitate, quæ actori cum emptoribus eſt, præſto reuendere emptores vel aureis illis centum illico non numeratis fuerant.

Quarto ex Alexan. prædicta † iuuatur in *conſi.* 120. *in fi. libro* 5. 279
Riminal. in *conſi.* 181. *num.* 20. *lib.* 2. quod dicitur, more debitorem non teneri, à quo in loco aliquo facienda ſolutio erat, niſi in loco ipſo fuiſſe creditor ſe doceat, cui ſolutio fieret. Locum ita habere, ſi oblatio aut conſignatio facta debiti ſit. Et quamuis ſententia hac vti ſimpliciter non ſoleam. Hic tamen non placere non poteſt, quia ratio longe alia interuenit, cum paupertatis probandæ onus aduerſarium ſequatur. Cum voluntatem exploratum emptorum oporteret. Cũ affinitas notiſſima maxime inter eos & actorem intercedat.

Conſequenter prædictis dicendum, vt robore contractus præſuppoſito, quod modis omnibus improbamus quod actoris, de villa feudali non redempta intereſt, ab aduerſario præſtandum. Ad id plane, quod intereſt, fructus ſpectant, qui ex bonis percepti redemptis fuiſſent. Et quanti plurimi valuerunt.

Iure quippe certiſſimo † vtimur, quod intereſt in obligationibus facti ab eo præſtandum. Qui in mora faciendi fuit. *l. ſi procurator.* §. *mandati.* ff. *manda. l.* 1. *cum ibi not.* ff. *de actio empti. l. ſi ita quis.* ff. *de conducto. l. ſi quis ab ali.* §. *fin.* ff. *de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. Celſus l. cum ſtipulatus ſim.* §. *fin.* & *l. ſi fundum. l. quoties quis.* ff. *de verb. oblig. l. in ſtipulatione.* 2. ff. *rem ratam hab.* Idque locum & in obligatione etiam facti negatiui habere, Tex. oſtendit in *l.* 2. §. *item ſi in facto.* ff. *de verbor. obligat. gloſſ. in l. ſi ita quis.* §. *ea l. ge. in verſic. intereſt. eod tit.* De quo dictum habemus in *l.* 4. §. *Cato in ſeptimo nota. circa princip. eod. tit.* Id etiam ad intereſſe accedit; quanto pluris bona redimenda ſunt, termino ipſo excurſo, qui redimendi præſtitutus facultati eſt, niſi ſi exitu eius non mouente, parati emptores reuendere ſint.

Neque contrarium his eſt, quod in argumento alio opponitur, fruſtra † quod intereſt pœna adiecta peti, quæ vicê implementi ſuſtinet, neque vltra pœnam quicquam exigendum. 281
Quoniam locum id in pœna conuentionali non habet, quæ vice eius quod intereſt, adiicitur. In ea enim ſi vltra intereſt, quam pœna habet, quod amplius intereſt, debetur. *l. ſi duo.* ff. *ſi quis cautio. l. prae d.* ff. *de actio. emp.* glo. Bal. & alii *in l. fi. in gl.* 2. *in fi.* ff. *ſi quis in ius voc. non ierit.* Roman. *conſi.* 510. *num.* 19. *in fi.* Ang. à Periglis *in d.* §. *Cato num.* 50. Ibique Galiau. *num.* 98. Expreſſius idem Galiau. *in d. l.* 2. §. *fi. num.* 2. *in fi. eod. tit.* ff. *de verb. oblig.* Soci. in *conſ.* 253. *colum. pen. verſic. ſed præmiſſis non obſtantibus. libro* 2. in re plane dubia loco eius, quod intereſt, promiſſam pœnam intelligi. Text. probat in *l. ſi quis à ſocio.* Ibique Bartol. ff. *pro ſocio.* & *in l. fi.* ff. *de prætor. ſtipul.* Ioan. Andr. *in reg. bona fides. lib.* 6. *in Mercurial.* Roman. *conſi.* 193. & *in d. conſ.* 510. *num.* 12. Paul. de Caſtr. *in l. prædia. num.* 4. ff. *de actio. empt.* Alexan.

Digitized by Google

in conſ.66. in nono dubio lib.7. Socin. *in d.conſ.253. volum penult. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus lib.2.* Dec. *in l.ex conuentione in primo nota. C. de pactis.* Bolognin. *in d.§. Cato num.152. & ſeq.* Ibique Ruin. *num.11.* Horman. *num.98. & num.118.* Crot. *nu.83. verſ. præterea & tertio.* Gallian. *in d.l.2.§.item ſi in facto num.9. eod.tit. de verb.oblig.* Rebuff. *in l. vn. num.592. in ſeptima ampliatione. Cod. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt.* Quam opin. veram Alcia. *in d.§. Cato num.53.* haud dubie putat, vbicunque in contractu vtili, aut valido pœna adiicitur. Ibi enim dici non poſſe, ob contemptum contractus, ſi ab eo diſcederetur adiectam pœnam intelligi. Si quidem contractum negligere aut deſerere non licet, qui firmus ſit. Itaq; contractus firmitate admiſſa, quam omnino & rectiſſime pernegamus præſtationi eius, quod intereſt, ratione vlla ſubtrahi aduerſarius nequit. Sed enim quorſum in re perſpicua argumentis vti, eiuſne, quod intereſt, vice interpoſita pœna cenſeatur, quando quidem quod intereſt promiſſum nominatim legitur, ſi verba ipſa contractus in clauſula illa percurrimus & obſeruamus, ſub obligatione omnium damnorũ expenſarum & intereſſe. Vnde

282 locus † interpretationi aut coniecturis in manifeſtis non eſt. *l. quoties. §. ſi duo. ff. de hered. inſtit. l. quod conſtitutum.* Ibiq; Bart. *ff. de milit. teſta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg.3. l. ſi alii. ff. de vſufruct. leg. l. pr. decalis. §. argento. ff. de auro & arg. leg. l. continuus. §. cum ita ff. de verbor. obligation. l. fin. Cod. de indi. vidui. tollen. cap. 2. de reg. iur.* Et iſtud eſt, quod dicitur, tacitum ſilere, vbi facta expreſſio eſt. *l. cum ex filio. §.1. ff. de vulgar. cum aliis ſuperius collatis. numero 244. verſic. & iſtud vero eſt.*

283 Non abre autem de vigore † aut firmitate contractus circa intereſſe hoc villam non redemptam mentio facta à nobis eſt. Quoniam vitio ſeu nullitate contractus admiſſa, quæ notiſſima eſt, quorſum de obligatione facti & mora in eo commiſſa, quorſum de pecuniis iuſſu ſuperioris aliis ſolutis diſceptare. Hæc enim ad rem propoſitam omnino nõ attinent. Quatenus ex contractu ipſo non agitur, vt impleatur, verum nullitas ſeu vicium eius principaliter propoſitum, vt nullus vitioſuſq; contractus declaretur. Quo vitio interueniente, de alio ferri ſententia nequit, quam vt poſſeſſio bonorum cum fructibus perceptis, percipiendiſue reſtituatur. De quibus inferius diſſeremus, per ea, quæ dicta in ſuperioribus ſunt *numero 214. & plurib. ſeqq.*

4 Iure † enim certiſſimo vtimur quoties conſiſtere cõtractus non poteſt, ad irritum omnia deduci, quæcunq; comprehenſa ſub eo ſunt. *l. fin. ff. de conſt. pecun. gl. in l. ſi patronus §. patronum ex aſſe. ff. quid in fraud. patron.* Bal. *in l. ſi abſentis num.11. in fi. C. ſi cer. pet. in l. in contractib. in princ. nu. S.C. de non num. pecun.* Roman. *conſ.171. pro deciſione. nu.4. & conſ.246. clariſſime aſſeſſor. num.2.* vbi tex. & alios in ſententiam hanc vocat Alex. in *conſil.81. num.9. in fi. & ſequ. lib.3.* Iaſ. in *§. fuerat. num.76. & plurib. ſeqq. inſtitut. de actio. conſ.133. col. fi. lib.4.* Ruin. *conſ.70. n.15. lib.5.* Gozadi. *conſ.18. nu.22. in fi. verſ. ſexto hoc ampliatur.* Qua ratione momenti nullius clauſula habetur in teſtamento poſteriori & ipſo vitioſo expreſſa, ceſſins & irritans, &c. Bart. *in l. ſi iure. ff. de legat.3.* Bald *in l. ſancimus colum.1. C. de teſtam.* Iaſ. in *conſi. 213. colum.1. lib.2. & conſi.8. col. pen. lib.3.* Et alia non pauca, vitium plane ſeu nullitatem contractus apertiſſime in ſuperioribus oſtendimus. Id eſt, ex errore & cauſis falſis, ex obreptione. Ex formæ iuxta decretorum, atq; reſcripti regii contemptu. Ad quam rem non leuiter & metum conferre reuerentialem diximus. *num.254.*

Argumentum vltimum, quod à confeſſione actoris pendet euerſum ſupra non circa flagitium & turpitudinem opponentis eſt, *numero 152. verſi. non obſtat, cauſas neceſſarias alienandi, &c. & nu. ſeqq.*

Hæc ſunt, quæ palam, ſummatimque diſceptata ſemel atq; iterum ſunt. Primum, apud ſupremum celſitudinis ducalis cõſilium. Deinde in conſpectu ſublimitatis ſuæ, procerumque & ordinis eius ampliſſimi. Cæterum locupletiore quæq; perſequi ſermone oportuit. Tametſi laborib. his tam duriſſimis grauiſſimiſq; exhauriendis, neq; ætas ſatis, neq; vires ſufficiant. Iniuria ſe affici aduerſarius ait, cui preci numeratio non fiat. Sed enim merito ſuo probe id patitur. Ex diuerſo enim patris vitio diſpẽdium grauiſſimum gener agnoſcit, vtpote ad verſuram faciendam propter aduerſarium ipſum patre coacto. Cognitumque ſuperi habent, quibus modis pecunias quas de parte acceperit. Quod ſi redemptam villam curaſſet, ex commodis inde perceptis pecunia collecta haud tenuis fuerat vnde incommodis aliis mederi permultis licuerat. Sed enim modeſtiæ fines tranſiliendos non duxi. Satis erit, notiſſimam vaſalli venditoris pro-

fuſionem nemini nõ fuiſſe, qui eo vſi aut verſari cum ipſo ſunt. 285

Et quoquouerſum res ipſa ſpectet, id vnum curæ † genero eſt, vt quod ei à maioribus feudum contigit, incolume iure non alio aduerſus emptorũ auiditatem, atq; eccleſiæ bona diſtracta pontificium ius metur, vt declaratũ ſuperius eſt, *nu.171.* Æquitate plane iuris naturalis aut gentium pontificium ius niti proculdubio eſt. *c. dilecti. ibiq. not. de iud.* Inde fit, vt ad actionem pariendam pactum nudum canonum iure proſit. *c.1. & c. qualiter. de pactis.* Id quia non niſi ad conſenſum promittentis, qui à natura eſt, canones reſpiciunt, vt legere apud poſteriores eſt *in rubr. ff. de verb. oblig.*

Apparet ex his vitiis aut nullitatibus, quas vocant, vndique alienationem controuerſam ſcatere. Atque ideo poſſeſſionem bonorum reſtituendam, ſic quomodo confirmatum ſuperius eſt, *nu.214. & plurib. ſeqq.* Non ſolum autem bonorum, ſed & fru-

ctuum fieri † reſtitutionem oportet, vt in ſpecie contractus id 286

genus de bonis minorum Dec. ſcribit *conſ.556. n.6. in fi.* Text. huc vltra eum, accedit *in l.2. C. ſi quis ignorans rem minor.* Idem in bonis eccleſiæ rite minus alienatis Dec. idem ſcribit *conſ.174. in fi.* Atq; vbi pecuniæ quicquam debitum aduerſario appareat. Id eſt, ſi in cauſas quas initio neceſſarias erogatum edoceat diminutionem id ex fructibus accipere Pariſ. ſcribit *conſ.100. n.33. lib.1.* Inde depoſiti etiam fœcunditas largitaſue inuatur cum ſorti aut capiti ipſi cedere fructus oportear. Imo amplius in fructibus non paulo, quam in capite eſſe, planum, liquidatione fieri. Et quis ad

fructus quærendos † prodeſſe error iuris dicatur *l. ſed & ſi. §. ſcire.* 287

ff. de petit. her. Attamen probationem erroris in maſculo maiore expoſtulat, vt Bart. ibi docet. Idem glo. ſenſit *in l. de fructib. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. quod vxor. ff. de acq. poſſ.* Alex. *in conſ.73. n.11. lib.2. & conſ.121. ante fi. lib.4.*

Hoc amplius erroris huius probationem inutilem prorſus exiſtimo. Namq; idcirco fructuum ex eo impediri lucrum non ſolere Doctor. aiunt, quod & ſi bona in eo fides non ſit, qui iuris errore ducitur, mala ab eo tamen fides abeſt. Ad quam excludendam cauſa etiam iniuſta, qualis error iuris eſt, valet. *gl. a. in l. plagii. C. ad l. Fauian. de plagiar.* Alex. in *conſ.92. colum.2. lib.1. & alia complura.* Sed enim fidem hic malam, dolumq; aduerſarii ex obreptione eius liquere, declaratum ſuperius dilucide habemus

num.182. verſic. ſed enim. Fide igitur † mala interueniente, fructus 288

omnes reſtituendos non modo perceptos, ſed & qui percipi potuerunt, non dubitatur. *l. domum. C. de rei vendic.* Et in ſpecie tituli inutilis excuſationi poſſeſſori malæ fidei non eſſe, quo minus fructus percipiendos reſtituat, Fulgoſ. ſcribit in *conſ.136. quia ex facto. colum.1. poſt med. in ſecundo dubio. & conſi.190. viſis. colum. fin. in ſecundo dubio. per tex. in l. ſed & partus. in princip. ff. quod met. cauſ. & in l.1. Cod. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib.10.* Ibique Fulg. hoc ampliat, quamuis res diſtracta à fidei malę poſſeſſore ſit. Iotamentoque in hiem aducrſus eum eſſe. Cum ampliatione hac, vt fructus percipiendos re etiam alienata, fidei malæ poſſeſſor reſtituat, Caſtren. etiam facit in *conſi.66. in cauſa, quæ vertitur coram domino vicario, domini epi, copi Feltrenſis. col.1. circa med. verſi. ex quibus etiam patet. lib.1.*

Quinetiam vbi fructuum percipiendorum ob titulum excuſari fidei malæ poſſeſſor poſſit, contra pupillum tamen aut minorem id non obtinere, ex gl. oſtenditur *in l. patri. verſ. item ex diuerſo in ver. cum fruct. ib. ff. de minor.* Quam vti ſing. Rom. habet *ſing. 526. Tu habes tex. in l. ſi fundum. & conſ.454. in repræſent. n.28. verſi. ceterum ideo.* Cremenſ. *ſing.134. Qui in minore loquitur.*

Diſſolutio ex prædictis ſponte ſua quæſtionis ſeu exceptionis emanat, quæ in vectigali ſeu landerais, quę vocant, contractus incurrit. Quibus reſtituendis actorem adſtrictum reus pu-

tat. Quomodo † acceſſoria hæc refundere actor debebit, qui 289

feudum ſuum temere, vitioſeq; emptum citra precii vllius reſtitutionem recte vendicat. An non pluſquam abſurda res fuerit, acceſſoria ab eo deberi, qui capiti aut ſorti ipſi inferendæ non tenetur. Vnde qui obligationi principali eximitur, ab acceſſionibus etiam liberatus creditur. *gloſſ. in c. accuſatus in verſ. iudicata de hæret. lib.6.* Bart. *in l. Aurelius. §. Gaius circa fi. ff. de lib. leg.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi de certa in princip. Cod. de tranſact.* Iaſ. *in l. fin. ff. de eo quod certo loco.* Qua ratione in acceſſorio intelligi delictum non poteſt, quod in principali non ſit. *l. ſi mulier. §.1. ff. rerum. amot. l. ſi is qui. §. ſi tu Titium.* ibique Angel *ff. de furtis.* Bartol. in *conſilio 199. Tudertinus. in princ.* Bald. in *conſi.497. de acceſſorio lib.1. in conſi. 410. in cauſa & quæſtione Antonii num.4. circa fi. lib.2.* Alex. *in conſi.15. nu.15. lib.1.* Eo-

dem

Digitized by Google

dem Bald. ſpectat in *conſ. 9. in fi. & conſ. 16. in fi. lib. 3.* Acceſſorie eum non teneri, qui principaliter non obligatur.

290 Secundo ſecum pugnare aduerſarius † videtur. Qui ob cauſas neceſſarias feudum alienatum ait, & laudemium repetit. Namque ſi neceſſaria alienatio fuit, ergo debitum laudemium non erat, atque ideo indebite id præſtitum ab eo eſt. Bart. *in l. & ideo per illum tex. ff. de condit. furti.* Iaſ. in *l. ſi. colum. 12. quæſt. 7. C. de iure emphyt.* Boeri. *in conſuet. Bitur. in tit. de feudo. §. 7. colum. 3. in fin. fol. 68.* Brun. in *conſ. 44. nu. 11.*

Tertio extra controuerſiam omnium res ponitur, vitiis tam multis contractu infecto. Iuris quippe exploratiſſimi eſt, ob contractum ſi nullum vectigal vllum non debet. *l. 2.* Ibiq; Bal. *C. de commib. l. ea quidem. in fi. C. ſi mancip. ita fuerit alien.* Quem text. in ſententiam hanc Bartol. nominat in *l. fin. §. fin. numer. 1. C. comm. de leg. & cad. l. 5. ſed quia noſtra. circa fi.* Iaſ. idem ſcribit. Et idem Iaſ. in *l. ſi creditori. in 7. not. ff. de leg. 1. in l. 3. §. Nerua. numer. 7. verſic. hinc eſt quod ſalua gabella ff. de acquir. poſſeſ. & in l. non dubium. in 5. not. C. de legib.* Rom. huc accedit in *conſil. 78. licet.* Ibique Roman. hoc ampliat, etiam cum viribus maximis contractus conſiſtit, vtrum partis voluntate reſcinditur. Cum qua ampliatione Boer. facit, *quæſt. 182. nu. 39. in conſil. 3. circa fi. in conſuetud. Bitur. de feudo. §. 18. colum. 2. in fi. fol. 73.* ex venditione ſub pacto de reuendendo laudemium non deberi. Et quamuis in reſciſſione quæ partium voluntate fit, controuerſiam res patiatur, attamen vbi firmitatem contractus nõ habet, vel per legem reſcinditur ab omni rem vacuam ambiguitate arbitror.

Secundum quæ, temeritati & culpæ ſuæ laudemii ſolutionem aduerſarius referat, *reg. damnum. lib. 6.* Iniquiſſimum plane fieret, ſtultitiam ſuam ad alienam iacturam recidere. *l. nam iniquiſſimum. ff. de iure & fa. ignor. cum aliis ſupra relatis numer. 87. 91. & nu. 166.*

Poſtquam hac non fœliciter ſatis rem cedere aduerſaria ſubolum remedio alio, quod præſentaneum arbitrantur, morbo eorum auxilium afferendum, capitiſque dolores ſedandos cenſuerunt. Id eſt, vt hereditarium ſimpliciter & abſolute, Nonum feudum dicerent, cõtra quam confeſſus P. & precibus principi oblatis, & inſtrumento ipſo alienationis eſt. Idque per inueſtituram quandam ſub anno 1291. & die 28. Ianuarii. Qua magnifici Valfredus & Bonifacius à Plozaſcho inueſtiti fuerunt de caſtro Noni, tam pro ſe quam pro eorum & cuiuslibet eorum heredibus maſculis & fœminis in nobile, rectum & tanquam in antiquum feudum & paternum, ita & taliter, quod prædicti dom. Valfredus & Bonifacius per ſe & heredes ſuos & quemlibet eorundem, & vtriuſque ſexus, dictum feudum tanquam nouiter acquiſitum, & tanquam nobile, & antiquũ, atque paternum poſſideant, ſibique inuicem ſuccedant, & ſub defenſione domini comitis ſupradicti. Et de eo faciant, quicquid facere voluerint. Iure ipſius feudi prædicti tamen ſaluo dicto domino comiti, & eius heredibus quantum ad directum dominium dicti caſtri & villæ, cum omnibus ſupradictis. De qua inueſtitura Ioannes Verneti rogatus à Nono dicitur. Per
292 clauſulam enim, & faciant † quicquid facere voluerint, dubitandum non videtur facultatem alienandi permitti. *c. 1. de feudo non hab. propriam natu. feud.* Alex. in *conſil. 189. num. 8. lib. 2. cum aliis apud nos aggregatis in conſ. 84. numer. 11.* Et æque ad voluntatem vltimam atque inter viuos clauſulam illam trahi Bald. ibi. not. *circa prin. in verſ. declarat.* Afflict. *num. 2.* Bald. in *conſ. 60. pactum teſtator. num. 4. lib. 2.* Alex. in *d. conſ. 189. nu. 8. lib. 2.* Curt. ſen. in *conſil. 49. num. 72. in fi.* Brun. in *conſ. 58. num. 2. in conſil. ſe. pu. num. 6. poſt medium.* Curt. iun. in *conſ. 4. num. 1. in fi.*

Neque inueſtituræ magni poſteriores faciendæ, quibus de feudo recto, antiquo, auito, &c. mentio fit. Quoniam inueſtituræ primæ omnium ſtandum, vulgo traditur. *c. 1. de vaſall. decre. ætat. c. 1. an agna. vel fil. c. 1. de eo qui finem fecit agna.* Bald. in *conſi. 215. proponitur, quod inueſtitura. lib. 2.* Roman. in *conſil. 1. circa fi. & id genus innumera.*

Sed enim flocci inueſtituram hanc faciendam multifariam
293 oſtenduntur. Et primum quidem † monendi ſumus, domino inconſulto, impune feudum non alienari. *toto tit. de proh. alie. feud. per Feder. & de proh. alien. feudi per Lothar. c. quia in eccleſiarum. de conſtitut.* Idque ad cauſam etiam neceſſariam primaue ſpectare, declaratum ſuperius eſt *nu. 30. locupletius nu. 69.* Sed nec hypotheca in feudo conſtitui domini iniuſſu poteſt. *c. 1. in prin.* Ibiq; gl. & Do. *de proh. alie. feud. per Frider.* Alex. in *conſ. 2. col. 1. & ſeq. & in conſil. 124. nu. 8. lib. 4.* Aret. in *conſ. 14. num. 5.* Socin. in *conſ. 19. nu. 11. lib. 2.* Iaſ. in *l. ſi. colum. 24. num. 78. verſ. ſubdit etiam Salic. C. de iure emphyt. in §. item Seruiana. 114. Inſtit. de actio. & conſ. 123. colum. penul. in fi. lib. 4.* deciſ. Neapol. 26. *in prin.* Quod & in hypotheca tacita ſeu à lege introducta obtinet. Vnde ob dotem reſtituendam tacite obligatum feudum non cenſetur, quod expreſſim obligari pro dote nequit. Soc. in *d. conſ. 19. nu. 11. lib. 1.* Crot. in *l. ſi conſtante. num. 92. & ſequen. in 1. lectu. ff. ſol. matrim. & in altera lectu. num. 136.* ob dotem reſtituendam permiſſam hypothecam non intelligi Pariſ. etiam
ſcribit in *conſ. 18. in prin. lib. 1.* Inde fit, vt hypotheca † bonorum 294
generalis ad feudum non trahatur, ne id in genere velle quiſpiam cenſeatur, quod prohibitum in ſpecie eſt. *c. 1. §. in generali. ſi de feudo fuerit contro. inter dom. & agna. doct. in locis ante relatis.* Pariſ. in *conſ. 7. nu. 3. in conſ. 12. nu. 56. lib. 1.* Quod ſi contra quam ius prohibet, facta alienatio ſit, ad dominum, vt plerique putant, ſeu ad agnatos frequentiori Doc. numero feudum recidit, eoq; alienator caret. Bal. in *d. conſ. 115. ante fi. verſ. iterum dubitatur ſi pater. lib. 1.* Iſer. in *c. 1. §. ſi vaſallus culpam. circa prin. verſ. & nota quod dicit culpam. ſi de feudo defuncti milit. conten. ſit inter dom. & agna. in c. 1. verſ. & ſi libellus. num. 7. verſ. ſi vero ex pacto & prouidentia. de alien. feudi pater.* Alex. in *conſ. 30. nu. 15. lib. 1. quod repetitum eſt conſ. 2. lib. 5. & alia infinita.*
Hoc amplius ſi domini † permiſſu feudum alienatur, agnatis 295
tamen noxia alienatio non eſt, quo minus alienatore ſublato, ad feudum aſpirent. *c. 1. de alien. feu. pater.* Bald. in *c. 1. §. hoc quoque. nu. 16. verſ. ſexta concluſio. de feu. ceſſ. feud. conſ. 303. quidam nobilis. circa princip. lib. 1.* Aluar. in *c. 1. §. denique. num. 19. verſ. vigeſima ſecunda concluſio. quæ fuit prima cauſ. beneſi amitten.* Alex. in *conſ. 106. viſo themate. circa fi. lib. 4. & conſ. 15. col. fi. lib. 5.* Dec. in *conſ. 193. colum. 2. circa prin. conſ. 269. col. 2. in conſ. 390. col. 3. in prin. & conſ. 395. colum. 1.*

His ita prænarratis, obſeruandum niſi reſpectu domini directi poteſtatem hanc feudi pro arbitrio diſponendi cõceſſam non intelligi, hoc eſt, vt quod ad dominũ ipſum attinet, quicquid lubitum erit, domino ipſo inconſulto, de feudo inueſtiti faciant. Idque ex verbis non obſcuris & mente inueſtituræ apparet. Per quam quod ad eos ſpectat, ad quos venturum feudum eſſet, initio ipſo & in verbis expreſſum diſpoſitiuis eſt. Hoc ipſo enim quod in feudum rectum, auitum & antiquum facta conceſſio eſt, niſi ad agnatos maſculos non defertur. *c. 1. §. hoc autem notandum. qui feu. dare poſſ. cum talibus ſexcentis. De quo plenius infra nu. 334.* Et quia † excluſæ fœminæ in verbis hiſce iam, 296
adiectum nominatim de fœminis eſt. Quæ tamen admiſſæ nõ niſi ordine ſucceſſiuo intelliguntur, cum maſculi deſunt. *c. 1. §. quin etiam epiſc. vel Abba. c. 1. §. fin. de ſucceſſ. cap. 1. in fin. princip. de eo qui ſibi vel her. ſuis.* vnde cum de regula ipſa feudi, qua niſi agnati maſculi in eo non ſuccedunt, exceptio in gratiam fœminarum facta ſolummodo ſit, confirmata quantum ad alios intelligitur, quibus in ius ſuccedere feudi non licet. *l. nam quod liquide. in fin. ff. de penu lega. l. quæſitum. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtruct. l. 1. ff. de reg. caton. l. data. Cod. de dona. c. quoniam.* Ibique Aub. *de coniugio lepro. c. dominus. Ibique gloſſ. not. 32. quæſt. 7.* Itaque cum initio ipſo inueſtituræ, atq; in verbis eius diſpoſitiuis actum expreſſim ſit, vt rectum, antiquumue feudum ſit, & niſi ad fœminas maſculis deficientibus non veniat, neceſſario dicendum habemus, ſi veræ nobis iuſtæque interpretationes arrident, clauſulam circa extimam & executoriam ſubiectam & faciant quicquid velint, ad dominum ipſum directum reſtringendam, vt quod ad eum ſpectat, eo inuocato, atque inconſulto pro arbitrio diſponere feudum liceat. Cæterum quod ad agnatos ipſos ſpectat, diſpoſitioni iam factæ ſtandum, hoc eſt, vt rectum feudum, auitum & antiquum ſit. Atque ideo in perniciem diſtrahi agnatorum nequeat.

Secundo in ſpecie de modo prouiſum ſuccedendi eſt, vt pro feudi recti, auiti & antiqui natura ſucceſſio fiat, vt alteri alter inueſtitus ſuccedat, vt fœminæ etiam ordine ſucceſſorio inuitenerent, ob id verba † ſequentia, & faciant quicquid velint, pro- 297
duci ad id non debent, in quo expreſſio & prouiſio facta ſpecialis eſt. *l. cum in teſtamento. §. fi. de hered. inſtit. l. cohered. §. qui patrem.* Ibique Imol. & Alex. *ff. de vulg. l. quod in rerum. §. ſi quis poſt. in fin. ff. de leg. 1. l. vxorem. §. ſeſtuiſſimo. l. qui vxoru. §. qui legauerat. ff. de leg. 3. l. Sticbus nutricis. & leg. alimenta. §. baſilica. ff. de adim. leg. l. doli clauſula. & l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de verb. oblig. at. l. cum quæſt. C. de leg.* Bal. *in l. 2. C. de legitim. hered.* Capra in *conſ. 154. nu. 11.* Alex. in *conſ. 48. nu. 7. lib. 1.* Socin. iun. in *conſ. 98. n. 32. lib. 1. & alia non pauca.* Quod cum ita ſit, clauſula illa ſequens ad perſonam reſtringi domini directi debebit, vt conſenſum eius exquiri in feudo diſponẽdo nõ oporteat, verum iniuſſu eius diſponi pro arbitrio poſſit. Cæterũ ad

ſucceſſores feudi clauſulam porrigi ipſam non conuenit. Vtpore de quibus initio ipſo cantum atque expreſſum in ſpecie eſt. Quocirca ſenſus clauſulæ huius erit, vt ob alienationem feudi domino ignorante & eo clam factam, feudo alienator non careat, neque ad agnatos alios pœnæ nomine deuoluatur. Cæterum quod aliunde ius, quam ex cauſa alienationis agnatis competit, læſum id ob clauſulam ipſam non creditur. Rurſus id clauſula ipſa efficit, vt ſatis ſit de feudo alienando inter agnatos ipſos conuenire, quorum intereſt, quamuis conſenſus domini non interueniat. Quo contempto, ad dominum rediturum fuerat, cum ab omnibus peccatum agnatis ſit.

Tertio cum expreſſio de feudi ingenio, aut natura facta in ſuperioribus ſit, vt rectum id, auitum & antiquum cenſeatur, niſi fœminæ non admittantur, cũ maſculi non ſuperant, clau-
298 ſulam † ſequentem, & faciant quicquid velint, ſecundum ſuperiora reſtringi conuenit. Namque ex ſequentibus priora reſtringi, nouum non eſt. *l. hoc a.* ... Ibique gloſſ. & Bartol. *ff. de calumnia l. ſi cum ſeudum ff. de verb. ſignif.* Dyo. in *conſ. 41. colum. 2.* Bart. in *conſ. 161. proponitur quod ſyndic. nu. 3.* Imol. in *conſ. 85. in princ. & conſ. 243.* Anchar. in *conſil. 379. dubitat. colum. 2. poſt med. verſic. nec obſtat, quod videntur corrigere.* Paul. de Caſt. in *conſ. 417. quod dictis redditum. colum. 1 in fin. lib. 1.* Socin. in *conſ. 93. col. 1 in fin. lib. 1.* Idq; locum verba etiam vulnerando, obtinere, Socin. ſcribit in *l. 1. in fi. primis nota. ff. de rebus d. ib.* ex Abb. in *c. quinta vallis de rerum trand.* Si à ſequenti-
299 bus anteriora reſtringuntur, ratio validior facit, vt ex † diuerſo per ſuperiora ſequentia reſtringantur. Siquidem poſterioribus magis anteriora, quam econtrario influunt. gloſſ. & Barto. in *l. quiſquis ff. de leg. 3.* Bart. in *l. Attia. ff. de condit. & demonſtr.* Bald. in *l. quoties. 2. in fin. C. de fideicomm.* Rom. *ſing. 665.* Matthefila. *not. 151.* nota ſingulare dictum Corn. in *conſ. 242. colum. 3. in fin. lib. 4.* Iaſ. in *conſ. 12. colu. 2. & conſ. 69. col. 1 lib. 3.* Conſequenter his dicendum, clauſulam ſequentem, & faciant quicquid velint, ad ſuperiora reſtringendam, ne feudi naturæ immutatio fiat, quominus rectum, auitum, &c. ſit. Atq; ideo niſi ad conſenſum domini remittendum clauſulam ſequentem referendam non eſſe, & faciant quicquid velint.

Quarto in ſpecie ſequentium, vt † ſecundum præcedentia
300 reſtringantur, ex text. id innatur in *l. nam & poſteriores.* Ibique Bar. in *caſu ſitto. ff. de ll. in l. vtrum.* Ibiq; Bar. & Angel. *ff. de petitio. her. in l. ſi. § cui dulcia ff. de triti. vino oleo q; lega.* Tradit Ruin. in *conſ. 103. n. 10. l. 2.* Goza. in *conſ. 51. num. 12.* vbi tex. & alios Goza. confert. Et in verbis vniuerſalibus ſecundum præcedentia reſtringi ea debere. Cuma. ſcribit in *conſ. 148. venerabilis in primo dubio.* Gemin. in *conſ. 77. nu. 4.* Hicque obſeruandum, ratione fortiore argu. hoc vrgere. Principio, cum text. citatur in *d. l. ſi. §. cui dulcia.* Ibi enim ſecundum præcedentia reſtrictio fit, quamuis correctio vlla voluntatis non interueniat. Quid hic dicendum, vbi citra mutationem voluntatis, circa feudum rectum, auitũ, & antiquũ, facultas permitti alienandi non poteſt. Secundo cum text. nominatur in *d. l. nam & poſteriores.* Ibique Bar. *ff. de d.* Ibi enim in diuerſis ſcripturis, quæ poſterior eſt, ſecundum priorem declaratur & reſtringitur. Quanto magis ius idem probandum in ſcriptura eadem erit, ne ex continenti ſeipſum corrigere quis cenſeatur. *l. nam ad ea ff. de cond. & dem.*

Quinto ſi generaliter clauſulã intelligimus, & faciant quicquid velint, contradictio euidens, inter ſuperiora & ſequentia incurrit, vt rectum feudum, auitum & antiquum ſit, quod alienari in extraneos non poteſt, & quod alienabile ſit. Sed enim
301 iuris † incerti non eſt, reſtrictionem admittendam, ne contrarietas interueniat. Bar. & alii in *l. ſi § idem quæſit. nu. 3. ff. de cond. indeb. & apud nos in conſ. 70. nu. 22.* Quin etiam verba vniuerſalia reſtringenda, ne correctio aut contrarietas inducatur, text. probat in *l. ſi in ver. ... eſſe. ... glo. C. de do... causa mortis. Inſt. de donat. in prin.* Iuncta gl. tex. huc pertinet in *l. inter omnes. cum gl. ff. qui ... cogun.* Ibiq; & in verbis vniuerſalib. recipi negatiuis ſolet. *l. 1. §. denique ... l. prohibere. §. ſed ſi permiſerit. & §. ſi. l. ſi alius. § belliſsime. & §. ſeq. & l. ſemper. § hoc interdum. ff. quod vi aut clam. in d. l. 1. § denique.* negatiua vniuerſali text. vtitur, exceptionem nullam contra eum obijci, qui interdicto illo vtitur quod vi aut clam. At enim in alijs exceptiones permittuntur, quæ expreſſæ in eis ſunt. Ita per negatiuam vniuerſalem derogatum exceptionibus non creditur, quæ ſub titulo comprehenſæ eodem ſunt, ne correctio aut contrarietas in ll. tituli eiuſdem inducatur quamuis diuerſæ aut ſeparatæ ſint, ob id reſtrictionem verba vniuerſalia negatiua, contrarietatis aut correctionis excludendæ cauſa, admittũt. Idq; & Bar. no. in *d. l. 1. §. & pratum. n. 2. & n. 5. ff. quod vi aut clam.* Quem Alex. ſequitur in *conſil. 77. viſis dubitationibus nu. 19. verſ. poſtremo non obſtat prouiſio lib. 4.* cum alijs apud Dec. aſſcriptis in *c. ex part. 2. num. 5. verſ. tertio fallit de off. deleg. in conſ. 44. num. 1. in fin. Et in locis alibi non parcus.* Quod argumentum ratione validiore ad ſpeciem controuerſam accommodatur, tripliciter rationem validiorẽ ob-
ſeruando. Primum, quod facilius † generalis ſermo, quam v- 302
niuerſalis reſtrictionem ſuſtinet. Aret. in *l. 1. columna 4. ante med. verſic. præterea hoc non eſt neceſſe dicere ff. de leg. 1.* ex oo. per Bar. in *l. ſi pluribus. ff. de lega. 2.*

Secundo, quia fortiora verba vniuerſalia negatiua, quam affirmatiua ſunt. *gloſſ. in l. hoc genus ff. de cond. & demon.* Old. in *conſ. 16.* Ray. à Forli. *inter conſ. Signorol. conſ. 68. nu. 7.* Dec. in *conſ. 3 nu. 4 conſ. 364. col. fi. circa med. conſ. 490. nu. 6.* Tex. huc accedit in *l. ſi ſic ſtipulatus.* Ibiq; Iaſ. *ff. de verb. oblig.*

Tertio, quod in ll. diuerſis & ſeparatis reſtrictio hæc verborum vniuerſalium negatiuorum admittitur. Itaq; ſi in verbis vniuerſalibus negatiuis & in ll. diuerſis & tempore diuerſo editis ob contradictionem aut correctionem amouendam reſtrictionem admittimus. Quanto magis locus reſtrictioni eſſe in verbis vniuerſalibus affirmatiuis ſcripturæ eiuſdem, debebit, ne pugnantia aut correctio euidens interueniat.

Quarto vis maior rationis † inualeſcit, ſi Bar. obſeruamus in 303
d. l. ſi. § idem quæſit. nu. 3. ff. de cond. indeb. Ibi enim clauſulam illam, ſciens ſe ad infraſcripta non teneri, reſtringendam putat, ne ad verba illa referatur, quæ patri ſuo Mæuius credidit, ne contrarietas interueniat, quamuis verba alia non ſubſint, ad quæ fieri relatio poſſit. Quanto magis reſtrictio admittenda hic erit, vbi verba non deſunt, ad quæ citra repugnantiam referri clauſula poſſit, & faciant quicquid velint, id eſt, ad conſenſum domini, vt eo non exquiſito, pro arbitrio faciant, dum habilia tamen aliunde interueniant.

Quinto ex Alex. reſponſio hæc contrarietatis † vitandæ in- 304
natur *in conſilio 170 libro ſexto.* Ibi enim Blaſius quidam à Bernutis corpus quoddam prædii in ſolutum Bartholomæo & Antonio de Caſtolis pro dote & libris centum ea lege dederat, vt ſi in alium prædium id intra quinquennium tranſlatum, aut per ipſum redemptum Blaſium nõ eſſet, quanti pluris, æſtimatione ab eligendis facta, valeret, Blaſio id ipſi reſtitueretur. Deinde læſioni enormi & enormiſſimæ renunciatur. Et ſi pluris prædium ipſum eſſet, remiſſio eius facta à Blaſio eſt. Quærebatur, vtrum ex remiſſione id genus pacto derogatum ſuperiori eſſet, quo quanti pluris prædium eſſet, reſtituendum Blaſio cenſeat, mouebat, quod loco vltimo facta remiſſio quanti pluris prædium eſſet, à Blaſio fuerat, & læſioni enormiſſimæ renunciatum *iuxta l. pacta nouiſſima. C. de pactis.* Reſponſum ab Alex. eſt, pacto derogatum non intelligi. id quia contrarietas aut corre-
ctio per derogationem inducitur. Sed enim † ita interpretari 305
ſcripturam conuenit, ne contrarietas interueniat, vbicunque excluſio fieri eius diſtinguendo, aut diuidendo poteſt. *l. item videndum. in princ. & l. illud. ff. de petit. her. §. quibus. in 1. conſt. C. l. vn. C. de rei vxor. act. ... dot. & alia apud eum relata.* Quod Alexand. dictum ex his roboratur, quæ ſcripta apud nos ſunt in *conſilio 70. numer. 15. & ſeq. & in conſilio 144. numero 14.* diſpoſitioni ſpeciali per generalem derogatum nunquam intelligi, quoties vtraque ſimul cohærere aut caſu aliquo procedere citra derogationem poteſt. Sed enim clauſula hæc, & faciant quicquid velint, intelligi & procedere caſu omni citra derogationem feudi recti, auiti & antiqui poteſt, vt quotieſcunque alienatio eius fiat, impune id facere quantum ad dominum directum liceat, ob id ad naturam feudi recti, auiti & antiqui offendendam trahi clauſulam hanc ſequentem non decet, & faciant quicquid velint. Appoſite huc Abb. accedit in *conſilio quarto numero 7. ver. nec obſtat ſi dicatur lib. 1.* per ea, quæ ſcripta in codicillis ſunt, receſſum ab his nõ credi, quæ expreſſa in teſtamẽto apparent *per l. cum quis mutatam. ff. de proba.* ſequitur Decius in *conſilio 190. numer. 8. verſ. quinto quod teſtator.* In eandem ſententiam Alexan. ſcribit in *conſilio 112. num. 2. lib. 2.* actui præcedenti nec per actum derogari, qui poſt interuallum ſequitur *per l. ſi binarum. ff. de ſeruit. vrba. præd. & l. ſi tibi liberum ſecundum vnum ſenſum ff. de actio. empt.* Quid in eadem hic ſcriptura & ex continenti dicendum. *d. l. nam ad ea. ff. de cond. & dem.*
Alienum ab his non † eſt, quod ſcriptum apud nos legitur in 306
conſ. 26. nu. 7. & in conſ. 167. nu. 4. præcedentibus conuentionibus per ſequentes derogatum non aliter intelligi, niſi, ſi neceſſitas

cogit,

cogit, ſeu niſi ſi ne [illegible] ario ſit. Enimuero nulla derogandi neceſſitas, qua [illegible] ctum, auitum & antiquum feudum ſit, & impune [illegible] d [illegible] citra tamen vel ſine conſenſu domini, alienatio eius fiat: ita vt niſi neceſſitate in conſenſus
307 ſui remitter dominus non [illegible] giet Non inepte † huc Dec applicatur in *conſ. 195. col. 2. circa med. & colu. ſeq.* priori conuentioni per poſte [illegible] orem, nec ſi in verba concepta vniuerſalia ſit, derogari, dum ad concordi [illegible] m modo reduci [illegible] traq; poſsit. Idq; & à nobis conſtitutum in *d. conſ. 70. & in d. conſ. 144.* Sed. u. concordiæ hic locus haud dubie eſt, vt rectum feudum ſit. Cæterum vbi voluntate agnatorum alienatio eius fit, domino ei inuocato, id fiat. Rurſus ob id feudi iactura alienator nõ eſſi [illegible] atur, vt ad agnatos transferatur, quod domini iniuſſu facta alienatio dicatur. Quid enim ſi feudum alienator redimat? Æq; vbi agnatis omnibus conſentientibus domino imprudente, feudum alienatur, redituium id ob pactum id genus ad dominum non erit, qui [illegible] ablatutus pacto remoto, fuerat.
308 Septimo propriùs ſpeciem † hanc, ex Bal. argumentum hoc confirmatur, quod à contrarietate vitanda deducitur, *in conſilio 465. here. numero 5. libro* . Ibi enim in ſpecie clauſulæ controuerſiæ loquitur, in confeſſione rei ad emphyteuſim patri & filio prælato ita facta, vt præmorientis portio ad ſuperſtitem perueniat, ad habendum, tenendum & poſsidendum. Et quicquid ipſis patri & filio ac deſcendentibus eorum placuerit, faciendum.

Deinde alienatio rei facta à patre eſt, eaque à domino comprob [illegible]: Quærebatur, recte nec ne patre ſublato, per filium reuocari [illegible] m, clauſula illa mouebat, & quicquid placuerit faciendum, per quam alienandi facultas competit. Lis illa Baldo definienda commiſſ [illegible]. Q [illegible] pro filio ſententiam di [illegible] it, recte emphyteuſim alienatam [illegible] cari. Idque ex lege in conceſsione adiecta, vt pra morientis portio ad ſuperſtitem ambularet, neque clauſulam obſ [illegible] are quicquid placuerit faciendum. Quoniam reſtringendam eam B [illegible] ait, ſaluis pactis & natura contractus, ne contrarietas incur [illegible] t. Quæ Bald. ſententia nirum ni cõtrouerſiam dirimat, & iugulum eius petat, vt ſaluis ſuperioribus clauſula intelligatur, & faciunt quicquid velint, quod videlicet ad dominum directum pertinet, dum feudum tamen agnitum & antiquum in aliis maneat, ſic quomodo, vt tale id eſſet dictum ante nominatim eſt, eo videlicet excepto, vt maſculis non interuenientibus, ad fœminas ambularet, nõ etiam finem acciperet.

Si dixeris caſu diuerſo Bald. loqui, hoc eſt cum actum eſt, vt altero præmoriente, ad ſuperſtitem emphyteuſis perueniret. Reſpondetur, expreſſum & hic eſſet. inueſtitis ſublatis, ad eos feudum veniret, qui ad illud inuitati per feudum rectum, antiquum & auitum ſunt, hoc eſt, ad deſcendentes, vt infra teſtatum dilucide habemus *numer. 334.* Hoc ipſo enim quod rectũ, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemon [illegible] um, feudum eſſe partibus placuit, vtiq; & aliud expreſſum intelligitur, vt niſi ad eos feudum non tranſeat: quos feudi ipſius recti, auiti, & antiqui natura & bonæ patriæ Pedemontium conſuetudines ad ſucceſsionem eius vocãt. Expreſſum quippe id habetur, quicquid verborũ natura fert, & ſub verbis comprehendi expreſsis poteſt, vt perinde res habeatur, atque ſi expreſſum ſit, vt niſi ſecundum n [illegible] turam feudi recti, auiti & antiqui, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium ſucceſsio eius non fiat. Quocirca non tacite, at expreſſum ad feudum agnati inuitati, & ab eo excluſi extranei intelliguntur, vt Bar. doc [illegible] in *l. ſi palam ſſor. §. meminiſſe. numer. 1. in fin ff. de lega. 1 & in l. vxorem § agris plag. in nu. 2. ff. de leg. 2.* vbi expreſſum id non tacite legatum putat, quod ex natura verborum deſcendit. Sequitur Iaſo in *l. 1. nume. 2. verſ. confirmo per doctor. am. ff. de leg. 2.* Idem ex text. probatur in *l. pr. vor. §. tametsi & gl. in verſicul. expreſſum. ff. de oper. nouiorum nu.* Quem te [illegible] in ſententiam hanc Curſen. nominat in *conſilio 4 9. in eis ro numer. 45. & nu. 65 in fi.* Eodem Anch. ſpectat. in *conſ. 193. Vaſa diligenter 2. circa colum. 1 a circa med.* Expreſſum dici, quod tacite ex natura diſpoſitionis comprehenditur, ex Bartol. in *l. 1 ff. de vulg.* Inde Anchar [illegible] bicit qu [illegible] es expreſsionem in perſonis, au [illegible] re [illegible] lex e [illegible] tulat, [illegible] eſſe, ſi ex natura vel iure ipſo communi expreſsio fit. Q [illegible] hic dicendum, vbi [illegible] modo natura ipſa feudi in genere, iu [illegible] q; ipſum cõmune feudorum, ſed & ipſa verborũ natura & ſigni [illegible] catio rectum, auitum, antiquum, & ſecun [illegible] ũ bonas conſuetudines, patriæ Pedemontium, niſi deſcendentes non vocant. In eandem ſententiam Roma ſcribit in *conſ. 171. [illegible] circa fi.* Expreſſum intelligi, quod tacite in oratione con [illegible] tur per text. in *d. l. [illegible] §. 1. cum gl. [illegible]* Inde etiam fit, vt [illegible] conceptionis ſcriptum non a [illegible] tur [illegible] n quo [illegible] xpreſſum id non eſt, quod ex actu [illegible] n [illegible] tura [illegible] quam [illegible] verba id non denotent, veluti cum ordinatum [illegible] xceptio non tacetur. Ioſſ. & Doct. in *c. cum olim el. 1. de pæna.* C [illegible] in *conſilio* [illegible] *numero quarto.* Cornel. in *conſilio 83. colum. penult. libro quarto.* Decius 10 *c. ſin. numero ſexto. in fin. verſ. & prædictis concluſio de conſuetudine veſti vel ornatis in conſilio 1 3 columna 2. poſt medium & in co [illegible] 24 columna 2 verſ. fin.* Caſſador. *deciſ. de priuileg. tar. 24.* Q [illegible] e [illegible] hinc, vbi præter naturam feudi, verba eti [illegible] & propr [illegible] nium ſignifica [illegible], rectum, auitum, antiquum & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Ped [illegible] ontium, extrane [illegible] ſeſiſtunt. F [illegible] verbi, expre [illegible] vere [illegible] qu [illegible] ſignif [illegible] habet, cité Ang ſcribit in *conſ. 17 C [illegible] mes Brandi, in numero 6 verſicul vnum autem ſolum.* Curt. ſenior in *dict. conſ. 49. num. 45. verſ. & per [illegible] conſiliam. & illa verba. & num. 63 in fi Gloſ. hoc accedit in l. precibus in c [illegible] ſ [illegible] ver autem not. ante quod. in. C. de impube.* Quid hic dicendum [illegible] to conueniunt, quæ ſingula extraneos explodunt. Et quidem quo tanta verborum adiectio, rectum, auitum, &c. niſi ſi effectum, naturamue eorum obſeruamus.

Non alienum ab his eſt, quod vulgo dictitant, expreſſum id intelligi, quod ex narratis ſequitur, neceſſe quippe non eſt. vt qui vnum exprimit, omnia enarret, quæ ex eo ſequuntur. [illegible] *concupiſcentiam de conſtitutionib. capit. cum ſuper. de offic. deleg.* Tradit Frede [illegible] de Senis in *conſilio 158. reuerende pater.* In eandem ſententiam Freder. idem ſcribit in *conſilio 99. dominus Peroſi. columna 2. circa med.* vno expreſſo, expreſſa omnia intelligi, quæcunq; concluſa ſub eo ſunt, & [illegible] b eo pendent. per tex. in *l. 1. quod metus cau. & in l. eam ſuper.* Idem ex Bal. declaratur in *l. vn. nu. 1 [illegible] inſi. C. de his, qui ante aper [illegible] cum alius apud nos relatis in conſ. 149. nu. 1 [illegible] in conſilio 257 nu. 6 in tracta. de antiq. tem. part. 1 nu. 86. ad Venetam impreſsionem.* Hoc amplius in [illegible] eſſe id [illegible] reditur, quod ex verbis ſcriptis colligitur, aut ex eis ſequitur Deci. in *conſ. 68. col. 5. in prin. per text. in l. [illegible] §. fin aut. m.* & quod ibi Barto. *ff. de hered. inſti.* vſque adeo porro expreſſum id dicitur, quod ex narratis colligitur, vt ad tem [illegible] non attineat, tertiũ ius ad eum modum lædi. Quare vbi iuris alieni lædendi facultatem princeps habet, ſatis eſt, de voluntate principis, vt tertii ius lædat, ex his conſtare, quæ ex narratis ſequuntur aut colligi poſſunt. vt Pa [illegible] ſcribit in *conſilio 1. numero 72. libro 2. ex Roſello ab eo relato.* Idem Galuul. ſen [illegible] in *l. [illegible] 10 prin. nu. 26. ff. de leg. 1.* vbi e [illegible] preſſum id in materia etiam [illegible] quod ab expreſſo ſequitur. Quid dictu [illegible] hic eius, vbi n [illegible] modo alienum [illegible] commodum non contingit, verum [illegible] peci [illegible] fauorabilis verſatur: vt quo magis poſſit, incolume feudorum ius maneat.

Apparet ex his, ſati [illegible] ſuperq; ad palmari [illegible] m, fund [illegible] hoc textum eſſe. In quo ex Bal. in ſpecie & [illegible] ta [illegible] tio omnis reſecatur. Dum accurate ac animo [illegible] Bald. mentem verbaq; ſpectemus, vel ſenſit communi prorſus autor deficit.

Septimo in argumentis † memoratis de contrarietate excludenda obſeruandum, id demum à Doc. animaduerti verum ratione aut modo aliquo excludi contrarietas poſſit, ſic quomodo in exemplis videre ante relatis eſt, & apud nos *in d. conſil. 70. num. 15. & in conſ. 144 nu. 14.* Et in ſpecie inueſtituræ Caſtren. tradit *conſi. 111 circa d, quod primo quæritur. num. 1 lib. 2.* De [illegible] *conſ. 68. poſt prin conſi. 19 [illegible] num. 3. verſi. & in verbis ſententia.* Sed enim reuo [illegible] ueri contrarietatem hic poſſe, ad conſenſum domini remittendum clauſulam applicando, & faciant qui [illegible] quid v [illegible] lint, teſtatum ne quidem [illegible] mel habemus. R [illegible] ſus obſeruandum [illegible] doctoribus in reſtrictione hac ob [illegible] contrarietatem vitandam nõ eiſ [illegible] ad ea ne fieri reſtri [illegible] io poſſit, de quibus in diſpoſitione [illegible] patet, vt exemplis præ [illegible] eius commemoratis, & apud [illegible] præſertim in *d. l. fi. [illegible] ad eam quæſtio. nu. 3. 1b q; alii. ff de condi. indeb.* Quid hi [illegible] cendum, vbi expreſſum [illegible] d conſtat ad quod fieri aut referri reſtrictio poteſt. Id eſt, ad conſen [illegible] domini remittendum, vt ſatis ſuperq; argumentum hic contradictionis cauendæ ad palmarium ferendum omnibus [illegible] q [illegible] ſcunque interpretationes placent, quæ à fonte ipſo naturæ & æquitatis manant, Animi affectibus potius.

Octauu [illegible] q, adeo interpretatio hæc † legibus & Doct. adblanditur, vud [illegible] contrarietas aut correctio declinatu [illegible] tolerabilius ſit, verba offendere, quam contradictionem intrepre 310

tando

tandoadmittere. *l. ſi vnica. C. de reuoc. don. c. cum expediat de elect. libr. 6.* Bart. & alii *in l. 2. §. creditum ff. ſi cert. pet.* Doct. *in c. cum teſtib.* Iaſ. *in l. 2. in prin. num. 6. ff. de oper. noui nunciat.* Dec. *in conſ. 11. col. 2. in prin. verſ. vnde ſi diceremus* Et in verbis legis tradit Soc. *in l. 1. num. 6 in fin ff. de leg. 1.* Si offenſionem cõtrarietatis declinandæ cauſa, verba legis patiuntur: Quid in verbis inueſtituræ à notario non perinde eru-
311 dito prolatis, cum proprie nec paulo † magis iuriſconſulti, imperatoreſue loquantur. Bart. *in l. decem. num. 6.* Ibique Imola *nu. 8 verſ. quandoq. ſimpliciter ff. de verbo. obligat.* Imola *in l. Titia. §. penult. eod. tit.* Io. Hannibal *in rub. ff. ſol. matr. num. 64. num. 74. num. 344. in fi. & vberius num. 395.* Caſſador. Dec. 3 *col. 3. in fin de re' eruatio. ſol.* 84. In ſententia enim verba vulneranda, ne cõtradictionem habeat, Gemma. ſcribit *in conſ. 122. circa fin.* In verbis libelli idem Aret. ſcribit *in conſil. 127. in cauſa dominæ Antoniæ. num. 1.* Quid hic dicendum, vbi citra vllam verborum læſionem, ita intelligi clauſula hæc poteſt, & faciant inueſtiti quicquid velint, domino non præmonito, dum incolume tamen pactum ſuperius maneat, hoc eſt vt rectum, auitum & antiquum feudum perſeueret.

Nono ſi generaliter clauſulam intelligimus, & faciant quicquid velint, inepta & momenti nullius verba tot fiunt, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium: cum alienabile & hereditarium feudum ſimpliciter fiat. Ita niſi clauſula ipſa, & faciant quicquid velint, effectum non habebit. Sin autem ad modum memoratum, id eſt, ad conſenſum domini remittendum clauſulam ipſam accipimus & reſtringimus, vtilitatem ſuam habiturũ verumq; erit. Rectum quippe auitum & antiquum feudum, & ſecundum bonas patriæ conſuetudines erit. Æque pro arbitrio id diſponere licebit quod ad dominum attinet, iniuſſu cuius alienari agnatis conſentientibus poterit, quod ſi non conſentiant, iniuſſu domini alienari nihilo minus poterit, quia feudo alienator cariturus ob id non erit, neq; pœnæ nomine ad agnatos deuoluetur, vnde niſi tanquam agnati & iure inueſtituræ, non etiam pœnæ aut alienationis cauſa, feudum non vendicabunt. At enim potiorem haberi interpretationem oportet. Vnde vigorem & firmitatem obtinere omnia poſſunt. Namque ſi ver-
312 bum nullum vel † minimum, imo nec ſyllabam intelligi ita conuenit, vt fruſtra fiat, vti non parce ſcriptum ante habemus, *num. 46.*

Quid in verbis tot, quæ ad naturam & ſubſtantiam feudi adiecta demonſtrandam ſunt, vnde interpretatio diuerſa vti praua reiicienda, per quam infructuoſa verba tot fiunt. Prauum enim intellectum, ex quo ſtenilia verba aut otioſa fiunt, Caſtr. putat *in conſ. 175. caſus præſens valde dubitabilis col. 4. poſt med. ver. & dum ducitur argumentum à contrario ſenſu. lib. 1.*

Hoc amplius, intellectum extraneum ſeu à ratione aberrantem magis eſt accommodari, quam vt inertia, aut momenti nullius verba fiant. Cal. *in conſ. 12. num. 7 in fin. & apud nos in conſil. 201. n. 4. in fi.* Quid in ſenſu hoc dicendum, qui tam amiciſſimus & verbis, & menti inueſtituræ apparet. Qui ad ipſam feudi naturam quadrat. Quo magis admirer, ſenſum alium adnocationi diuerſæ placere, fundamentis quicquam locari in clauſula memorata poſſe.

Decimo illud ſaltem admiſſurum quemuis non dubitem, quin incertus aut ambiguus ſenſus clauſulæ huius, & faciant quicquid velint, ex ſuperioribus fiat, qui perſpicuus tamen factus vndique eſt. Sed enim in re dubia declarationi ſtandum vaſallorum videtur, quod genus eſſe feudum exiſtiment, à quibus venditio bonorum facta perinde vt de feudo recto eſt, in
313 quo decreti opus forma ſit. Promiſſori quippe † ſermonis obſcuri, qui ex contractu naſcitur declarandi facultas datur. *l. quicquid adſtringendæ. §. ſed in verſus ff. de verb. obl.* Mathe. *in l. a. not. 161. nota quod vtcumq.* Sed enim feudum Noni rectum, antiquumve eſſe, cũ ante venditionem, tũ in venditione ipſa confeſſus venditor vaſallus eſt. Quæ confeſſio ante venditionem per inueſtituras, conſignationes & recognitiones factæ emptori ipſi noxia haud dubie eſt, ne melior conditio eius q̃ authoris fiat. Bar. & alii *in l. fa. la. §. ſi here. ff. ad Trebel. cum aliis apud nos comparatis in tract. de anti. tempo. part. 1. num. 78. & in conſ. 29. num.* Et in ſpecie recognitionis tradit Soc. *in conſ. 50. n. 8. & in conſ. 68 num. 3. & ſeq. libr. 4.* Ripa *in l. ſi vero aliquam. num. 42 verſ. intellige vt non probet. ff. de acq. poſſ. De quo infra etiam num. 329. & num. 429.*

Neque argumentum mouet, quo Doctor ille in actis vtitur ſcandem emptori factam, cui perſuaſum ſit, feudalia bona eſſe, quæ non ſint. Namque tenorem ſuum non obſcure argumentis his ineptiſſimis patronus ille tuetur. In quem argu. ipſum regeritur; fraudem enim cauſari aut circumuentionẽ aliquam emptor nequit, ſi qualia vendita bona ſunt, talia venditor aut feudi ſucceſſor defendit. Queri enim emptor non poteſt, bona ſe empturum quaſi feudalia, aut ex feudo recto non fuiſſe, quæ vt talia expreſſim empta ab eo ſunt. Vnde locus querimoniæ foret, ſi quaſi feudi recti, & in quo neceſſaria decretorũ forma ſit, comparaturus bona non fuerat. Quid autem in confeſſionum inquirimus, facta nec ne ante venditionem aut in venditione ſit. Quandoquidem tantundem expreſſum confeſſus & aduerſarius ipſe emptor eſt.

Secundo ad argumentum reſpondetur. Iuris † præſumptio- 314
nem cum genero facere, vt proprium feudum in dubio cenſeatur. Bal. *in l. 1. q. 31. ff. de rerum diuiſio. l. 2. num. 6 C. de iure emphyt. l. liberta libertaq. nu 37. verſ. quæritur de eo C. de oper. libe.* Alex. *in conſ. 1 col. fin. libro 5.* Paril. *in conſ. 17. num. 15 libro 1.* Quibus locis habetur, ſecundum naturam ſuam in dubio præſcriptum feudum intelligi. Atq; ideo rectum & proprium in dubio feudum iudicari. Rurſus præſumptio iuris actori fauet, quæ à confeſſione deducitur. Cui ſtandum in dubio eſſe, affatim monſtratum iuſtè habemus *num. 11.* Gemina igitur præſumptione cum genero † facim- 315
re. Qui improprium, hereditarium ſimpliciter, atque alienabile feudum aſſerit, probationibus validioribus oſtendere neceſſe habet. Alex. *in conſ. 99. nu. lib. 3.* Iaſ. *in l. ſi verdum. num. 10. verſ. nota amen ſtupendum dictum. ff. de verbo. oblig.* Gal. *in l. ſi contrario nu. 305. & ſeq. ff. de vulg. cum aliis apud nos collectis in tract. de antiq. temp. part. 2. num. 26. & infra nu. 38. verſ. intervallo regitur.* Et ſi præſumptio iuris ſimplex probationes validiores ex diuerſo poſcit, quid in præſumptione dicendum duplicem, cum difficilius non paulo vinculum ſoluatur, quod duplex eſt *l. cum in adoptiuo. in prin.* Ibique Bald. *C. de adoptio. §. ſi vero. Inſtit. eod. tit. Auth. itaq. C. com. de ſucceſſ. x. inter corporalia verſ. vnde cum non ſit de translatio. epiſ. c. ex tuarum. de authori. & c. ſi a pallij c. 1. cum gl. de treuga & pace. c. non poteſt. de præben. libr. 6. Et id genus non pauca* vnde erroneam confeſſionem memoratam probationibus validiſſimis & ſane quam pellucidis docere pars compellitur. Sed enim efficax, liquidaue probatio non conſtat, quæ ex clauſula memorata deducitur, & faciant quicquid facere voluerint, quatenus ex verbis ſuperioribus & in parte ſubſtantiali inueſtituræ aſſcriptis quibus in feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundum mores bonos patriæ conceſſio fit, poſteriorem illam clauſulam reſtringendam, ſatis ſuperque declaratum eſt.

Illud certe inficias quempiam † iturum non duximus, quin 316
bifariam intelligi clauſula illa poſsit, & faciant quicquid facere voluerint, hoc eſt, reſtrictiue & generaliter. Quo caſu non poteſt ambigua non intelligi. *l. veteribus. ibi gloſ. ff. de pactis. l. quæ ex pluribus. ff. de verb. oblig. l. quoties in ſtipulationibus eod. tit. iuncta l. quoties idem ſermo. ff. de reg. iuris.* Text. hic pertinet *in l. ita fidei. ff. de iure fiſci.* not. Bald. *in l. ſcire leges. num. 1. ff. de li. in l. pretibus. num. 23. C. de impub. in conſ. 218. perita venia. col. 1 poſt med. in conſ. 340 & præmitto col. 2 libr. 3.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 195. viſis & conſideratis omnibus ſupradictis. num. 2. lib. 2.* Soc. *in rub. ff. de rebus dub. in l. in ambiguo. in 2. not. eod. tit.* vbi enim pluralitas, ibi obſcuritatem eſſe Bald. ait *in l. hac conſultiſſima. numer. quarto. Cod. qui teſtament. fac. poſſ. per text. in d. l. quæ ex pluribus. ff. de verbor. obligat.*

Quod locum habere, etiam cum ſenſum certum à lege diſpoſitio accepit, quæ intelligi multifariam poteſt, Areti. ſcribit *in conſil. 84. diligenter ponderatis. col. 3. poſt med. verſ. & iſta ratio. per text. in l. cum quis calendis in prin. ff. de verb. obligat.* Quid hic dicendum, vbi interpretationem certam ab vſu ipſo clauſula hic accepit, & faciant, quicquid facere voluerint, vſu enim ipſo receptum, & proprium Noni feudum habeatur, atq; vti proprium obtineat. Quem vſum lege ipſa potiorem eſſe nemo ambigit. *l. de quib. ff. de ll. §. ex non ſcripto. ibiq. gl. Inſt. de iure natu.* Itaq; cum ita vſu receptum moribuſque ſit, vt proprium feudum æſtimetur. Ad cumque vſum confeſſiones accedant tam ante venditionem, quam ſub ea factæ, quis aduerſarium ferat, vt contra confeſſiones ventre & ſuas & authoris permittatur?

Vndecimo vbi ambiguitatis hærere quicquam poſsit, ex obſeruatione id ſublatum inſecuta eſt. Siquidem profecto, auito & antiquo receptum feudum ſemper fuit, fœminæ ad id admiſſæ nunquam ſunt, cum maſculorum linea perſeueret. Ab obſeruatione † plane inſecuta diſpoſitionis cuiuſuis interpre- 317
tationem faciendam procul dubio eſt. Quæ interpretationum probatiſſima habetur *l. ſi de interpretatione. & l. minime. ff. de ll. l. cum*

turis. C. de iudic. c. cum dilectus. de conſuet. Bartol. in *l. diuturna. verſic. item not. ff. de legib. conſi. 59. numer. 6.* vbi text. & alios profert. Cuman. in *conſilio 62. colum. 1. circa medium. verſi. quoniam cum proponatur.* Fulg. in *conſilio 121. quodam 3. colum. 2. circa medium.* Abbas in *cap. 1. num. 14. de conſtit.* Socin. in *conſ. 25. num. 15. verſi. decimo probatur. lib. 1.* vbi text. & alios in ſententiam hanc profert. Roman. his aſſiſtitur *conſil. 520. num. 2.* Qualitatem contractus ex eo declarari, quod obſeruatum poſtea eſt, ſequitur Dec. in *conſi. 116. colum. 1. circa fi.* Æque licentiæ qualitatem ex vſu ſubſecuto declarari Bald. ſcribit in *c. 1. num. 3.* quid iuris, ſi poſtea ali. vaſal. feud. recuper. Declaratio ſeu interpretatio hæc, quæ ab obſeruatione colligitur, idcirco primas tenet omniumq; optima habetur, quod ab effectu deſcēdit, vt Albano in *conſi. 59. num. 9. in conſi. 62. num. 9. in conſi. 63. nu. 31.* Vſque adeo porro interpretatio hæc arridet, quam obſeruatio inducit, vt potior verbis habeatur, ſeu vt offendere verba liceat, potiuſquam ab interpretatione hac diſcedatur. Socin. in *conſi. 209. num. 4. verſi. nono comprobo lib. 2. in conſilio 66. numer. 11. verſi. quod etiam confirmatur libro 3.* Socin. iun. in *conſilio 25. numer. 20. libro 2.* Quid hic dicendum, vbi citra verborum moleſtiam, interpretationem hanc procedere dictum ante habemus. Hoc amplius interpretationem hanc admittendam, quam obſeruatio præſtat. Tum quoque Doct. putant, cum etiam eam non eſſe apparet, vt Cuman. ſentit in *d. conſi. 61. viſa copia. colum. 1. poſt medium. verſic. quoniam cum proponatur.* Abb. in *dict. cap. cum dilectus. numer. 7. per illum text. de conſuet.* Socin. *conſi. 145. col. 2. ver. & cum dicebatur quod erat incipiens modus. lib. 1.*

Quia dicturi hic erimus, vbi rectiſſimam rationibus iuris, feudique naturæ ſaneq; am conſentaneam interpretationem hanc eſſe, tam cumulatiſſime teſtatum in ſuperioribus habemus. Sed & in materia pœnali hoc genus admitti interpretatio ſolet, quam obſeruatio miniſtrat, verbi gratia pœna in eum ſtatuta eſt, qui vinum in locum de territorio alieno cōducit, nunquid ad extraneum non forenſem ſtatutum hoc pœnale trahatur. Ab vſu inſubſecuto ſtatutum declarandum, Caccialup. ſcribit in *l. 1. num. 115. in fi. verſi. ſed illis concluſionibus. Bartol. & aliorum idem tenentium, &c. C. de ſum. trin. & fide cathol.* Egregium enim rerum magiſtrum vſum eſſe, ex Cæſare in commentariis, & Plinio iuniore in epiſtolis ait, & per text. *in dict. l. minime. & in Clem. paſtor. du. de re iudic.* Si in ſpecie pœnali ſperni interpretatio non ſolet quæ ab vſu inſecuto colligitur. Quid in ſpecie controuerſa dicendum, in qua feudi conſeruatio citra cuius iniuriam vertitur.

Ad hæc gratioſa vſque adeo interpretatio hæc videtur, quæ ab obſeruatione percipitur, vt præſcriptionem obſeruatio non poſcat, hoc eſt, tempore ita obſeruatum longiſſimo ſit, verum ſatis erit, itaq; vſu receptum. Paul. de Caſtr. in *conſ. 347. quia circa donationem. col. fi. lib. 1.* Alex. in *conſ. 107. nu. 21. verſ. nec requiritur. libr. 2.* Aret. *conſ. 11. nu. 5. verſ. Sed tamen ex ſuper abundanti.* Soc. *conſ. 111. nu. 4. verſi. ſed certe poſſumus dicere. & nu. ſeq. lib. 1.* Corn. *conſ. 188. colu. fi. lib. 4.* Dec. *in c. cum M. nu. 7. ver. & ex ſupradictis infertur. de conſtitutio. in c. at ſi clerici. in prin. numer. 25. in fi. de iudiciis. in conſ. 48. colum. 2. in conſilio 156. circa fin. in conſilio 441. colum. penult. circa fi.* Natta in *conſilio 406. num. 26. & apud nos in conſilio 118. num. 2.* Quid hic dicendum, vbi poſt feudum Noni introductum, ita ſemper obſeruatum eſt. Hoc amplius non modo ex obſeruatione particulari circa actum geſtum, ſed generali regionis totius, interpretatio deſumitur. Bald. in *conſ. 45. villa vel caſtrum. in fi. lib. 5.* Signor. in *conſ. 172. num. 4.* Pariſ. in *conſ. 7. n. 40. & ſeq. conſ. 50. nu. 41. lib. 3.* Sed enim communis patriæ totius obſeruatio interpretationi huic abblanditur, cum alienandi ius pro arbitrio in feudis non competat. Imo enim ante Yolant & Blanchæ ducum decreta, nec pro dotibus, cauſiſue aliis ius feudi alienandi erat. Ita iure communi feudorum per omnia patria vtebatur. Quid hic dicendum, vbi conſuetudines ipſas patriæ totius expreſſim relatio fit, atq; vbi cum generali patriæ totius conſuetudine ſingularis etiā in loco Noni vſus conſentit, qui ſatis vnus ad voluntatem declarandam eſt. *l. minime. ff. de legat. 3. leg. cum delatione. § aſinam. ff. de fundo inſtr.* Signor. *conſi. 18. n. 6.* Cor. *conſ. 105. col. 4. ver. & inſuper. de more. lib. 2. & apud nos conſ. 70. n. 12. & conſ. 77. n. 19.*

318 Duodecimo reſtrictionem † verba generalia admittunt, vt ad ea tantummodo referantur, quæ naturæ contractus conueniunt. *leg. fundum. ff. de contrah. emptio.* Innoc. in *c. ex literis. de iure patro.* Bal. in *l. à procuratore. C. mand. in rub. C. de contrah. empt. q. 9. in l. fin. C. fine cenſu vel reliq. cum aliis apud nos relatis in conſilio 25. num. 2. & in conſil. 258. numer. 5.* Idem Sigiſmund. probat in *conſil. 24. n. 14.* ius idem verborum vniuerſalium eſſe. Bal. in *conſil. 67. quia ex facto. colum. 1. poſt med. libro 3.* Calca. in *conſi. 1. numer. 16. in fine ver. reſtat modo, vt reſpondeam.* Socin. Iun. in *conſilio 148. numer. 39. libro 1. & quod ſcriptum inferius habemus numero 342.* Sed enim feudi naturæ repugnat, vt in alienos aut extraneos transferatur. Ob id clauſula illa, & faciant quicquid velint, ad conſenſum reſtringi domini debet, ne adhiberi eum neceſſe ſit, non etiam intelligi generaliter debet, vt agnatis eo inuitis, atque in perniciem ipſorum ad alienos transferre feudum liceat, cum actum expreſſim ſit, vt rectum id, auitum, antiquum, & ſecundum bonas patriæ Pedemontium conſuetudines datum cenſeatur. Vnde ſi generaliter clauſulam illam intelligimus, vis tota clauſulæ illius in parte diſpoſitiua & principaliter inſerta perimitur. Ipſaque feudi natura in ſolidum intercidit. Admittenda igitur interpretatio † erit, vnde quam minimum poteſt, feudi natura 317 alteratur, & quam minimum poteſt, iuris communis feudorum correctio ſequitur. *l. 1. C. de inoffic. dot. leg. Sancimus. C. de teſta. l. fi. C. de nouatio. l. præcipimus. in fi. de appella. expreſſius in § tribus. in Authent. quibus modis natu. effi. ſui. § fin. ibique gloſſ. fin. Authen. de admin. offic. § fin. ibi vt omnibus modis concordantia legum ſeruentur. in Authen. de exhiben. reis. c. cum expediat. de electio. libro ſexto. gloſſ. magna & or. di. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Eodem gloſſ. ſpectat in *l. fi. in verſicul. duos pedes. ff. finium regun.* promptos nos eſſe non decere, vt legem abrogemus. Scite huc Bald. quadrat in *conſilio 495. quadam domina Helena. columna prima. in fi. libro quinto* non aliter correctionem admittendam, niſi ſi vel expreſſum ſit, vel repugnantia ineuitabilis neceſſario correctionem inducat. Sed enim non modo expreſſum non eſt, vt ad extraneos pro arbitrio transferre feudum liceat, verum contra nominatim in verbis illis cautum, vt rectum, auitum & antiquum feudum ſit, vt ſecundum bonas patriæ Pedemontium conſuetudines conceſſum intelligitur. Sed nec ob verba taxatiua geminata correctionem admitti iuris conuenit. Alexandrinus in *conſilio 120. in cauſa Strazarolorum numero octauo. verſi. ul. nec obſt. quod dicatur. libro quarto.* Decius in *l. 1. numero 6. C. de bon. poſſ. ff. contra tab. & quod infra ſcriptum eſt numero 357.* Quid hic dicendum, vbi verbum vllum taxatiuum ne quidem ſimplex inuenitur. Vbi naturæ feudi expreſſim verba conſonant, vbi conſuetudo cum generalis patriæ totius, tum ſingularis in loco Noni, interpretationē hanc probat.

Decimotertio ex decreto domini ſententia hæc non mediocriter adiuuatur ratione fortiore argumentando. Per decretum enim † verbum vniuerſale quibuſcunque in feudi cō- 319
ceſſione adiectam cōtra naturam ſuam & vulgatiſſimam Doc. ſententiam offenditur, ne alienabile aut hereditarium ſimpliciter feudum indicatur, quod alicui pro ſe datum & heredibus ſuis quibuſcunq; eſt. Quamuis iure communi ad extraneos tunc feudum ambulet. Bal. in *c. 1. in princ. nu. 9. de prohib. alie. feud. per Feder. in l. 1. q. 34. & q. 48. ff. de rerum diui. con. l. 207. quaſtio eſt, ſinerius. nu. 1. in fi. lib. 2.* Alex & Iaſ. in *l. Gallus. § etiam ſi parente ff. de lib. & poſt.* Alexā. in *conſ. 7. num. 8. lib. 7.* Soc. in *conſi. 19. num. 4. verſi. nec eſt neceſſarium. libr. 1. conſil. 266. num. 37. verſic. præterea Bal. libro. 2.* Cornel. in *conſilio 6. columna 4. libro 1.* Dec. in *conſil. 78. columna pen.* Bologni. *in notulis.* Io. de Ana. in *conſil. 84. colum. 1.* Iaſ. in *conſil. 155. colum. 2. in fi. lib. 2. conſil. 17. colum. 3. lib. 3. conſil. 115. colum. 8. conſil. 118. colum. 2. in fi. conſil. 124. colum. pen. poſt medium. & conſilio ſeq. colum. 6. libro 4.* Ruin. in *conſilio 3. numer. 8. conſil. 16. numer. 5. libr. 1. conſilio 19. numer. 24. lib. 4.* Gozad. in *conſi. 6. num. 43. & equen. conſ. 8. num. 25. conſ. 14. num. 22. in conſ. 27. numer. 22. conſ. 19. num. 15. & conſ. 76. num. 2.* Curt. Iun. in *tract. feud. parte tertia q. vltima. conſ. 1. colum. 1. & ſeq. conſ. 48. num. 3. conſil. 60. nu. 9. in fi. & conſ. 183. num. 4. in fi.* Ripa in *l. ex facto. § ſi quis ita. nu. 16. ff. ad Trebellia. in l. quæſitum. § ſi quis cum tutor. num. 4. & ſeq. ff. de priuil. credi.* Socin. Iun. in *conſ. 103. num. 28. conſ. 112. num. 3. in conſilio 114. nu. 9. lib. 2.* Pariſ. in *conſi. 71. num. 42. lib. 3.* Ex decreto hoc ratione que validiore ſpecies controuerſa dirimitur. Namque ſi verba vniuerſalia contra probatiſſimam Doct. ſententiam offendi ſimpliciter decretum iubet, atq; ideo offenſionem eam etiam verba vniuerſalia patiuntur, cum verbis ipſis vniuerſalibus verba alia ſpecialia non repugnant. Quid in ſpecie propoſita dicendum, in qua verba ſuperiora in parte diſpoſitiua & principali adiecta, in feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines Patriæ Pedemontium clauſulæ ipſi euidentiſſime repugnant, & faciant quicquid facere voluerint. Quod vnicum arg. ad palmarium ſatis rem iuſte caſteque contemplantibus videtur.

Decimo-

Decimoquarto ex Oldra. nominatim quæſtio hæc explica-
tur in *conſilio* 178. *factum tale eſt, quidam nobilis.* Qui in ſpecie inue-
ſtituræ huius caſtri Noni, à vicario comitis Sabaudiæ incon-
ceſſæ, de iure reſpondit. Atqui pro vero & rectiſſimo feudum
321 id eum habere, planiſſimum ex eo fit. Quamuis in † eo nota-
ri Oldra. ſoleat, quod vigorem in clauſula non admittit, qua iu-
re feudi antiqui quod nouum eſt, conceditur, ita vt pro anti-
quo habeatur. De quo apud nos in *tract. de antiq. temp. part. 5. num.*
13. Et cum ſatis demonſtratio duplex ad rem eandem oſten-
dendam ſit. *l. patronus. §. 1 ff. de leg. 3. l. forma. ff. de cenſibus. l. hac conſultiſ-
ſima. C. qui teſta fa. poſ.* Bartol. in *l. demonſtratio falſa. §. 1. q. 7. ff. de condit.
& demon.* Bartol. Alex. & alii in *l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1.*
Alexandrin. in *conſilio* 72. *libro* 3. *conſil.* 38. *libro* 5. *conſil.* 107. *libro* 6. *&
conſil.* 57. *libro* 7. Demonſtrationes hic plus quam duæ interue-
niunt, quæ inueſtituram eandem controuerſam atque eam
arguunt, ſuper qua de iure reſponſum ab Oldrad. eſt. Nomen
inueſtientis, inueſtitorum, res ipſa, de qua facta inueſtitura eſt,
Noni feudum videlicet inueſtiendi cauſa, quæ à bello ibi enar-
rato deſcendit. Ita recte ſupputantibus demonſtrationes qua-
tuor interueniunt. Secundo qui diuerſam inueſtituram con-
trouerſam, atque illam aſſerit, ſuper qua conſilium datum ab
Oldr. eſt, illud quoque affirmat, de feudo eodem, à perſona ea-
dem vaſallos eoſdem iterum inueſtitos. Sed enim iuri id & ve-
riſimilitudini omnino refragatur, vt iidẽ vaſalli à domino eo-
dem de feudo etiam eodem bis inueſtiantur, cum niſi muta-
tione aut morte domini ſeu vaſallorum renouatio fieri inue-
322 ſtiturarum non ſoleat. Etenim cum † dominium vtile ſemel
adeptus inueſtitus ſit, dominus fieri iterum non poteſt. *l. ſi id
quod. ff. de rei vin. vend. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acqui. poſ. l. non vt ex pluribus. ff.
de reg. iur.* Repetitam igitur inueſtituram non recte dixerimus,
quæ neceſſaria non eſſet. *l. non cogendum. in fi. ff. de procura. leg. hac ſti-
pulatio. § diuus. ff. vt lega. nom. cau.* Id quidem maxime, quod citra
ſumptum id genus inueſtituræ non fiunt argumenta *leg. cum de
323 indebito ff. de probat. cum aliis ante relatis numero* 178. Rurſus cum † re-
petitio hæc inueſtiturarum fieri ab eiſdem dominis, vaſallis, &
de feudo eodem non ſoleat, facta præſumi nõ debet. *l. fideicom-
miſſa. § ſi ſeruo.* Ibique Bal. *ff. de lega.* 3. Alexandrinus in *conſilio* 27.
circa fi. libr. 2. & conſilio 75. *numero* 13. *verſic. oſtendũtur etiam libro quinto.*
Decius in *conſilio* 399. *num. octauo.* Conſuetudinem etiam in præ-
ſumptione ſeu veriſimili, vt præſumi debeat, quod vſitatũ eſt,
viceque contraria, Bal. obſeruat. in *l. teſtium columna fi. verſic. quar-
to dixi. C. de teſtibus cum aliis apud nos relatis. in tract. de antiq. temp. parte
quarta numero* 229. Quibus Salic. accedit in *l. neque natales. in ſecun-
da oppoſi. C. de proba.* Soc. iunior in *conſilio* 48. *num.* 12. *libro ſecundo.*
quod plerunque, aut communiter contingit, veriſimile id ha-
beri & præſumi: ita vt probandi onus in aduerſarium regerat.
In eandem ſententiam Bald. ſcribit in *l neque. 1 numero primo. in fi.
C. de nuptiis.* verum id præſumi, quod vſitatum eſt fieri. Ergo fal-
ſum præſumendum id erit, quod à conſuetudine abhorret, à
contrariis argumentando, *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* Idque
ex text. probatur in *l. ſi quis ſub conditione.* Ibique glo. & Baldus. *ff.
de cond. inſtit. in l. ubi omnium. in fin. C. de teſtamen. & alia non pauca.* Ad hæc
pluralitas præſumi inueſtiturarum non ſolet. Namque ſi te-
ſtamentorum pluralitas non præſumitur. *leg. fina.* Ibique Bald.
in *fin. C. de rebus credi. l. omnium. cum gloſ. in verſicul. comprobatur. C. de te-
ſtamen.* Salic. in *l. 2. circa med. C. de errore aduo.* Alexandrin. & alii. in
leg. 2. Ibique Decius *numero quarto.* Iaſon *numero* 7. *C. de bono. poſ. ſe-
cund. tab.* Alexandrin. in *conſilio quarto. numer.* 12. *libro* 7. Longe mi-
nus pluralitas præſumenda inueſtiturarum erit, cum teſtamẽta
plura ab eodem non raro fiant. Quod non ſimiliter circa in-
ueſtituram contingit. Itaque præſumptione iuris & conſuetu-
dine notiſſima pluralitatem inueſtiturarum de eadem re, inter
eaſdem perſonas non admittente, eandem inueſtituram con-
trouerſam, atque eam eſſe, de qua apud Oldra. non poſſumus
non dicere. Conſequenter rectum Noni feudum eſſe, Oldra.
teſtimonio in ſpecie declaratur.

324 Aliter etiam identitas hæc † demonſtratur, quod ſi plurali-
tatem inueſtiturarum in vaſallis & dominis eiſdem admitti-
mus, ſacramenti quoque fidelitatis neceſſe erit iterationem
inducere. At enim fidei ſacramentum denuo ſubire vaſallus
non cogitur. Boic. & alii in *cap. veritatis. de iureiur. and.* Emanuel à
Claris aquis *ſingul.* 125.

Quid autem dicimus, ab eo inueſtituram non repetendam,
325 qui inueſtitus ſemel ſit. Quatenus nec in ſucceſſorib. eius † ne-
ceſſaria æſtimatur, qui ſub inueſtitura comprehenſi authoris
defuncti ſunt. Baldus in *conſilio* 301. *proponitur, quod Petrus* [illegible]
in fi. lib. 1. Paul. de Caſtr. in *conſ.* 189. *viſo inſtrumento cuiuſdam inueſti-
turæ. colum. 2. in princ. lib. 1.* Alexan. in *conſil.* 79. *colum. fi. lib. 1.* Iaſ. in *conſ.*
150. *colum. 3. in fin. verſic. quod autem in caſu noſtro. libro 2.* Beroi. in *conſilio*
44. *num.* 4.

Hoc amplius dico, ſatis † demonſtrationes duas ad inueſti- 326
ram eandem arguendam, quamuis falſæ aliæ inueniantur. *d. l.
ſi patronus. §. 1. ff. de legat.* 3. Paul. de Caſtr. & Alex. in *l. ſi nomine. C. de
teſtam.*

Decimoquinto mirum ſatisfacere non poſſum, inueſtituram
hac quempiam admiti. Quæ producentis contraria haud dubie
eſt, ſi inueſtituras & recognitiones poſteriores obſeruamus,
quibus niſi de feudo recto mentio non fit. Namque clauſulam
illam generaliter eſto accipi oporteat, & faciant quicquid fa-
cere voluerint. Verba ſuperiori deſiderata ſunt, in feudum re-
ctum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines
patriæ Pedemontium, ex quibus clauſulam ſequentem re-
ſtringendam oſtendimus, ne feudi naturam mutatam in ſuc-
ceſſione dicamus. Rectum nihilominus feudum Noni ex in-
ueſtituris poſterioribus factum non poſſumus non admit-
tere.

Cuius rei gratia † ſciendum, errore manifeſtario eos duci, 327
quibus viſum eſt, alienabile & hereditarium feudum ex inue-
ſtitura priore ſimpliciter eſſe. Atque ideo inueſtituræ ipſi priori
ſtandum, neque formam eius in perniciem mutari ſucceſſorum
potuiſſe. Dii boni, errorem tantum quis ferat. Etenim ſi aliena-
bile & hereditarium feudum ſimpliciter ex prima inueſtitura-
tum eſt. Quomodo ius ſibi ex ea quæſitum agnatus, fœmina
aut ſucceſſor vllus contenderit. Quæſitum quippe ius dicere-
tur, ſi in necem agnati, fœminæ, aut ſucceſſoris alterius aliena-
re id non liceat, ita vt ad eos peruenire omnino debeat. Cæte-
rum ſi hereditarium aut alienabile ſimpliciter feudum eſt, ita
vt ad extraneum id ambulare quemuis poſſit. Quomodo ius
cuiquam in eo intelligi quæſitum poterit. Conſequenter quod
dicitur inueſtituræ priori ſtandum, obtinere tunc oportet, cum
ex ea ius cui quæſitum apparet, quod eo lædi inuito non poteſt.
Aliter atque cum ius cuiquam quæſitum non ſit, quia vocatus
quiſquam non legitur, verum in arbitrio vaſalli poſitum feu-
dum eſt. Ibi enim poſteriorib. inueſtituris, non priori ſtandum
nominatim Pernus ſcribit *not.* 4. *num.* 40. *& ſeq.* Ibiq; ridiculam
eorum opinatur, quibus viſum contra ſit, vt priori ſtari inueſti-
turæ debeat. Quo argumento pro Illuſtribus Noni regulis vſi
ante ſumus, quam obuius mihi Perneus fieret. Sed enim teſti-
moniis, plerique vel non ita grauibus, priuſquam rationibus,
coactis dicuntur. Reſponſionis tantulum ad argu. hac ratione
inuicta munitum, quam auidiſſime expecto.

Sed enim ius agnatis & ſucceſſoribus in feudum quæſitum
eſto ſit, quod nequaquam admittimus. Ius ex inueſtitura hac
priore aduerſarius merito nihilo magis poteſt. Rei cuius demõ-
ſtrandæ cauſa, ſciendum, feudum hoc Noni pro recto, auito
& antiquo à vaſallo venditore tam per inueſtituras, quam con-
ſignamenta, quæ vocant, recognitum. Ita vt inueſtituris & re-
cognitionibus liquet. Dubitandum plane † non eſt, quia feu- 328
di naturam in perniciem ſuam mutare aut alterare vaſallo li-
ceat.

Doctores enim, qui alterationem hanc non admittunt, de
incommodo ſucceſſorum loquuntur, ne eis noceat. Bald. *in l. v-
nica. num. 31. C. quand. non peten. part.* Decius in *conſ.* 78. *colu.* 3. *circa med.
in conſi.* 195. *colum. 2. poſt medium.* Quod ad vaſallum vero aliena-
torem ſpectat, contra alienationem ſuam venire non permit-
titur *l. poſt mortem. in princip.* Ibique *gloſſ. ff. de adopt. l. vendicantem. ff. de
euict. cap. veniens. de filiis Presbyt. cap. diuerſis fallaciis.* Ibique *gloſſ. in verſic.
non per te. de cleric. coniugat.* Et in ſpecie feudi tradit Alexan. in *conſ.*
60. *numer.* 3. *libro* 3. vbi contra factum ſuum in feudo quempiam
non venire ait, cum niſi ratione iuris tertii prohibitum factum
non ſit.

Qua ratione igitur † alterationem feudi in necem ſuam im- 329
pugnare vaſallo ne licet, ita nec aduerſariis Paul. & S. cauſam
vel ſingularem à vaſallo ducentibus, ne melior ſucceſſoris ſin-
gularis quam authoris eius conditio fiat. *l. rerum. §. 1. ff. ad Vellejan.
l. ſi ſuperatus.* Ibiq; Bar. *ff. de pigno. l. ſi mater. §. fi. ff. de except. rei iudic. l. quod
ipſis. ff. de reg. iuris cap. ſaluberrimum.* 2. *q.* 7. Bar. & alii in *l. falſa. §. ſi heres.
ff. ad Treb. cum aliis apud nos relatis in tract. de antiq. temp. part. 1. nu.* 78. *&
conſ.* 29. *n.* 1. Et in ſpecie recognitionis Soc. tradit in *conſ.* 50. *n.* 18. *&
conſ.* 68. *n.* 5. *& ſeq. lib.* 4. Rip. in *l. ſi rem aliquam. n.* 42. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Et

Et quod Signor. ſcribit in *conſ.138.n.3.* & quod ſcriptum in ſerius eſt *num.429.* Hoc amplius Gozad. ſcribit in *conſil.26 nu 54.& ſeq.* fas eſſe in perniciem eorum feudum alterare, quibus ius quæſitum ex inueſtitura prima eſt, quoties in alterandu, ad feudi naturam remeatur.

Ex quo dicto ſolo extra controuerſiam res ponitur, cum ad feudi naturam alteratio pertineat. Affirmandum tamen Goza. dictum ita ſimpliciter non cenſui. Satis tamen erit, opinionem hanc ex eo non vulgariter adiuuari.

Decimoſexto alter etiam inueſtitura controuerſa retorque-
330 tur. Namque ſi alienabile † feudum atque hereditarium ſimpliciter dicimus, vt licentia vaſallis ſit quicquid voluerint de eo faciendi. Pro arbitrio vaſalli diſpoſuerunt, & quod viſum eis fuit, per inueſtituras poſteriores facerent, vt quod alienabile feudum erat, in rectum & antiquum abiret. Ad quem modum melior ſucceſſorum facta conditio eſt. Quia vbi ex priore ius quæſitum inueſtitura non eſſet, id eis ex poſterioribus competit. Itaque ſi deteriorem ſucceſſorum conditionem facere alienando licebat, multo magis commodiorem *leg. ſoluendo. ff. de neg. geſt. Inſt. de author. tut. circa princ. cum aliis apud me relatis in conſ. 206. in princ.* Rurſus ſi in totum feudum alienare ex inueſtitura priore conceditur, multo magis naturam eius citra alienationem alterare *l. iuris gentium. § adeo ff. de pactis reg. cum licet lib.6.*

Decimoſeptimo citra controuerſiam res ex inueſtitura altera ponitur de eodem inter eaſdem perſonas, de feudo eodem, per Notarium alium conſcripta. In qua non ita generaliter cō-
331 cepta clauſula controuerſa eſt, & faciant quicquid facere † voluerint. Verū verbis aliis ita reſtricta, Et iure feudi faciant, quicquid facere voluerint ſine contradictione domini comitis. Quorum verborum ſenſus perſpicuus videtur, vt nihil ad conſenſum domini remittendum cogitatum non ſit, ita vt ſine cōtradictione eius facere pro arbitrio liceat. Quod ad agnatos plane aut ſucceſſores attinet, pro arbitrio faciendi data facultas non eſt, verum vt iure id feudi fiat. Id eſt, prout iure permiſſum feudi id eſt. Quæ verba interpretationem hanc omnino admittunt, verbis enim ſuperioribus remotis, in feudum, rectum auitum & antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium, ſi quidem ad naturam feudi interpretatio hæc quadrat, & per eam iuri communi feudorum difficilius derogetur, per ea, quæ ſcripta ante ſunt *num.318.& ſeq.* Quid hic dicendum, vbi verba illa interueniunt, in feudum rectum, &c. vtrum fruſtra in verbis tam clariſſimis controuerſia ſit. *l. ille aut ille. § cum in verbis. l. non aliter. ff. de legat.3.*

Decimo octauo impedimenta duo in feudo alienando interueniunt. Vnum ex parte domini, ne eo inuito aut inuocato, alienatio fiat, vt ſcriptum ante habemus *num.263.* Alterum ex parte agnatorum, in quorum perniciem feudi licentia alienandi vſque adeo non eſt, vt ne quidem domino volente fraudi eis alienatio ſit, ſic quomodo teſtatum in ſuperioribus habemus. *num.11.& num.195.* Ex his duobus impedimentis non niſi vnum ſublatum, & niſi vnum amouere partes noluiſſe, non obſcure liquet. Id eſt, quod in domini conſenſu conſiſtit, vt ſine contradictione eius impune feudū alienetur. Quod autem ad agnatos ſpectat, non tam id auferre, quam integrum manere in verbis illis ſenſerunt, Et iure feudi faciant, &c. id eſt, prout feudi
332 mos aut natura patitur. Remotionem igitur † impedimenti vnius ad alterum trahi non conuenit, vt etiam in agnatorum necem diſtrahere feudum liceat *l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrban. prædiorum. l. ſi nobis an princip. ff. de ſeruit. ruſtic. prædiorum. l. nec ii. § fin.* Ibique Iaſon in *l. notab. ff. de acquirenda hereditate. l. prima. § Sed videndum. ff. de ſucceſſ. edict.* Hoc amplius, clauſulam non obſtantibus in verba pluratiua conceptam non niſi ad impedimentum vnum trahendam. Baldus putat in *l. ſi non lex Ælia Sentia. per illum textum. ff. de hered. inſtituend.* Idem Baldus in *l.1. nu. 2. verſic. vnum etiam ſcias. C. de furtis in l.1. C. de ſeruis.* Paulus de Caſtr. in *l. hæc manum. in 1. not. ab. C. de legibus in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. in Authen. hoc inter liberos. C. de teſtamentis.* Dec. in *conſil.602 nu 7 dubio.* Iaſon. in *l. fin. num.30. circa fin. ff. de conſtit. princip. & in locis aliis Doct. non paucis.* Scite huc
333 Angel. † accedit in *conſil.177. in facto proponitur, quod Balthaſari. poſt mod.*

Remiſſionem neceſſitatis appellandi, quam emptori venditor facit, ad ius querelæ, aut de nullitate dicendi nō trahi. Quod dictum per quam appoſite huc quadrat, vt cuius neceſſitas remiſſa conſenſus domini exquirendi intelligatur, neceſſitas tamen ſublatam conſenſu eorum non ſit, ad quos feudū rectum ventutum, auitum & antiquum eſt, ſecundum bonas patriæ Pedemontium conſuetudines.

Decimonono permiſſio & prohibitio hic concurrunt. Permiſſio in clauſula controuerſa, & faciant quicquid velint. Prohibitio in clauſula, rectum, auitum, antiquum, & ſecundum mores laudatos patriæ Pedemontium.

Namque ſi rectum, † auitum & antiquum feudum dicimus, 334
vtique id transferri in alienos nequit. verum ad deſcendentes demum ambulat. *cap.1. § his vero deficientibus. & verſic. Si enim Titius autus. de ſucceſſ. fratrum. cap.1. de beneficio. fratrum. cap.1. § cum autem.* Ibique Doct. *qui feud. dare poſſ. gloſſ.* & Doct. in *l. ex facto. § fin. ff. ad Trebel.* Paulus de Caſtro in *conſil.11. Super primo quæſito in quantum quæritur. col.2. circa med. lib.2.* Et ſcite magis infra *num.254. verſic. Sed enim prohibitio & altera in verbis illis ineſt, & iure feudi faciant.*

Quoniam ſi iure feudi perfici diſpoſitionem oportet, extraneos ab eo arceri proculdubio eſt, cum niſi deſcendentes non inuirentur.

In hoc igitur permiſſionis & prohibitionis congreſſu, potiorem prohibitionis cauſam eſſe non dubitatur. Bald. & poſteriores in *l. ſi Ruffinus. C. de teſtam. milit. de quo vberius infra num.367.* Quod argumentū ratione validiore bifariam hic vrget. Principio, quod triplex hic prohibitio interuenit. Prima in verbis illis rectum, auitū, &c. Secunda in clauſula, ſecundum mores probatos patriæ Pedemontium.

Tertia in verbis illis, & iure feudi, &c. Quæ prohibitio † ter- 335
tium repetita potentior quam ſimplex non paulo eſt *l. baliſta. ff. ad Trebell. cum aliis ſupra enumeratis. num.315. verſic. quid in præſumptione dicendum.* Et in ſpecie prohibitionis repetitæ fortiorem eam ſimplici eſſe & egregius tolli, ex textu oſtenditur in *§ ſanctiſſimas. in Authen. de alien. & emphyt. gloſſ. in c. q. vtrum in gloſſ. fin. de condit. appoſiti.* Bartol. Imol. & alii in *leg. ſi plures familias. § dices in 2. oppoſit. ff. de legat.1.* Alex. in *conſil.93. col. fi. lib.7.* Aret. in *conſ.22. col.1.* Corſ. *ſingul.253. vbicunque concurrit.* Dec. in *conſ.193. col.1.* Socin. Iun. in *conſil.48. num.8. lib.1. & in conſ.31. nu.7. lib.2.*

Vnde ſi fortior permiſſione prohibitio vel ſimplex eſt. Quid in prohibitione probandum triplici erit? Ratio altera fortior hic pugnat. Quoniam permiſſione validior prohibitio habetur, quamuis momenti nullius permiſſio fiat, cum à prohibitione vincatur. Quid dicturi hic erimus, vbi vtraque in caſu ſuo effectum habere diſpoſitio poteſt, permiſſiua & prohibitiua? Locus enim permiſſioni, quantum ad dominum directum erit vt ſine contradictione eius, alienare feudum liceat. Æque locum & effectum prohibitio habebit ne in alienos, deſcendentibus aut agnatis inuitis, feudum cōferatur. Ad quem modum neutra diſpoſitio alteri derogat, contradictio nulla incurrit, iuris feudorum derogatio excluditur. Inutilia verba tot, cum myſterioque aſcripta non ſunt, in feudum rectum, auitum, antiquum, ſecundum bonos mores patriæ Pedemontium, & iure feudi, per ea, quæ prolixius ſcripta ante ſunt. *num.301. vſque ad num.213.*

Vigeſimo iuri ſuo niſi in conſenſu remittendo derogatum eſſe dominus noluit. In aliis plane ſaluum, id eſt, cautum eſt. Qua ratione igitur ius ſuum lædi, niſi in conſenſu cedendo noluit, & ſaluum expreſſim in aliis fecit. Ita credibile eſt, vt in verbis illis, & iure feudi faciant, &c. Saluum eorum præſtare ius cogitauerit, ad quos peruenire feudum ſolet, quod rectum, auitum, & antiquum eſt. Idque non iure ſcripto feudorum ſolummodo, verum etiam ex optimis patriæ Pedemontium mo-
336 ribus. Ad quem modum pars vna ſcripturæ † aut inueſtituræ ab alia declaratur, vt ad reſeruationem iuris agnatorum & verba illa pertineant, & iure feudi. *leg. ſi quis ex argentariis. § ſi initium ff. de eden. l. quemadmodum. § hæc verba.* Ibique Baldus. *ff. ad leg. Aquiliam. l. vtrum.* Ibique Bartol. & Angel. *ff. de petit. heredit. l. heredes palam. § ſed ſi notam. ff. de teſtam. l. qui non militabat. § Lucius. ff. de hered. inſtit. l. ſi ſeruum plurium. § fin. & l. qui filiabus. ff. de legat.1. l. legatorum. § 1. ff. de legat.* atque locum & in ſcriptura alia tempore diuerſo facta habere, inferius oſtenditur. *num.358.* Quanto magis ius idem probandum in ſcriptura eadem erit.

Vigeſimo primo verba illa † iure feudi, tantundem atque 337
illa valent, & ex cauſa feudi *l.3. in princ. ff. de vſufruct.* Ibi *legati iure, id eſt, titulo, aut ex cauſa legati. l. procuratoris. § per hanc. Ibi iure pignoris. ff. de tributoria. l. fin. in fin. ibi iure pignoris rem retinuit. ff. qui potior. in pig. hab. leg. ſi vero. § 1. Ibi quod iure patronatus aſſequitur. ff. ſolut. matrim.* Pro eo igitur res videtur atque ſi expreſſum ſit, faciant quicquid velint ex cauſa aut ſecundum cauſam feudi, prout cauſa aut con-

ditio ipſius feudi patitur, quod rectum, conceſſum, auitum, antiquum, & ſecundum bonos patriæ mores eſt.

Vigeſimoſecundo perſpicua partium mens ex verbis illis ſit ſine contradictione prædicti domini comitis, & heredum ſuorum. Apparet enim ex verbis his, niſi ad conſenſum domini remittendum, cogitatum non eſſe, vt quibus caſibus feudi alienatio fieret, impune id domino inconſulto, perficeretur. Pro-
338 inde † ad id reſtringi verba oportet, de quo cogitatum à patribus conſtat *l. ſi quis ita. § pen. ult. ff. de teſtam. tutor.* Bald. in *conſ. 159. ſuper eo, quod quæritur nu. 5. in fi. verſ. item non obſtat ſi dicatur. lib. 3.* Alex. in *conſ. 76. viſo themate. col. 1. circa med. lib. 4.* Idq; locum & in verbis præciſis habere Caſtr. ſcribit in *conſ. 352. viſo teſtam. Michaelis. col. 1. circa med. lib. 1.* At enim verba vlla præciſa non ſunt, quod alienari feudum omnino debeat.

Vigeſimotertio ſi mens ea domino inueſtienti, & inueſtitis fuiſſet, vt ſine cõtradictione etiam agnatorum aut deſcenden-
339 tium licentia feudi aliènandi eſſet, ſicut id † expreſſum in domino directu eſt, vt ſine contradictione eius alienatio fieret. Ita in deſcendentibus expreſſum aut agnatis fuerat *l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio l. ſi ſeruum §. non dixit Prætor. ff. de acquirenda hereditate l. Stichum qui mini erat ff. de legat. 1. l. vnic. § ſin autem ad deficientes. C. de cadu. tol. & c. inter corporalia. de tranſlat. epiſ.* hoc ipſo igitur quod verbum de contradictione factum in agnatis non eſt, de iure eorum non minuendo partes ſenſiſſe præſumptum eſt dicere, regula huc pertinet, de qua in *l. cum Prætor. ff. de iudic. l. maritum. C. de procurat.*

Vigeſimoquarto ſi interpretationem diuerſam agnoſcimus vt pro libidine paſſimq; alienari feudum permittatur, non modo verba illa fruſtra ſiunt, in feudum rectum, auitum, antiquũ, & ſecundum receptos patriæ Pedemontium mores, verum &
340 illa, Et iure feudi. Sed enim † eliminandam & propulſandam omnino hoc genus interpretationem, vnde verba tot in parte principali & cum myſterio inſerta ſterileſcunt, vanaque ſiunt, ſatis ſuperq; teſtatum habemus. *nu. 46. & 312.* In quo argumento obſeruandum, vbi controuerſiam res hæc haberet, atq; eiuſmodi eſſet, vt interpretationem pati inueſtiti debeant, quod modis omnib. ſancteque pernegamus. Attamen locum interpretationi huic non eſſe, vbicunq; frugi experta verba fierent. Ibi enim ius recipi id non ſolet, de quo in *l. veteribus. ff. de pactis. vt gl. magna ibi docet. & in l. lege. in gl. p. ff. locati* Felin. *inter conſ.* Ruini in *conſ. 206. num. 2. lib. 1.* Calc. in *conſil. 2. numer. 7. in fin.* Iaſon. in *l. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationib. ff. de verb. oblig.* Rub. Alex. in *l. non ſolum. §. morte. n. 283. de oper. noui nunc.* Quod locum habet etiam cum operari quidem verba poſſunt, verum efficax actus ad actionem non eſt.
341 Quapropter promitto † verbum in ſcriptura relatum, quod ad pollicitationem, pactum nudum, & ſtipulationem competit *l. ſciendum. §. 1. ff. de ædil. edict.* ad ſtipulationem in dubio trahitur & contra promiſſorem interpretatur, vt actionem pariat *l. cum ſciendum ff. de verb. oblig. §. ſi ſcriptum. Inſtit. de inutil. ſtipulatione.* Atqui inutile promitto verbum non ſit, ſi ad pactum nudum referatur, cum excipiendi & retinendi ius producat *leg. iuris gentium. § igitur nud. ff. de pactis.* Ita contra promiſſorem in gratiam actoris & contra dictam legem veteribus interpretatio fit, ne infructuoſum quantum ad actionem promitto verbum fiat. Ita ex Aret. percipitur in *d. l. ſciendum num. 5. verſic. poſſemus tamen dicere. ff. de verb. oblig.* Galliau. in *Rubr. eod. tit. num. 43. & ſeq.* Quid hic dicendum, vbi ex argumentis iam plurimis, tamquam fortiſſimis manifeſtum ſit in fauorem agnatorum aut deſcendentium interpretationem adhibendam.

Vigeſimoquinto, ambiguam rem eſſe fac, quam nitidiſſimam atque corruſcam vndique in gratiam agnatorum oſten-
342 dimus. Inter tamen † dubia vtilem gratioſamque agnatis & deſcendentib. admitti interpretationem conuenit, quamuis imputandum alias eis videatur, pro quibus interpoſitum pactum eſt. *dict. l. veterib.* quatenus naturæ & qualitati feudi interpretatio hæc attidet, quod extraneos non tequitur. Ita text. in *d. l. veterib. gloſſ. declarat in dict. l. in lege. gloſſ. fin. ff. locat.* Ad quam ſententiam ea conferunt, quæ de natura actus ſcripta ante ſunt. *numer. 314. & 319.*

Vigeſimoſexto vſque adeo interpretationi inimica lex eſt, onde infrugifera verba ſiunt, vt ad ius ea remittendum aut renunciandum producat, potius quam euaneſcant. Qua ratione
343 ad † fideicommiſſum credendum verba diuiſionis generalia proſunt, vbicunque ad ius referri aliud nequeunt. Bartol. & alii in *l. qui Romæ. § duo fratres. in 6. quæſt. ff. de verb. obl.* Ibiq; Crotus. *num. 128.* Ripa. *num. 79.* Bald. in *conſil. 440. factum proponitur eſſe tale. column. 2. circa med. verſ. item ſunt hic illa verba. libr. 3.* Alexan. in *conſ. 11. num. 13. verſic. ad prædicta beneficia. libr. 2. & in conſil. 102. num. 5. in fin. lib. 6.* Dec. in *conſ. 287. circa fin.* Ruin. in *conſ. 89. nu. 8. poſt princ. lib. 1. in conſ. 129. n. 18. in conſ. 144. num. 19. in conſ. 152. num. 8. libr. 2.* Soc. Iun. in *conſ. 116. nu. 30. & num. 74. lib. 1.* Pariſ. in *conſ. 71. nu. 14. libr. 3.*

Sed & ad † legitimam remittendam verba generalia valere, 344
quoties in iure alio prodeſſe nequeunt, Capra ſcribit in *conſil. 165. num. 22.* Socin. in *conſ. 150. num. 12. verſ. pondero etiam ſecundo. libr. 1.* Dec. in *conſ. 389. circa fin.*

Si ad remittendum & renunciandum verba valent, & ad renunciationem trahuntur, ne inutilia fiant. Quanto magis ad ius feudi referenda ſecundum naturam ſuam conſeruandam erunt, ne otioſa & frigida maneant. Quandoquidem fauorabilior conſeruandi quam renunciandi cauſa ſit. Ius quippe ſuum
conſeruare, non † etiam renunciare in dubio quis creditur. *leg.* 345
cum de indebito. ff. de probatio. cum aliis apud Decium collectis in *l. ſi quis iniquum. § ſi is pro quo num. 2. in fi. ff. quod quiſq. iuris. in l. 1. nu. 19. in fi. C. de pactis. in conſ. 352. col. pen. in conſ. 402. num. 3. in conſil. 460. num. 6. in conſ. 495. nu. 19. & in conſ. 625. num. 6.* In quam ſententiam non pauca accumularem, ſi bono hic cui eſſent. Huc etiam ſpectant quæ ſcripta ſupra habemus. *nu. 50.*

Vigeſimoſeptimo ex Bal. interpretatio † hæc & ratione for- 346
tiore iuuatur in *l. Liberti. nu. 18. in fi. C. de oper. libe.* Cum iura filia cedit, quæ in hereditate paterna habet, Si iuris quicquam in ea non competit, ceſſa iura intelligi, quæ ob dotem maternam repetendam habet, ne inepta, nullaue ceſſio fiat, ſequitur Marſ. *in repet. rub. de fideiuſſ. num. 254.* Ecce in renunciatione verba vulnerari, & paterna pro maternis accipi, ne irrita renunciatio fiat. Quid in conſeruatione admittendum, in qua verborum læſio illa non verſatur. Imo enim conſeruationi naturæ feudi quam accommodatiſſime verba applicantur. Quis igitur laturus erit vt ab effectu omni vacua verba illa taceant, & iure feudi, &c. vltra verba tot alia ſuperiora, in feudum rectum, auitum & antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium.

Vigeſimooctauo ex text. opinio hæc & † ratione etiam for- 347
tiore confirmatur in *l. Proculus. Ibiq. gl. ff. de vſufruct.* vbi cum vſumfructum ædium ita teſtator legat, ne alius ea ſtollere legatario liceat, quamuis illa prohibitio altius tollendi, ad diminutionem aut reſtrictionem facultatis pertineat, augmentũ tamen atq; ideo effectum contrarium parit, vt legata proprietas cenſeatur, ne inanis alias prohibitio fiat. Quis enim dubitat, ius altius tollendi fructuario non eſſe. Itaq; effectus vnius, id eſt, diminuendi cauſa introductum, effectum contrarium parit, potius quam vigore ſuo actus careat. Quid hic dicendum, vbi ex virtute aut momento verborum, effectus vllus contrarius non ſequitur. Imo enim ſecundum effectum, & cauſam ſuam verba intelligentur. Quoniam niſi ad conſenſum domini remittendum adiecta clauſula nõ eſt, & faciant quicquid velint. Quod vero ad agnatos pertinet, ius eorum aut naturam feudi minuere, in animo dominus non habuit. Imo n. ſaluum id facere ex verbis illis cenſit, & iure feudi faciant. Atq; ex verbis ſuperioribus, in feudum rectum, auitum, &c.

Vigeſimonono obſeruandum, clauſulam illam, in rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium in parte principali & diſpoſitiua inueſtituræ adſcriptam. Clauſulam vero, & faciant quicquid velint, in extrema ſerie & inter executoria ſubiectam. Proinde rationem magis
clauſulæ † habendam, quæ in parte principali poſita & diſpo- 348
ſitiua apparet. *Clem. 1. in fin. de præben.* Bart. in *l. 1. circa fin. ff. de offic. procurat. Cæſar.* Ant. & Butr. & Imola *in c. quoniam.* Abbas *col. fi. ff. de off. deleg.* Rom. in *conſ. 498. num. 19. verſ. quinta ratio.* Alex. in *l. & quia. num. 10. ff. de iuriſ. om. iud.* Quem text. vna ſimul interpretatur *cum l. notre eſt.* Dec. in *capit. relatum. numer. 4. de offic. deleg. in conſil. 38. column. 5. circa fin. verſicu. confirmatur hoc, quia illa verba. in conſil. 90. column. 2. circa fin. verſicul. 2. quia iſta vltima reformatio.* Iaſon. in *leg. ſin autem cum le. numer. 8. ff. de teſti. & cure. & in l. ex pupillari. num. 4. ff. de vulg.* Atque in ſpecie clauſulæ & quibus dederit, rationem eius nõ habendam, quoties inter executoria refertur, Dec. ſcribit in *conſ. 193. column. verſic. ſecundo reſpondetur.* Quod argumentum ratione efficaciore non paulo hic vrget. Siquidem ad naturam rei alterandam clauſula non valet, quæ adſcripta executoriæ eſt. Quamuis verba vlla nõ interueniant, quæ ad ipſam rei naturã conſeruandam ſpectant.

Quid

Quid dicendum hic erit, vbi verba tot, tamque clariſſima & in parte ipſa præcipua inueſtituræ conſtant, quæ naturæ feudi ipſius retinendæ cauſa expreſſa ſunt. In feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium. Atq; vbi inter acceſſoria omnino clauſulam hanc controuerſam, & faciant quicquid velint, inſertam non eſſe quiſpiam contendat, illud ſaltem non admittere non poterit, in parte longe potiore & præcipua magis verba illa adiecta, in feudum rectum, &c. Quocirca per abſurda res fuerit, per id, quod æq; principale non eſt, derogationem eius induci, quod principalius ſit. §. *ſi tamen alienam purpuram. Inſtit. de rerum diuiſio.*

Trigeſimo certiſſima atque apertiſſima verba inueſtituræ quantum ad naturam eius in ſuccedendo & alienando ſunt, vt ſentiatur ... auitum, antiquum, & probatis patriæ moribus con... Clauſula plane, & faciant quicquid velint, ſine contradictione ... comitis & heredum ſuorum, non niſi ratione contradictionis domini ... vt pore in qua læſione iuris deſcendentium agnatorumve men-
349 tio non fit, ea de re † pluſquam abſurdum fuerit, per voluntatem incertam, ei, quæ certa ſit derogari. *l. non quemadmodum. ff. de iudic. l. cum Titio. ff. ad legem Falc. l. ſi ſtipulatus. in prin. ff. de fideiuſ. c. niſi de renunciat. c. aliud. de cler. ægrotan. c. inuenis. cum ibi not. de ſponſal. cap. iudicantem. 30. q. 5. c. ſi quis poſitus in ſi. de pœnit. diſ. 7.*

Et quod certum eſt, in dubio admittendum, ea text. oſtenditur in *c. Deus omnipotens. 2. q. 1. in c. nullus. de pœniten. diſt. 6.* Et in ſpecie probationis, eam præualere, quæ certior ſit ex text. probatur in *l. ſi. C. de adult. dum Adria tollen. c. præterea. & c. in noſtra. de teſtib. c. ſi teſtes. 4. q. 3.* Bald. & alii in *l. de reb. nu. 2. C. de dona. ante nup.* Soc. in *conſ. 270. num. 2. in ſi. & ſeq. libr. 2.* Caccialup. in *conſ. poſt reſponſa Card. n. 39. verſ. Inſuper certitudo.* Iaſon. in *l. 1. num. 4. verſic. 2. ſingulariter limit. ff. ſolut. matr.*

Atque expreſſim magis, ex Inno. & aliis ſententia hæc declaratur in *c. auditis. de præſcr.* probationem, quæ in ſpecie ſit probationi antecellere, quæ in genere præſtatur. Id quia certior & liquida magis probatio eſt, quæ in ſpecie adhibetur, obſcuritatem genere inducente vt ſatis ſcriptum in ſuperioribus habe-
350 mus *num. 97.* Idq; locum & in confeſſione † habere, quæ in genere fit, vt quaſi incerta & obſcura confitenti non obſit. Bald. ſcribit in *conſil. 98. Beronius de Cono libr. 1. quod iteratum eſt in conſ. 383. lib. 5. cum aliis apud nos collectis in conſ. 157. num. 9. & ſeq.* Quibus Ioan. de Ana accedit. in *conſ. 17. col. 1. in ſi.* Fel. in *c. inter cæteras. nu. 7. & ſeq. de re iudic.* Alba. in *conſ. 14. nu. 3.* Cum Innoc. in *d. c. auditis.* Alex. conſentit. in *conſ. 88. num. 6. verſ. 3. etiam videtur. in conſ. 150. n. 22. in ſi. verſic. præterea iſtic teſtis. lib. 5.* Aret. in *conſ. 83. quia multa. col. pen. circa med. verſ. aduertat etiam iudex ad vnum* Soc. in *conſ. 96. col. penul. verſ. 3. quia teſtes. lib. 1. & in conſ. 34. num. 14. lib. 4.* Bald. Nouel. in *l. 1. num. 65. ff. ſol. mat.* Dec. in *conſ. 302. col. 6.* Ruin. in *conſ. 13. num. 14. in ſi. libr. 4. & apud nos in conſ. 94. num. 3.*

Itaq; cũ in ſpecie & nominatim expreſſum legatur, vt rectũ, auitum, antiquum, & moribus patriæ conſentientis feudum ſit. Quis adduci eo poterit, vt credat, ex verbis illis & faciant quicquid velint, ſine contradictione præfati domini comitis, quæ ad contradictionem domini ſpectant, & quę incerta & obſcura quantum ad incommodum agnatorum ſunt, feudi derogatum naturæ intelligi. Quod argumentum ſucceſſoribus in feudo mirifice opitulatur, controuerſiamq; cunctam diſſoluit, verbis etiam detractis & iure feudi faciant, &c. Quibus interuenientibus, mirum, ni à dubitatione omni vacua res exeat.
351 Inualeſcit argumentum † hoc quod fidei plus teſtibus duobus habetur, qui in ſpecie loquuntur, quam pluribus qui in genere teſtificantur. Nicola. de Neap. in *l. turpia. ff. de leg. 1.* Iaſ. in *conſ. 178. colum. 1. circa med. lib. 2.* Curt. in *tract. teſtium. conclu. 8.* Goza. in *conſ. 13. num. 57.* Soc. Iun. in *conſ. 88. num. 19. lib. 2.* Quid hic dicendum, vbi argumenta plura in ſpecie interueniunt, quæ ad feudi naturam conſeruandam ſpectant, quæ in verbis illis non obſcure emicant, rectum, auitum, antiquum, ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium. Sed & in clauſula ipſa, controuerſa, qua pars nititur, probatio in ſpecie vertitur, quæ deſiderio partis ſignificantiſſime reſtagatur. Et iure feudi, &c. Aduerſariis plane nihil in ſpecie præter remotionem conſenſus domini adminiculatur in verbis illis, ſine contradictione præfati domini comitis & heredum ſuorum.

Apparet etiam ex pluralitate hac argumentorum, quæ cum ſucceſſoribus in feudo faciunt potentiora in eorum probatio-
352 nem eſſe. Similiter † vt potentiorem probationem maior teſtium numerus, æqualiter ab aliis admiſſa, efficit. *l. 3. § eiuſdem. ff. de teſtib. c. in noſtra. eod. tit.* Bart. in *l. ſi duo. num. 4. verſ. quandoq; vtriq; probauit. ff. vti poſ. id.* Alex. in *conſ. 57. num. 11. libr. 7.* Quid enim plus eſt vincere ſemper ſoleat. Bal. in *conſ. 480. cum ſunt caſus. num. 3. lib. 5.* Inde fit, vt teſtes duo vni præſtent quacunq; præditus poteſtate ſit. *c. cum a nobis. c. licet ex quadam. & c. licet vniuerſis. de teſtib.* Dec. in *conſ. 384. col. 4.* & quod de vinculo duplici dicitur *Auth. itaq. C. commun. de ſucceſ.* a nobis alias *ſupra comportatu. num. 313. verſ. quod in præſumptione. n. 335.* Et probationem infirmiorem à potentiore elidi, ex text. oſtenditur in *l. ob carmen § ſi teſtes ff. de teſtib.* Bald. in *conſ. 390. tam proſunda col. 1. lib. 2.* Rom. in *conſ. 156 honorande domine. circa ſi.* Potentior plane probatio ſucceſſorum in feudo, non modo ex pluralitate argumentorum, ſed & ea eo oſtenditur, quod rationi magis congruit. Bald. in *l. qui accu. ate n. 4. in ſi. C. de eden. & in l. teſtium. col. ſi. verſ. 3. idem. C. de teſtib.* Veronen. in *conſ. 60. n. 4.* An non ratione proprior, feudum iuriſdictionis, comitatus præcipue, in gente & familia vaſallorum permanere, quam ad alienos ambulando, intercidere? Qui etiam diuiſionem in feudo comitatus ob dignitatem eius ius non recipit. *c. 1. § præterea ducatus. de prohi. alie. feud. per Fred.* Abb. in *conſ. 3. nu. 2. poſt med. libr. 2.* Bald. huc ſpectat in *auth. habita. num. 33. C. ne filius pro patre.* potentius priuilegium haberi, in quo ratio maior contingit. Sequitur Decius in *c. in præſentia. num. 51. circa ſi. de probatio.* Hoc Amplius Alex. ſcribit in *conſ. 27. in ſi. lib. 2.* Teſtes pauciores præferri, quorum dicta rationi magis conſentiunt. Idem Curtius Sen. probat in *conſ. 71. num. 7. poſt med. verſ. vel quando teſtes n. pauciore numer.* Quid hic admittendum, vbi argumenta longe plura ratione maiore nituntur. Potentior item probatio & interpretatio hæc habetur, quia feudi naturæ fauet *d. l. ob carmen § ſi teſtes.* Secundum quæ, non poteſt fortior probatio & interpretatio non haberi, quæ ad feudum conſeruandũ, & alienationem eius prohibendam reſpicit. Ex Bart. ſententia hæc iuuatur in *extrauagan. ad reprimendum. in verſ. non obſtantib. col. 2.*

Potentius priuilegium intelligi, in quo vtilitas maior apparet. Idem Dec. probat in *d. c. in præſentia. num. 52. ante ſi. in conſil. 3. n. 6. in conſ. 44. ante ſi. & in conſ. 147. col. ſi. in prin.* Maiorem porro vtilitatem in feudo inter agnatos conſeruando, quam in permiſſione alienandi verſari, quis dubitet. Inde dicitur, vtilem reipublicæ deſcripturam aut diſpoſitioné eſſe, qua in familia bona cuſtodiuntur. *l. 1. § antepenult.* Ibi publice enim intereſt, partus non ſubiici, vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit. *ff. de ventre inſpi.* Bald. in *d. Authen. habita. n. 10. in ſi. C. ne filius pro patre.* Scite Ang. in *conſ. 68. Martinus Ioannes. numer. 4.* Paul. de Caſtr. in *conſil. 421. quod iſta mater. col. 3. lib. 1. & in conſ. 83. præſens caſus. col. 1. lib. 2.* Alex. in *conſ. 36. num. 17. verſ. & præſertim, quia ſecundum eos. in conſ. 134. num. 3. & in conſ. 144. num. 6. libr. 6.* Socin. in *conſil. 128. num. 5. lib. 4.* Dec. in *conſil. 372. num. 8.*

Qua ratione potior † agnatorum, quam cognatorum con- 353
ditio apud veteres erat. *§ cæterum. verſ. qua de cauſa. Inſti. de legit. agnat. ſucceſ. § item vetuſtas. inſtitut. de hered. quæ ab inte. defer.* Anchar. in *conſ. 352. plura ſunt dubia. num. 1. poſt med.*

Et quamuis contra cognatos fauoris receptus apud Iuſtinianum non ſit, perinde quaſi iuri naturæ obſtet *l. ſi. C. de lib. præter.* Attamen contra extraneos rationem ſummam habet, ne ad alienos vel obſcuros & infimos feuda abeant. *l. ſi. C. de teſtam. mili.* Imo ne liberis extranei anteſtent, conditionem in fideicommiſſis ſubaudiendam lex cenſuit, de qua in *l. cum auus. ff. de cond. & demonſt. in l. generaliter. § cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtit. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* Hoc amplius † verborum offenſionem lex 354
agnoſcit, potiuſquam poſteritati extranei præuertantur. *l. ſi is qui. 22. § item ſi pater. ff. de reb. dub. ſecundum gloſ. ſenſum calculo frequentiore receptum.* Idque Ruino viſum in *conſil. 188. nu. 6. libr. 2. & in conſil. 159. num. 20. libr. 3.*

Sed enim deſcendentium in feudo cauſa ſemper vertitur. Ad quod non aliter agnati admittuntur, qui ex latere nouiſſimo defuncto coniunguntur, niſi in linea deſcendentium eius ſint, qui inueſtitus primum ſeu caput aut origo feudi eſt. *cap. 1. § cum autem.* Ibique Doct. *qui feudum dare poſſ. cap. 1. § 1. de ſucceſ. feud. verſic. his vero deficientib. & verſic. ſi enim Titius. aut. de ſucceſ. fratrum. alias de grad. ſucceſ. in feud. c. 1. de beneſi. fra.* vbi fratri frater in feudo non ſuccedit, quod quæſitum à fratre eſt, ſi frater repellitur, ergo & qui ab eo deſcenduhe. *d. cap. 1. § hoc autem notandum. qui feu. dare poſſ.* cum aliis apud Iaſon. relatis in *l. Gallus. § nunc de lege. nu. 12. verſ. 3. adde. ff. de lib. & poſth. De quo etiam ſupra num. 334.*

Idque vt neceſſe ſit, ab authore primo feudi eum exiſtere, qui feudum aſpirat, ex text. omnium ſignificatiſſimo declara-

tur in capitu. 1. in fin. Ibique Afflict. num. 12. in vltimo nota. ſi vaſal. feud. priua. eo deſerat. Idem Afflict. ſcribit deciſ. 293. At aliam agantia. Ne-
355 ceſſarios † item nedum deſcendentes extraneis text. antepoſuit in l. antepenultimum. ff. de pactis. in l. 1. ff. de priuil. credit. In beneficiis item conferendis, coniunctis ius alienos poſtponi l. in eccleſiis. Cod. de epiſ. & cler. c. nullus inuitus. 61. diſt. c. nouimus. 80. diſt. gl. in c. ſi propoſuerit. de reſcript. regula cancell. 15. Sed & in eleemoſynis erogandis deteriorem alienorum eſſe conditionem conuenit. l. 2. in fin. Ibique Io. de Pla. C. de annon. ciuil. libr. 10. Anchar. in conſil. 436. in his dubiis. Quis igitur iure prelationem diuerſam perferat, vnde ad intimates & humiliore loco natos feudum veniat.

Sententia hac aggestibus his legitimis, tamque munitiſſimis & firmiſſimis roborata, reliqui aliud non ſuperat, quam vt aduerſaria propulſemus, quib. fuſis in tranquillo ſint omnia. Itaque argumentum primum non mouet, de quo. nu. 292. & quod ex tex. pendet in dict. cap. de feudo non haben. propriam natu. fin. alienabile feudum ex clauſula intelligi, & faciant quicquid facere voluerint, ſimiliter et ex clauſula, & quibus ded[illegible] ſiue differentiæ quicquam non videri, ſublatum enim argumentum hoc eſt ſuperioribus, atque per argumentum vnum ſupra triginta apparet. Quę omnia ad confutationem argumenti memorati ſpectant. Quod in textu prędicto conſiſtit. Ex quibus argumentis triginta & vno apparet, certiam multo aliam inueſtituræ & clauſulæ controuerſæ, atque Text. eſſe in d. c. 1. In quo verba aſcripta illa non ſunt, in feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium. Vnde quod alienabile feudum ex clauſula illa fiat, & quibus dederit, abſurdi quicquam non conſequitur. Abſurda plane non pauca in ſpecie controuerſa ſequi, ſi alienabile & hereditarium ſimpliciter feudum dicimus, verbis plurib. reſtatum in ſuperioribus habemus. Quid enim abſurdius, quam verba tot in parte præcipua ſcriptente, & non ſine myſterio inſerta, mortua prorſus iacere, ab omnique vacua effectu eſſe. Contradictionem & correctionem voluntatis diſponentium ex continenti induci.

Secundum in d. cap. 1. de feudo non haben. propriam na. fin. reſtricta ad contradictionem domini, ſeu reſpectu eius adiecta verba illa non ſimiliter vt hic ſunt. Vbi reſpectus cõſenſus domini remittendi, clauſula expreſſa eſt, & faciant quicquid velint, ſine contradictione præfati domini comitis & heredum ſuorum. Pro-
356 inde verba † reſtringi hæc oportet, vt quo prolata reſpectu ſunt, intelligantur. l. item eorum. in prin. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. l. ſi quis dominus. §. quod tamen. ff. de loca. leg. profecticia. §. penultim. ff. de iur. dot. l. mulier. §. fin. l. debitoris. §. fin. l. reſtituta. ff. ad Treb. l. ſi à me. ff. ad l. Falcid. leg. 3. §. 2. ibi ſed & ſiquidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negocia adminiſtret. ff. eod. l. ſolus. l. vniteſtat. ff. de legiti. tutor. §. quod autem. inſtit. de legit. agnat. §. fin. Inſtit. de codo. c. 1. § ſi quis per triguinta. in verſic. V ſ feudum. ſi de feudo fuerit contentio inter domi. & agn. Socin. in conſil. 29. num. 23. lib. 3. Dec. in c. 2. in 13. nota. de poſtulat. prælat. in c. ſi pro debilitate. num. 6. circa fin. de offic. deleg. in conſ. 283. col. 1. circa med.

Huc & illud confert, ad id feudi alterationem reſtringendam, in quo facta eſt. d. cap. 1. Rom. in conſ. 70. num. 2. Alex. in conſil. 30. in pr. libr. 1. quod repetitum eſt in conſ. 1. nu. 14. lib. 5. Socin. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. num. 6. poſt princ. ff. de lib. & poſt. Dec. in conſ. 53. column. 2. verſ. & quia vt ſupra in conſ. 183. num. 5. & alia complura. Reſtringenda igitur alteratio ad conſenſum domini remittendum erit, in quo facta legitur.

Tertio reſpondetur, de perſonis in d. c. 1. de feudo non hab. propriam nat. feudi mentionem in genere fieri, ad quas feudum transferri ſimpliciter poſſit, & quibus dederit. In ſpecie plane controuerſa, niſi de conſenſu domini remittendo memoria non habetur. Quod autem ad eos attinet, in quos tranſlatio fiat, verum permiſſum id ſimpliciter ſit, ita vt conſenſus etiam remiſſus agnatorum dicatur, verbum factum non eſt. Ob id cum actum prius ſit, vt rectum, auitum, &c. feudum ſit, à natura recedi feudi non debet, per ea, quæ locupletius dicta in ſuperioribus ſunt. numer.
357 318. & ſequ. Neq; à iure † natura feudi diſcedi per tacitos & ſubauditos ſenſus oportet. gloſſ. & Doct. in c. cupientes §. quod ſi per viginti. in verſic. petere. & in verſ. priuatos. de elect. lib. 6. Fulg. in l. vt liberis. num. 5. per glo. ibi. C. de colla. Aret. in conſ. 27. num. 4. Socin. in l. Marcellus. §. 1. col. 5. in pr. ſi. ff. ad Treb. in conſ. 122. num. 4. lib. 3. Decius in conſ. 35. num. 6. libr. 4. Iaſon. in l. ſi arrogator. nu. 51. verſ. Sed non eſſet tutum reſponſum ff. de adoptio. in auth. nouiſſima. num. 68. C. de inoffic. teſtam. vel ſiunt certa. numer. 5. C. de teſtam. milit. Inde fit, vt ad correctionem in dictio taxatiua non protit. Id quia ſenſus eius exclusiuus tacitus eſt. Bartol. in l. 1. §. cum Titia. ff. de alim. leg. Aret. in d. conſ. 27. num. 4. & quod ſcriptum ſupra eſt nu. 319. in fin.

Imo enim econtrario contrarietatis ant correctionis excludendæ cauſa permittitur ſubauditio ſolet. gl. in c. Attaldus. 8. q. 3. Abb. in c. gratum. num. 2. de offi. deleg. a. Rim. in conſ. 70. num. 11. lib. 1.

Quarto reſpondetur, per inueſtituras † alias poſteriores 358
clauſulam hanc declarari, ne alteratio feudi facta præterquam in conſenſu domini remittendum cenſeatur. Quibus inueſtituris mentio feudi recti & antiqui citra alienandi facta poteſtatem eſt. Ita in clauſula, & quibus dederit. Dec. reſpondet in d. conſil. 193. col. 4. verſ. & hoc multum confirmatur. Et ſcripturam vnam per aliam declarari, ex tex. oſtenditur in c. ex litteris. Ibiq. Bald. col. 1. in fi. verſic. in tex. ibi ſuper illa. de praeſcr. Alex. in conſ. 52. numer. 23. lib. 4. Barb. inter conſ. Alex. in conſ. 94. col. 1. lib. 5. Soc. in conſ. 27. colu. 2. lib. 4. & conſ. lib. 2. conſ. 79. num. 3. Dec. in conſ. 190. col. 3. Soc. Iun. in conſ. De[illegible] etiam dictum ſupra habemus [illegible]

Quinto [illegible] † clauſulam fieri, & quibus de- 359
derit, vbicunque pro deſcendentibus aut agnatis feudum acquiritur. Quia ad deſcendentes agnatoſue tale reſtringitur alienandi oportet. Gozad. in conſil. 4. num. 13. in fin. verſ. 6. fortius. Sed enim ſi rectum, auitum, antiquum, & ad patriæ mores conſentaneum feudum eſſe, diſponentibus placuit, vtiq; non pro deſcendentibus concedi id non potuiſſe, declaratum ſupra ſatis eſt n. 334. & num. 354. verſ. Sed enim.

Sexto ad tex. memoratum reſpondetur, ipſum retorquendo. In fin. enim expreſſum eſt, vigoris vllius clauſulam illam non eſſe, & faciant quicquid velint, ſeu, & quibus dederint, vbicunq; ex verbis aliis inueſtituræ reſtrictiu clauſulæ facta id genus apparet, veluti ſi adiectum ſit, & quibus † in feudum dederit. Sed 360
enim reſtrictionem hic factam multiplicem conſtat. Principio in verbis illis, in feudum rectum, auitum, &c. Secundo per verba illa, ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium. Tertio in verbis illis, & iure feudi. Quarto ſub verbis illis, ſine contradictione præfati domini comitis, & heredum ſuorum, reſpectu quorum clauſulam hanc adiectam oſtendimus, & faciant quicquid, &c. Atque ideo reſpectum, quo prolata ſunt, verba reſtringenda.

Septimo ex Bald. reſponſio † hæc ſeatatur in l. liberis. nu. 361
33. C. de ope. lib. Cum feudum vaſallo & cui ius dabit, conceſſum eſt, niſi puram & meram feudi naturam verbis his exprimi, quoniam ad ius verba pacti aut conceſſionis ſpectant, ſequitur Afflict. in d. c. 1. nu. 1. in fi. de feud. non hab. propriam na. fin. Atqui ad ius hic relatio fit, & iure feudi faciant, &c. Id eſt, ſecundum ius feudi, & prout natura eius fert, ſic quomodo enarratum in ſuperiorib. habemus. nu. 351. & nu. 337. Declarationi huic vltra Affli. Signor. etiam abblanditur in conſ. 10. n. 1. in fi.

Octauo ratione validiore tex. reuicimus in d. cap. 1. in fin. de feudo non haben. propriam nat. feudi. Ibi enim feudi alteratio fieri, cum dictum eſt, & cui in feudum dederit. At enim ratio fortior alterationi contradicit, ad ius expreſſim relatio fit, & faciant iure feudi. In qua reſponſione & ratione validiore, obſeruandum, non modo iuris, ſed & feudi etiam mentionem fieri, & iure feudi faciant, &c. l. Lucius. ff. ad Trebell.

Nono ex Curtio poſteriore † reſponſio hæc confirmatur in 362
con. 136. nu. 7. pro non ſcripta clauſula habetur, & quibus dederit. Idem Campeg. probat in conſ. 1. col. 2. poſt med. verſ. 1. ex hoc inter conſ. Brunn. vbi locum textui non putat in d. c. 1, cum vaſallo feudi conceſſio ſit, & cauſam ab eo legitimam habenti. Quid porro intereſt, vtrum dicatur, & cui legitime dederit, vel cauſam ab eo legitimam habenti, an iure feudi faciant, &c.

Decimo demonſtratum ſupra habemus † numer. 337. Idem 363
verba iſta, & iure feudi faciant, &c. atq; illa valere, & ex cauſa feudi faciant, &c. vnde ex tex. ipſo in d. c. 1. in fin. controuerſia explicari cuncta videtur. Quatenus locum text. non habet, cum ita conceſſio ſit, & cui in feudum dederis. Quę verba ad cauſam a[illegible] haud dubie pertinent, id eſt, cui ex cauſa feudi dederis.

Vndecimo aliter etiam tex. retorquetur. Quoniam reſponſionibus omnibus tacentibus, de quib. ſupra, ſi alienabile atq; hereditarium feudum ſimpliciter facimus, qua ratione ex toto transferri in extraneos poterat, longe magis natura eius alteratur, vt ex improprio proprium fieret.

Sic quomodo inueſtituræ docent, quę inſecutæ poſtea ſunt, per ea quæ dicta in ſuperioribus habemus. numer. 328. & deinc. ſequ.

Apparet

Apparet ex his, rationem non modo diuerſam clauſulæ cõtrouerſæ ſub inueſtitura memorata comprehenſæ, atque illius eſſe, de qua in *d. cap. 1. feud. non habent propriam nat. feudi*, ſed & contrarium tex. in *d. c. 1.* aduerſariis reſiſtere.

Ex confutatione argumenti huius, diſſolutum & alterum liquet, inueſtituræ priori ſtandum. Quoniam vt id admittamus, ad rem tamen non attinet. Siquidem vtilis aduerſariis inueſtitura ipſa non eſt, per quam alterationem vllam inductam feudi nõ eſſe, ſatis ſuperq; teſtatum in ſuperioribus habemus. Vnde cum rectum, verum & proprium feudum quantum ad ſucceſſionem maſculis interuenientibus ſit, nihil eſt, quod inueſtitura memorata aduerſarii nitantur.

364 Secundum improprium, alienabile, atq; † hereditarium ſimpliciter eſto feudum Noni ſit, aduerſariis id tamen oneroſum, nedum lucroſum oſtendimus. Quandoquidem ſi pro arbitrio feudi ius diſponendi ſuit, facta diſpoſitio inueſtituris non partes legitus, Quibus ad naturam ſuam redactum feudum eſt. In qua re meliorem ſucceſſorum factam conditionem eſſe teſtatum ante habemus *nu.* 330. Et qua ratione inueſtituris & recognitionibus hoc genus venditor ipſe obſtrepere vaſallos non permitteretur, ſi inter viuos eſſet, ita nec contra eos quid dicere ſucceſſoribus eius ſingularibus licere demonſtratum ſupra eſt, *nu.* 3 9. Et infra etiam id iuuatur *nu.* 420.

365 Locum prædicta eo ſuſtius † habent, quod ad naturam ſuam propius feudum recidit *l. e. pon. ff. de uſſ. & iure. l. ſi vnus. § pactus ne peteret. verſicul. quod & in ſpecie ff. de pactis l. ſilio quem pater. ff. de lib. & poſthum. gloſſ. in c. cum V. in conuerſis. in verſic. certus de electio. c. ab exordio. 25 diſt.* & illud Boetii in tertio de philoſophia, conſilia repetũt proprios quæque recurſus, redituque ſuo ſingula gaudent. De quo Socin. meminit in *conſ. 35. nu. 6. lib. 2.* Inde ſcriptum Imola reliquit in *conſ. 52. in fi.* facile renunciationem induci, vbicunque ad naturam res ſuam recidit. Alienandi item prohibitio ad eam non trahitur, vnde naturæ res ſuæ reſtituitur. Signorol. in *conſ. 10. nu. 7. verſ. 3. fi.* Æque teſtamentum poſterius non ſolenne priori derogat, quoties naturæ ſuæ aut iuri communi poſterius conſentit. *l. 2. ff. de iniuſto teſtam. l. hac conſultiſſima. § ſi quis autem. C. qui teſt. am. fa. poſſ.* Ruin. in *conſ. 106. nu. 8. in fi. lib. 1.* De quo vberius apud Doc. in *d. § ſi quis autem.* Et quod Boeri. ſcribit in *conſ. 42. nu. 7. & ſeq.* locum iuri retractus non eſſe, vbicunque ad priorem res dominum reuertitur. Atque in ſpecie feudi Ruin. ſcribit in *conſ. 2. nu. 8. libro* 1. iniuſſu domini in eum feudum denuo transferri qui inueſtitus olim fuerat. Sed accommodate magis atq; in feudi ſpecie huc quadrat, quod ſcriptum ante eſt *numer.* 329. *ver. hoc amplius. & infra nu.* 370. *& ſeq.*

366 Si dixeris, inter has clauſulas diuerſas † ſeu varie conceptas ad modum memoratum enucleatas contrarietatem intercedere. Ob id nihil eſſe, quod vni magis quam alteri filius aut agnatus fidat. Reſpondetur, ſi contrarias inueſtituras in clauſula hac facimus, nihili clauſulas ipſas faciendas. Atque opem ab eis fruſtra aduerſarios expectare *l. vbi repugnantia.* Ibique Dec. *nu.* 3. *ff. de reg. iur. l. ſcripturæ. C. de fide inſt. c. imputari. de ſe.* Bal. in *l. optimam. nu.* 11. *C. de contrahen. & committen. ſtipula.* Alex. in *l. 1. in princi. ff. de operis noui nuncia.* Soc. ion. in *conſ. 3. nu. 11. lib. 1.*

367 Secundo reſpondetur, contradictione † inter clauſulas has admiſſa, potiorem negatiuam aut prohibitoriam eſſe, qua in alienos tranſmittere feudum non licet. Bal. & alii in *l. Ruffinum. C. de teſta. mil.* Dec. in *conſ. 44. col. fi. conſ. 147. col. pen. circa fi. conſ. 567. nu.* 3. *conſ. 581. nu. 7. in fi. & conſ. 617. col. 1. circa med.* Negationem porro aut prohibitionẽ in clauſula hac verſari, & iure feudi faciant, &c. proculdubio eſt, vtpote per quam niſi pro iure aut natura feudi alienare id non conceditur.

368 Tertio in contrariis potius † id habendum, quod ſpeciale magis eſt. Bal. in *Authen. habita. num.* 33. *C. ne filius pro patre. & in l. hac conſultiſſima. in princ. numer. 2. verſ. tu vero conſidera. C. qui teſtam. fa. poſſ.* Dec. in *conſ. 3. num. 6. conſ. 18. num. 1. in fi. & in d. conſ. 147. colum. fi.* Iaſ. in *l. Titia textores. num. 27. ff. de lega. 1. & in d. l. ſi Ruffinus. nu. 3. C. de teſt. ac mil.* Ratio eadem præſumptionum eſt, quæ inuicem pugnant, vt potior ſpecialis habeatur, & ſpeciem vtraque interuenientem, quæ ſpecialis magis eſt antestat *l. cum de indebito.* Ibique Barto. *ff. de proba. l. ſi vxor adultera.* Ibique Doct. *C. de adul. l. mater.* Ibiq; Ang. & Sal. *C. de calumnia.* Signorol. in *conſ. 67. numer. 2. circa med. & conſil. 110. numer.* 5. Bal. in *l. ſiue poſſidetis. col. 1. C. de prob.* Anch. in *conſil.* 305; *Arbitrium de quo ſupra poſt prin. & nu.* 2. Ruin. in *conſ. 100. num. 4. circa fi. lib.* 3. Sed enim in ſpecie clauſula loquitur, & iure feudi faciant, &c. in ſpecie enim declaratur, quomodo diſponi feudum poſſit, id eſt, dum iure feudi modo id fiat. Rurſus in ſpecie declaratur, quomodo intelligi clauſula hæc debeat, id eſt, ratione conſenſus domini remittendi, vt ſine contradictione facere eius liceat. Quæ in ſpecie demonſtratio facta in inueſtitura alia non ſimiliter eſt.

Quarto inter inſtrumenta duo, quæ † ſecum diſſidet, fidem 369 id habet, quod adminiculis maioribus iuuatur. Bal. in *l. optimam. numero 12. C. de contra. & committen. ſtip.* Alexandrin. in *conſilio 190. numero 22. libro ſexto.* Sed enim adminiculis maioribus adiuuatur, in quo niſi feudi iure alienare id non licet. Maius quippe adminiculum habetur, quod iuri communi & naturæ feudi conſentit. Potentius enim id habetur, quod fauorabilius eſt. *l. veritm. § final. ff. de mino. l. ſi hominem. §. quoties. ff. depoſ. l. interdum. ff. qui potior. in pri. hab. l. ſi pupillus. ff. ad l. Falcid. l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.* Bald. Angel. & alii in *l. Titia textores.* Ibique Iaſo. *numero 26. in fi. ff. de lega.* 1. Decius in *d. c. in præſentia. num. 15. circa fi. verſic. ſimiliter potentior dicitur. de probat.* Iaſ. in *d. l. ſi Ruffinus. numero ſecundo.* Sed enim † fauorabilior iuris communis feudorum obſeruatio, quam diſceſſus ab eo æſtimatur *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſicul. quod & in ſpecie. ff. de pactis l. non ſtatim. cum ibi not. ff. de pecu. l. 2. C. de nox. a. c. cum dilectus. de conſuetud. c. ab exordio. 35. diſt. gloſ. in Clem. 31. de beneficio. de præben.* Calder. in *conſilio 7. de reſcript. in conſilio 12. de præben.* Ancha. in *conſilio 131. ad euidentiam.* Roman. in *conſilio 237. clarum eſt.* Et latiſſime verba interpretanda, quoties ita interpretando ad ius commune reditur. Abb. ſcribit in *d. c. cum dilectus. numero 6. de conſue.* Roman. in *conſilio 318. quæritur. numero 6.* Socin. in *conſi. 38. numer. 5. verſi. ſexto & vltimo. libr. 1.* Lecius in *c. cauſam quæ. num. 5. in fi. de reſcripto.* Ea ratione † extenſio permitti in 371 correctoriis ſolet, quoties extendendo, ius ipſum commune renouatur. *gloſ. in c. ſtatutum. in verſ. numer. eodem. de præben. libro 6. in cap. 1. in verſi. beneficia. & in gl. ſeq. ibi. in tex. de rerum permut. eod. lib.* cum aliis apud Iaſ. accumulatis in *d. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in quarto not. in l. proper. eodem in ... num. 27. C. de iudic.* Ruin. in *conſilio 195. numer. 29. libr. 1.* Appoſite huc quadrat, quod ſcriptum ante habemus *nu. 329. verſic. hoc amplius. & nu.* 365. Secundum adminiculum & ipſum validiſſimum in verbis illis ſubeſt, in feudum rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas conſuetudines patriæ Pedemontium, quæ nihil alias facerent, niſi interpretationem recipimus, qua feudi alienatio prohibetur. Tertium adminiculum ab obſeruatione ſecuta deſumitur, quia pro feudo recto, obſeruatum, auito & antiquo ſemper eſt. Quam obſeruationem interpretationem optimam demõſtratum in ſuperioribus habemus, *num.* 317.

370 (printed beside "rum obſeruatio")

Quinto in ſcripturarum certamine † fidem præuerti eius 372 conuenit, quæ veriſimilior eſt, aut veriſimiliora habet. Qua ratione fidem maiorem teſtes pauciores habent, qui veriſimilia magis dicunt. *l. ob carmen. § ſi. ff. de teſtibus. c. in noſtra. eo. titul. & apud nos in conſil. 6. numer. 65. & in conſilio 195. numer.* 10. Inde etiam fit, vt potiores teſtes habeantur, qui negatiuam proferunt, ſi veriſimilior ſit. *gloſ. in c. clerici. 81. diſt.* cum aliis apud Soci. Iunior. relatis in *conſ. 183. numer. 13. lib.* 2. Suſpecti enim teſtes habentur, qui diſſimilia veri aſſerunt. Abb. in *c. quia verſimile. circa fin. de præſumptio. cum aliis apud nos relatis conſilio 28. in prin. conſ. 113. num. 12. & conſil. 171. nu.* 6. Quocirca † teſtibus plane teſtificantibus fidem tunc 373 non adhibere iudex permittitur. Bal. & Angel. in *l. 1. in ... ff. de infam.* Fel. in *c. audito. num. 13. de præſcriptio.* Curtius Iunior in *conſ. 27. nu.* 6. Cauſam eandem inſtrumenti eſſe, ne fidem habeat, ſi rem veri non ſimilem habet Bal. ſcribit in *l. ſcriptura. num. 6. C. de fide inſtrum.* cum aliis apud nos collectis *conſ. 134. num.* 38. Hoc ita admiſſo, vt in ſcripturis pugnantibus ea anteſtet, quæ veriſimiliora loquitur, veriſimilius id † exiſtimatur: quod cum iure communi & 374 rei natura conſentit. Innoc. in *d. c. audito. num. 4. verſ. ſolutio ſi teſtes.* Ibique Ant. *nu.* 15. latius Fel. *num. 23. de præſcript.* Aret. in *conſ. 44. in fi.* Sed enim iuri communi haud dubie inueſtitura adblanditur; qua niſi iure feudi diſpoſitio permiſſa eius non eſt. Ob id nihil fieri inueſtitoram alium oportet, quæ diſſimilis huic eſſet. Quamuis diſſimilitudinis quicquam non intercedat. Atq; in ſpecie inueſtituræ † interpretãdæ, meliorem interpretatio- 375 nem iudicari, quæ ſecundum commune feudorum ius ſit, Alex. tradit in *conſ. 16. num. quinto verſic. debet ergo. libro* 5. Brun. in *conſi. 80. n.* 3. Sigiſmun. in *conſ. 1. nu.* 119. Soc. Iunior in *conſi. 103. n. 4. lib.* 2. Quid hic dicendum, vbi perſpicua partium mens lucet, vt iuri feudorum feudum contrarium controuerſum non eſſet, in verbis illis rectum, auitum, antiquum, & ſecundum bonas cõſuetudines patriæ Pedemontium.

376 Sexto in ſcripturarũ † concertatione electio eius agnoſcenda, in qua vtilitas maior vertitur. Barto. in *extrauag. ad reprimendum in verſic. non obſt. antib. colum. 1. cum aliis ante relatis num. 352. verſic. ex Bar. ſententia hac mutatur, &c.* Sed enim vtilitatem locupletiorem non paulo ſub inueſtitura contineri, qua niſi ſecundum ius feudi permiſſa alienatio eius non eſt, dilucide teſtatum in *d. nu. 352.* habemos.

377 Septimo ex Bellam. ſententia hæc † iuuatur. Deciſ. 327. *ſi producantur.* Cum teſtamenta duo eiuſdem teſtatoris eodem die per notarium eundem conſcripta proferuntur. Quorum altero ſub conditione, pure altero eidem relictum legatum ſit: Teſtamento ſtandum, in quo cõditio adſcripta legato eſt. Sequitur Boer. *q. 252. nu. 6. verſ. & idem quando ab vno.* Quod dictum ratione fortiore hic confert, ne à iure communi diſceſſum ſententiorum intelligatur.

Octauo fruſtra diſceptationis huius ſaxum voluitur. Quando quidem nulla inter inueſtituras has contradictio vertitur. Siquidem nec per inueſtituram alienari feudum conceditur. In qua clauſula expreſſa ſimpliciter legitur, & faciãt quicquid velint. verbis illis detractis, & iure feudi. Sic quomodo ſuperius teſtatum argumẽtis ſeptem ſupra decem habemus, quæ ad clauſulam illam profligandam ſpectant, & faciant quicquid velint, ſine verbis illis, & iure feudi. Sed & ex argumentis in clauſula illa exponenda factis, & iure feudi, &c. non pauca inueniuntur, quæ ad clauſulam alteram condocunt, & faciant quicquid velint, verbis illis imputatis, & iure feudi, &c. In dubio item contrarietatem excludendam, ſatis ſuperq; ſcriptum in ſuperioribus eſt, *nu. 50. & plurib. ſeq.*

Satis in his dictum de inueſtitura habemus ſub anno 1291. 378 dieq; 18. Ianuarii conſcripta. In qua † modeſtiam meam apud eos eſſe compertam volui, qui iudicii acta percurrerent. Quibus non modo plus animo aduerſarii ſibi placent. Sed & doli inculare generum videntur, perinde quaſi ſciens, prudenſue hoc generis tectam inueſtituram habuerit. Quam genero ipſi vtilem eſſe, non obſcurum ex ſuperioribus ſit. Tametſi à dolo, arteue quid facere, neq; generi mi noris, neq; gentis eius illuſtris ſit. Sed enim iuriſconſultorum talis rationibuſq; non dictis acutioribus, linguæue licentia controuerſias peragi iudiciales oportet. Ad extremum ſi quæ acta aut conſtituta à ſenatu excellentiſſimo contra S. leguntur, mirum ni flocci facta inueſtitura controuerſa arguatur ſub anno 1291.

Sed quæſtio hic in lite incurrit, quam à S. gener patitur. Poſtquam diſpendiis non leuibus in iudicio factis, non perinde, vt ſpectabat, S. ipſi iudici alea ceſſit, & quam per delegatum ſententiam euicerat, ni melius reformatam per appellationem cognouit, à remedio alio opem petiit, hoc eſt, ob cauſas initio neceſſarias æs conflatum alienum propoſuit. De quo iudicium hoc illatum genero eſt. Videndum, morbo ne eius mederi remedio hoc recens adhibito poſſit. In qua re primum omnium obſeruandum ſumptuum omnium aduerſarium condemnandum, quicunque facti in diem huuc ſunt, Cuius rei grata ſciendum, factum hic alienum quantum ad generum in ius vocatum verſari, & quod ipſo impubere contractum cum patre dicitur. Quo caſu cum ignorantiam excuſare minor permitta-379 tur. *l. qui in alterius. ff. de regul. iuris.* In reo impubere tunc † dici poteſt, etiam quæ viuiſſet, ignoraſſe. *l. nam et ſi. in fin. ff. de alien. iudic. mut. cau. fac. l. cum prætor. §. penultim. Ibi quia iudicio carent. ff. de iudic. l. pupillum. ibi neque enim ſcire, neque diſcernere talis ætas poteſt non magis quam furioſus. ff. de acquir. hered. l. 2. circa fin. C. de falſa monet. §. præterea. Inſtitut. quibus non eſt per. facere teſtam. c. ſunt qui opes. quæſt. 4. c. vn. de conſecra. diſt. 4. gloſſ. in c. 1. in ver. plenum de regul. libro ſexto.* vnde cum culpæ quicquam pati reus minor nequeat, ſtetendum quod poteſt & debet, eccleſiæ exemplo tuetur. Et obiectum in ſolo ſit, locum decretis non eſſe, quibus feudi alienatio permiſſa niſi propter cauſas neceſſarias non eſt, in culpa manifeſta ris aduerſarius fuit, qui ſub ipſum initium cauſas ipſas neceſſitatis non propo-380 ſuit. Vnde cum moram † tam longam, tamque diſpendioſam liti fecerit, damno eum affici impenſarum oportuit, quas proceſſus retardati Doct. vocitant, non ignoret. *C. de fructi. & lit. expen. C. vlt. in l. vnic. C. vt quæ deſunt aduo.* Felin. in *cap. accedens. 1. columna penultim. circa fin. verſic. Sed contra concluſionem. vt lite non conteſta. & in cap. ex tranſmiſſa. numero 48. verſic. ſubdit. Bald. de exceptio.* Iaſo. in *l. properandum §. ſin autem alterutra. numer. 18. in fin. C. de iudi.* Marſi. in *l. parte numero 85. ff. de quæſt. in pract. §. oportune. numero 71. & in §. diligenter. nu-381 mero 203.* Doli enim † ſuſpicionem ob moram hanc ceſſator

ſubdit. Aot. de But. in *c. licet cauſam numero 23. de probatio. cum aliis à pud nos relatis in conſilio 75. numero 9.* Neque argumento locus hic eſt, à lite generum non deſtitiſſe, poſtquam edita capitula vidit. Quomodo fides de re hac, hoc eſt, de neceſſitate cauſarum facta vlla non eſt, neque haberi eam aduerſarii aſſertioni oportet. *l. nullus. ff. de teſti. l. omnibus. C. eodem titul. c. in omni negotio. eodem titul.* Id quidem maxime, quod factum alienum fere proſequitur, vt pote litis aut actionis redemptor: quæſtum non perinde vberem ex mercimonio id genus facturus. Vnde quod dicitur, culpæ ei verti, qui productione facta, litem non deſeruit, ad productionem inſtrumenti pertinet quod exceptionem aut impugnationem non patitur. Cæterum perquam abſurdum fuerit, cogi quempiam, vt aſſertioni litigatoris credat, & capitula eius, quorum inſcientiſſimus eſt, confeſſione doceat. Hic quidem in primis, vbi à vero omnino capitula abhorrere, impertinentiſſimaque eſſe, mox oſtendemus. Imo enim † culpæ 382 actor omnino tenetur, qui temere in iudicium deſcendit. Et quem initio ipſo & ante omnia ius ſuum explorare accuratius oportuit. Quocirca rationis non videtur, incuriam & temeritatem ſuam onoroſam reo fieri. *l. eum quem temere. ff. de iu.* cum aliis apud Fumanum reconditis in *penis ſua Bertachimana in ver. expenſarum condemnatio. numer. 24. & numer. 57.* Temeritatem culpæ adſcribi ex Iaſ. probatur in *l. videamus. in prin. col. 1. poſt med. ff. de in litem iuran.*

Conſequenter his dicendum, ſumptus litis totius in diem vſq; capitulorum factos ab actore omnino præſtandos, ne pro libidine vagari incommodo alieno nec exiguo liceat. Quæ res cum rationem, tum æquitatem maximam habet. Sumptuum etiam damno mulctandum aduerſarium oportet, quod paganica bona pertinacius contendit, quæ feudalia eſſe vel inueſtituris, recognitionibuſq; ſolis perſpicuum inferius fit *num. 425. & pluribus ſeq.*

Secundum capitulis his obſeruandum, impoſſibilem probationem eorum, vt proponitur, videri, † neceſſitatem enim 383 æris alieni faciendi à ſumptibus litis ob feudum tuendum, aduerſarius meritur. Atqui annis octo nomina hæc debitorum facta poſtea dicontur, quam finem lis accepit. In qua victores Noui seguli, impendiis ipſis litis exactis, fuerunt. Vnde defendi non poteſt, iudicii illius cauſa poſt interuallum tam longum pecunias creditas. *l. ſi ventri. §. eorum.* Ibique Bartol. *in prin.* & Ripa *numer. 10. ff. de priuil. credi.* vbi ex temporis breuitate in cauſam quam actum quid præſumitur. Eodem Bartol. ſpectat. in *l. poſt contractum numer. 8. verſicu. 5. præſumitur. ff. de donat.* Alex. in *conſil. 43. numer. 2. poſt med. lib. 1. in conſil. 25. num. 9. in fin. & numer. tribus ſequ. lib. 2. in conſ. 90. colum. fin. lib. 5.* Huc & illud accedit, ex vicinitate ſcripturarum declarationem & præſumptionem induci *l. ſi ſeruum plurium. §. fin. ff. de leg. 1.* Ang. in *conſil. 165. thema prædictum. colu. 3.* tantundem in vicinitate temporum diceodũ, à rebus ad tempus argumentando. *l. miles ita. §. 1. ff. de militari teſta.* Qua ratione igitur ex vicinitate temporum conjectura deſumitur, ita contrario, ex temporum diſtantia & interuallo contrariam percipi coniecturam oportet, ab appoſitis argumentando. *l. 1. ff. de his quæ ſunt ſui vel alie. iuris. l. & ſi contra. ff. de vulg. l. fin. ff. de lega. 3.* interuallo igitur tam longo interpoſito, iuris præſumptio partis aſſertioni omnino repugnat ne reſpectu aut ob cauſam dictæ litis accepta pecunia dicatur. Quod cum ita ſit, niſi ex probationibus euidentiſſimis, teſtibuſque omni exceptione maioribus, contrarium doceri conceditur. Id eſt, expreſſim declaratum ſit, in cauſam illam litis pecuniam creditam per ea, quæ ſcripta habemus in *tract. de antiq. temp. par. 2. numer. 26. & conſilio 129. in fin. & ſupra numero 315.* Quibus Deci accedit in *conſilio 195. columna 3. poſt me. item in conſilio 342. columna 2. circa med. & in conſ. ſequen. columna 2.* Sed nec fides aſſertioni habenda ipſius debitoris aut mutuum accipientis eſſet, in cauſam memoratã pecuniã ſe accipere, ne in poteſtate eius fiat, ſucceſſorum in feudum ius lędere, in cauſam per decreta permiſſam pecuniam ſe accipere confitendo. *l. qui teſtam. ﬁeri. ff. de pr. ſta. l. ſi forte.* Ibique Bartol. *ff. de Caſtren. pecul. cum aliis ſuperius enarratis. numero 24. & plurib. ſequen. numero 187. & numer. 146.* Id quidem in primis, iuris præſumptione tam vehementi ſua aſſertioni reſiſtente. Quo caſu † cum veriſimilis 384 prorſus non ſit, fidem nec in ſpecie alias permiſſa confeſsio facit neq; confitenti officit. Dec. in *l. cum te. 2. numer. 7. C. de tr. cum aliis & in conſil. 596. numer. 10.* Pariſ. in *conſ. vlt. numer. 23. lib. 1. & in conſilio 153. numer. 31. verſ. & bene facit. lib. 4. & apud nos in conſ. 134. num. 38. & in conſ. 175. nu. 6.* Et quæ ſcripta ante in teſtibus & inſtrumentis habemus

bemus nu. 373. fidem eis nõ haberi, quoties à veriſimili diſtant. In qua re etiam obſeruandum, maximam litis impenſam Pantiſis factam, cuius nomine ſatisfratri patrueli, per acceptilationem factum; cum pecuniam domino Claudio deberet, ita vti inſtrumento publico palam fit, quod productum prius contra P. eſt, à ſomniis, cuius commentum hoc ſub ipſum litis euentum excogitatum eſt, cum deſperabilem morbum eius perſpiceret. At enim quo veriſimilia minus hæc ſunt ſuſpectum calumniæ magis vna ſimul cum P. ipſo ſe præſtat, quem aureorum circiter quinq; millia in eam litem inſumpta aſſerere non puduit.

385 Accedit ad hæc, cum his † aſſertionem & teſtificationem id genus pugnare, quæ fieri vulgo aſſolent. Quoniam poſt annos octo, quam finita lis, & impenſarum eius facta recuperatio eſt, pecuniam mutuam quiſpiam non ſolet, vnde nomina debitorum ob litem facta diſſoluat. Imo enim inepta id genere aſſertio teſtificatione apparet. Proinde veriſimile prorſus exiſtimari id nequit, quod ſolitum non eſt, vti ſcriptum ante habemus n. 323. ibique & falſi ab inſolito ſuſpicionem oriri ſubiectum. De quo etiam apud nos *conſ. 145. num. 14.* Rurſus credibile non eſt, ſi per tempus litis & in ſumptus eius credita ab aliis pecunia fuerat, in annos eos octo exactionem eius ſuſtinuiſſe. *l. cum de indebito. ff. de prob.* Præterea creditorum id genus neceſſaria declaratio eſſet, à quibus credita tunc pecunia ſit, cum his ipſa exercerut, cum ſecundum id ſit, quod probationẽ deſiderat. *l. con. ff. de cura. fur. l. 2. C. de in-vtile. pr. l. aſſeueratio. C. de non nu. pecu. & alia compra. de quib. ſupra num. 116.*

386 Perſonæ item cõditio † ad veriſimilitudinem inducendam valet. *gl. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.* Angel. *in d. conſ. 261. column 3.* At enim nuiſſimum defuncti debitoris ingenium ad profuſionem proclive. Quocirca animi magis quam neceſſitatis cauſa pecuniam eum curaſſe credibile eſt. Iam vero id diſſimile habetur, quo cum rationabilis iudicis motus nõ concurrit. Bal. *in l. iuſiurandi num. 20. C. de teſtib. & in l. ſcripturam n. 5. C. de fide inſtrum.* Fel. *in c. auditis num. 13. in fi. de præſcript.* Enimuero quis iudex moueatur, vt credat, ob litẽ ante annos octo, vt narratur, tranſactam, & ſumptus eius victoribus reſtitutos, æs ipſum alienum conflatum. Præter quam præſumptionem, & alias interuenire declaratum eſt.

Ratione & alia euidente capitulorum partis ineptitudo & probationum eius fruſtratio fit, etiam ſi pleniſſimæ alioqui apparerent. Quoniam non niſi ob debita neceſſaria feudi alienationem permiſſam dilucide atq; cumulatiſſime monſtratũ in ſuperioribus habemus *nu. 52. & plurimis ſeq.* Atq; præter iam ſcripta, obuius mihi non incommode, neq; inauſpicato factus Aret. eſt qui opinioni huic nominatim fauet *in l. ii poteſt. circa fin. ff. de a. ſu. hered.* Vbi voluntarium heredem ait, quia cauſa ſeu aditione voluntaria originem ducit quamuis poſt aditionem neceſſarius fiat, neceſſariumq; heredem negat, qui originem ab aditione voluntaria habet. Sic initio ipſo neceſſitatem exquirit, neq; ad rem neceſſitatem attinere, quæ ex cauſa aut origine voluntaria deſcendit. Quo Aret. d. Alcia. vtitur *in l. 2. §. ex his. nu. 17. ff. de verb. obl.* Idque ex his etiam in ſpecie confirmatur, quæ ſcripta apud nos ſunt in *conſ. 151. nu. 14.* Vbi etiam mutuum in debito neceſſario voluntarioue diiudicando ſpectandum, diximus neq; quicquam facere, quod neceſſarium poſtea fiat, vel quod neceſſarium in defuncto erat, voluntariũ in herede videatur cui liberum eſt, hereditatem an non adeat. Idq; ex Aucharano *con. 26. in q. aeſtione: ſup. radul. a viſis ſubtiliter col. 2. in 2. dubio.* Caſtren. *conſ. 35. videtur dicendum quod vtrumq; legatum col. 2. circa med. 1 cr. Sol. ad hoc reſpondetur. lib. 2. & alia de quibus ibi.*

Idem in ſpecie ex Decio probatur in *c. cum ſit Romana. in tertio notab. de appella.* Vbi neceſſariam cauſam ait, quæ vitari & remoueri non poteſt. Quoniam remouendi poteſtate admiſſa, ſi remouo non fit, volens quis neceſſitatem patitur. Sed enim cum i[illegible] ipſo neceſſitas non ſubeſt, vtiq; vitari & remoueri poteſt ab obligationibus aut nominibus debitorum abſtinendo. In eandem ſententiam Alciat. ſcribit *in d. l. ex his. nu. 17. ff. de verb. obl.* ex neceſſitate factum non dici, quod modo alio explicari commode poteſt. Cui ſententiæ text. ſeruit in *l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign.* Quod atq; ratione validiore opinionem hanc iuuat. Namque ſi ratio neceſſitatis non habetur, cui aliunde conſuli commode poteſt, quanto magis nulla facienda neceſſitas erit, in quam vltro quis ſe coniecerit, cum initio ipſo nulla eſſet. Sed enim quorum Doctorum teſtimoniis rem confirmare, quam perſpicuam facere text. videtur in *l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3.* qui neceſſariã alienationem declarat, quæ neceſſitate vigente ſit. Ita initio ipſo neceſſitatem exigit. Aliter porro neceſſaria nulla non erit, ſi poſtea eam factam neceſſitatem obſeruamus. *l. fuit. C. de actio. & obl.* In eandem ſententiam tex. ſcitiſſimus accedit in *c. 2.* Ibiq; Dec. *in quarta not. de teſtib.* Qui ineuitabilem neceſſitatem poſtulat.

Hoc ita admiſſo, vt niſi ex cauſa debiti neceſſarii obligari aut diſtrahi feudum nequeat, conſequens fit, cauſæ ipſius neceſſitatis expreſſionem in debitis contrahendis in ſpecie & nominatim faciendam, neque ſatis eſſe, cauſam ipſam vere conſtare aut ſubeſſe, quoties à regula iuris diſceditur, vt in iudice Innoc. ſcribit in *c. præterea. poſt prin. ver. Si autem in citatorio. de dila.* Bal. *in l. 1. §. vſus in fi. ff. de procura.* Rom. *conſ. 224. nu. 5. adusq; conſilii finem. in conſ. 483. dubitatur primo. numero 14. verſi. Secundo reſpondeo. & conſ. 499. nu. 5. verſ. quod ſi dicatur.* Dec. *in c. conſuluit. 2. nu. 5. de appella. conſ. 8. col. 1.* Iaſ. *in l. ſi. nu. 4. C. de procura.* Crotus *in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 104. & ſeq. ff. de legat. 1.* Capel. Tholoſa. *quæſt. 442.* Aufrer. *in dict. deciſ. quæſt. vlt. column. 2.*

Si cauſam exprimi à iudice oportet, quo cum iuris præſumptio facit *l. Herennius. §. Cæſa. ff. de euictio. l. 2. ver. quodam arbitramur. C. de off. ciuil. iudi. l. generaliter. §. ſi iudex. C. de reb. credi. c. in noſtra. de procura. c. in præſentia. de renunc. c. accepimus. Ibi non credimus.* Ibiq; Io. Andr. & alii *de ætate & qualitate.* Bal. *in l. tale pactum. §. qui prouocauit. n. 3. verſicu. quanto ſic. ff. de pactis.* Quanto magis ius idem admittendum contra priuatum erit. At quem priuatum, contractum cuius vacuũ à ſuſpicione non eſſe, acta teſtantur. Idem ex Bal. probatur in *l. 3. eum. in fi. ff. de inſam.* vbi cum fidem teſtib. ob cauſam quam iudex nõ habet, cauſam illam commemorandam conſuluit, nec rationem alias in ſyndicatu iudex reddat, ſequitur Dec. in *Rubr. de iud. col. 1. in fi. ver. ſecundo reſpondent in ſecunda lect.*

Quid autem in iudice laboramus cauſam ab eo exprimendam, quoties contra iuris regulam quid tentat, ita vt ſatis non ſit cauſam ipſam vere ſubeſſe. Imo enim tantundem & in pontifice maximo contra ius quid faciente probandum, vt cauſam & ipſe exprimere debeat, quamobrem à iure diſcedat, veluti cum gratiam Canonis cui facit, aut diſpenſat, neque ad rem attinere cauſam diſpenſandi vere interuenire. Oldrad. ſcribit *in conſ. 126 quod articulo. num. 5. & in conſ. ſeq. in prin.* Sequitur Rom. in *d. conſ. 483. nu. 14. licet ſub numero alio Oldradum in conſ. vno tantummodo numeret.* Et idem Roman. tradit in *conſ. 499. nu. 5. verſ. quod ſi dicatur.* Dec. *in d. c. conſuluit. 2. col. 2. de appella. Et in conſ. 8. circa prin.* Rom. etiam *in d. conſ. 481.* Crotus ſequitur *in d. §. diuinorum. 105. ver. ex quibus verbis infert.* Fel. huc ſpectat *in c. quæ in eccleſiarum. nu. 18. verſ. limita terno de conſt.*

Secundo principaliter neceſſitatem hanc cauſæ in ſpecie exprimendæ, vltra tot Doct. teſtimonia, ratione atque æquitate naturali oſtendimus, quæ à defenſione percipitur. In qua re explicanda, cauſam ipſam indagare oportet, quapropter neceſſitatis hæc introducta cauſæ nominatim exprimẽdæ ſit. Quæ cauſa non alia eſt, niſi vt defendendi facultatem, cauſa expreſſa, aduerſarius habeat. Conſulendi tum enim ius erit, impugnandam nec ne cauſam illam, & falſi eam conuincendam putet. Quæ deliberandi facultas non perinde erit, cauſæ expreſſione in ſpecie non facta. Quæ ratio ex Capel. colligitur *d. deciſ. 441.* ex Abba. *in c. ad noſtram. ante fi. de appella.* vbi cum appellatio à definitiua præterquam in caſibus aut ex cauſis quibuſdam prohibetur.

Qui appellationem ab ea interponit, cauſam exprimere & ipſam certam ideo debet, quo planum fiat, in caſu ne interpoſita permiſſo ſit. Atq; ideo vt defendendi, & contra probandi facultatem appellatus habeat. Eadem ratione introductum, vt libellum edi certum oporteat, ne ſi incertus admittitur, defendendi & liberandi copia reo adimatur. *l. 1. in prin.* Ibiq; Caſtren. Alexan. & Iaſ. *ff. de eden.* In principe etiam, qui ex cauſa quid agit, quod cauſa illa remota, non permittitur, cauſam & ipſam certã apertamq; ab eo exprimendam Pariſien. ſcribit in *conſ. 68. n. 22. lib. 4.* Cauſæ ſatis expreſſionem non eſſe, quæ in genere fit, quoties niſi ex cauſa qua iuſta fieri quid nequit, dilucide etiam mõſtratum in ſuperioribus habemus, *nu. 176.* Idem Pariſ. probat in *conſ. 12. n. 161. lib. 2.* Quid hic dicendum, vbi ne quidem in genere expreſſio vlla facta cauſarum legitur, propter quas pecunia rogata mutuo fuerit.

Tertio ſpeciem hanc propono, ex Salic. dirimi quæſtio hæc

Digitized by Google

videtur in *l. ſi. num. 4. C. de iud.* Cum regulariter appellatio prohibita à ſententia arbitri ſit, & eo demum caſu permiſſa, quo compromittendi neceſſitas ſtatuto iniungitur, non aliter locum appellationi eſſe, niſi ſi cauſa neceſſitatis expreſſa in compromiſſo ſit, quod propter ſtatutum ipſum factum compromiſſum ſit, cum nihil prohibeat, ſtatuti etiã coactione remota, arbitros eligi. Quare conſequens non ſit, neceſſario compromiſſum fieri per ſtatutum debet, ergo tiſi ſtatuti metu factum compromiſſum eſt. Cui ſententiæ Alex. ſubſcribit in *l. 1. num. 49. in ſi. ff. ſol. matr. in l. ſi quis maior. nu. 2. C. de tranſact.* Felin. in *c. ſi. in ſi. de re iu.* Zuchar in *Rubr. C. de pactis nu.* 109. Et quamuis controuerſiam id in compromiſſo hoc genus patiatur, in quo partis intereſſe non dicitur, ſi appellatio interponitur, & per eam iniquitas ſententiæ refellitur, *l. Gracchus. C. de adul. c. dilectus. de offi. deleg.* Attamen in ſpecie controuerſa veriſſimum id, æquiſſimumue puto, vt expreſſio cauſarum fieri neceſſitatis debeat, propter quas mutui nomine pecunia accipitur, quoad hoc vt ex ea alienare feudum liceat, ne aliter interpretantibus, non feneſtra, ſed ianua lata vaſallis pateſiat, vnde fraudem in feudo ſucceſſores ſentiant. Perfacile quippe vaſallis erit, ad eum modum ſucceſſorum ius lædere, pro arbitrio nomina debitorum faciendo, cum variæ neceſſitatis fingi cauſæ poſſint. Et iſtud vero eſt, quod Baldus ſcribit in *conſi. 341. examinanda ſunt. colum. 1. circa med. verſ. ſed notandum vlt. lib. 2. fingendas neceſſitates non eſſe.* Quod Bal. dictum quam appoſitiſſime huc quadrat, vbi poſt annos octo, quam diiudicata lis cum ſubditis eſt, ob cauſam litis illius pecun iam creditam aduerſatius ait.

Tertio demonſtrandum in ſuperioribus habemus numero centeſimo nonageſimo quarto facultatem hanc ob debita neceſſaria feudi alienandi, ad limites neceſſitatis reſtringendam.

At enim proh ſuperi, Quomodo modus aut terminus vllus conſtitui aut diiudicari in neceſſitatibus poterit, Quarum expreſſio prorſus facta vlla non eſt neq; in ſpecie, neque in genere. An non deteriorem admodum hunc agnatorum cauſam facere conceditur, ſed id genus probationes neceſſitatum in obſcuro, contra omnem veriſimilitudinem non obiicimus. Equidem artem faciliorem ad ius agnaturum eludendum hac ipſa haud vllam exiſtimem. Diſſimiliter atque, ſi cauſarum expreſſio atque ipſa certa & liquida ſit. Ibi enim non difficile erit, aut cedere aut contendere, contra rem habere expreſſius, dilucidiuſue oſtendendo. Inde nõ ab re probationem in ſpecie expoſtulari, & docei probationem faciendam, quæ in genere præſtatur, teſtatum in ſuperioribus habemus *nu. 349. & numeris tribus ſequentib. & in nu. 418. Hoc amplius nu. 350.* ius idem confeſſionis eſſe oſtendimus, quæ in genere fit. Id quia incertitudo à genere oritur, ſic quo modo ſcriptum ante legitur *nu. 97.* Incertam plane probationem abinei palam eſt. *l. duo ſunt Titii. ff. de teſta. tut. cum aliis in locu præallego enarratis.*

Quartu obſeruandum, vbi inter viuos Claudius debitor eſſet, atq; in cauſas initio neceſſarias debita contracta affirmaret fidem nihilo magis aſſertio eius haberet, cum in re prohibita confeſſio adhibeatur *l. qui teſtamentum. ff. de probat. cum aliis ſupra relatis. nu. 28. 146. & plurib. ſeq. & n. 187. & n. 400. inſi.* Atq; vbi in ſpecie prohibita confeſſio nõ cadat, fides tamen eidem habenda perinde quaſi veri diſſimilis non eſſet, ſiquidem nec confitenti ipſi nociuam eſſe, ſatis declaratum ante eſt *num. 384.* Ibique veri ipſa diſſimilitudo explicata. Quanto minus aſſertio mouere aduerſarii debebit, qui ignarus prorſus eorum eſt, quæcunque inter creditores acta & debitorẽ Claudium ſunt. Cum nec heres ipſe defuncti animum declarat. *l. Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. ſi. ff. de rei vind. l. inter ſtipulantem. §. 1. cum gl.* Ibiq; Bar. & alii *ff. de verb. oblig.* Bar. in *l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & in l. ita ſtipulatus. in octaua oppoſi. 1. parte. nu. 8. ff. de verb. oblig.* Ex his argumentum hoc adiuuatur, quæ in ſuperioribus ſcripta circa ineptitudinem capitulorum P. ſunt *num. 128. & plurib. ſeq. Et numero maxime 144. & num. 160.*

Vbi oſtendimus de rebus & neceſſitatibus vaniſſimis penituſque incognitis capitula à P. ipſo non citra calumniam & euidentem aduocari eius lapſum, inconſulte plus ſatis edita. P. enim impulſu atq; inſtigatu capitula & hæc excuſſa ab aduerſario S. ſunt. Affinitatem quippe in re capitularia vtriuſque iudicii habent P. & S. Gratioloſq; adeo ſe arbitrantur & deprædicant, vt vel ad ipſa veritatis iuſtitiæq; fundamenta cõuellenda valere ſe putent. Proinde coloris tantulum ſatis, quem arti prætexãt. Inde iudicii illius initium. Sed enim aconito omni medica præſentanea quæ ſenatus optimi atq; religioſiſſimi antipathia occurrit.

Quinto cauſas ipſas neceſſitatis in ſpecie ſingulas enarratas in contractibus ipſis fac, quorum nomine iudicium hoc exercetur, ad rem id nihilo magis attinet. Quandoquidem probationibus contrariis & quidem per inſtrumenta publica falſi id genus aſſertio conuincitur. Namque cum bonam ſumptuum partem, qui in lite facti cum ſubditis ſunt, proſecutio exhauſerit, quæ facta Lutetiæ eſt, aureos tamen ducentos rata debitoris portio non excedit, qui ipſi per acceptilationem aut quitationem, quam vocant, pecuniæ Claudio debitæ ſoluti ſunt, ſic quomodo ſcriptura publica docet, quæ in iudicio alio contra P. etiam prolata eſt, vnde ſatis hoc ad cummenta partis eludenda fuerit, cum ſententiam ſubditi paſſi litis diſpendia reſtituerint. Quid hic dicendum, vbi dotes de vxore ſecunda & pecunias ob villam feudalem Claudius accepit cognatis venditam, vt villam pretioſiorem taceam P. ipſi vitioſe adeo diſtractam. Quæ omnia ſi ex fide bona obſeruamus, mirum ni vulgatiſſimam venditoriſue profuſionem confitemur. Tantum abeſt, vt neceſſitate qua vrgente, æris quicquam contractum alienum ſit. Quo fit, vt à vero prorſus aduerſarii capitula abhorreant, quatenus neceſſitatis cauſas exprimunt.

Sexto quo magis in mentem ſententiæ venit, quæ Vercellis lata inter nobiles ab aduocatis eſt die 16. Iunii 1557. ſi recte memini. Ego magis atque magis contrariam eam & P. & S. inuenio. Idque ratione validiore rem excutiendo, Ibi enim mala venditoris valetudo in manifeſto erat, venditiones vllæ non præibit, vnde collecta pecunia in neceſſitates ſubleuandas diceretur. Agnato ibi licet vlterioris gradus, feudum venditum. Atenim agnato id propriori per ſenatum cum fructibus poſt litem perceptis adiudicatum. An non rationem maiorem non paulo ſpecies controuerſa habet. In qua morbo alio niſi pecuniæ curandæ debitor non tentabatur. In qua nomina tot alia debitorum contracta inſtrumentum ipſum venditionis P. factæ oſtendit, vbi & cognatis venditoris alienatio alia villæ feudalis peracta.

Apparet ex his tolerandum prorſus id genus probationem non eſſe ſub obſcuro & incerto penitus eiectam, quatenus expreſſio cauſarum opus in ſpecie & nominatim erat, quarum poſtea probatio fieret, ne vti diximus, copiam alias defendendi ſubtractam cum circa ſubſtantiam ipſam, tum circa modum neceſſitatum dicamus, quarum fines egredi non licere & ciuilis & naturalis ratio præcipit. Tolerabilius partis deſiderium foret, vbi expreſſione cauſarum nominatim non facta, defenſionis præſtandæ negocium durius, grauiuſue non fieret. Secundum quæ, non iure extremo, adeo, quod à fonte ipſo naturæ manat cauſam hic agi, palam fit. Cm ſententiæ & illud ſeruit, quod ſcriptum apud Alexan. eſt in *conſ. 182. colu. ſi. lib. 2.* Cauſam, quæ in obligatione exquiritur, certam, intelligibilem, aptam, potentem, & cohærentem exprimendam. Quod idem & Marſilius probat in *l. 1. §. præterea. nu. 93. ff. de quæſt.* Sed enim cauſæ hic expreſſio in ſpecie facta vllius non eſt, tantum abeſt vt certæ, intelligibilis, aptæ, potentis aut cohærẽtis facta dici probatio poſſit. Certa enim diceretur, quæ demonſtrationibus certis nominatim declaretur, vt habetur in *leg. certum. ff. ſi cert. petatur. in leg. certum. ff. de confeſſ.* Sed enim niſi in genere ob lites, cauſa in capitulis non enarratur. Cum aliter certitudo opus Tantum in teſtimoniis, aduocationibus, ſportulis, &c. Quo modus certus ſumptuum & res certæ appareant, in quas facti ſumptus ſunt. Tametſi otioſa horum diſceptatio ſit. Quatenus ſub inſtrumentis ipſis debitorum neceſſariam hanc expreſſionem diximus.

Sed nec fidem tunc expreſſioni habendam oſtendimus, niſi ſi probationibus legitimis confirmetur, *per d. l. qui teſtamentum. ff. de probat. & alia de quib. ante n. 24. & plurib. ſeq. n. 187. & n. 146.* Aptam item, potentem, intelligibilem, & quæ cum re cohæreat aut perſuaderi poteſt, cauſam non eſſe inſtrumenta venditionũ, & nomina tot alia debitorum, venditoris & debitoris conditio, profuſi videlicet, euidentiſſime indicant.

Ad extremum, illud certe inficias iturum quempiam non arbiter, probatione cauſarum neceſſitatis opus in ſpecie eſſe, cum à regula iuris feudorum diſcedatur. Etenim ſi expreſſionem in ſpecie Doct. tunc exigere vſque adeo docuimus, vt ſatis non ſit, cauſas vere interueniſſe, atque ideo de cauſis ipſis eſt

proba-

probationibus poſtea conſtare. Quanto facilius admittendum id erit, in ſpecie cauſarum id genus probationes præſtandas. Enimuero probationi præſumptiuæ locus tunc non eſt, cum in ſpecie probatio exquiritur. *l. Lucius ff. de condit. & demonſtr.* Pariſ. in *conſ. 10. num. 8. lib. 4.* Atqui quid probationis aliud adferre ceſſitat, niſi præſumptionem quandam vaniſſimam à veri prorſus ſimilitudine alienam, cui non præſumptiones modo, ſed & probationes ipſaſque inſtrumentarias reſiſtere oſtendimus.

Confirmatum item in ſuperioribus habemus *num. 349.* præſumptiones & probationes quo certas & ſpeciales magis, eo potiores haberi. Sed enim in ſpecie reus oſtendit, ſumptus litis Pariſiis factos per acceptilationem fratri patrueli à Claudio reſtituros. Impenſas in lite factas à ſubditis victis redditas. Dotes de vxore ſecunda habitas. Bona diſtracta, nomina debitorum facta. Quamuis non omnes ex parte in ſumptus Claudius ipſi conferret. Non eo hæc dico, quod in eam cauſam opus pecuniæ tot & nomina debitorum eſſent. Sed quo expreſſior aduerſariorum calumnia fiat S. plane non niſi præſumptionibus quibuſdam commentitiis improbatis à veri prorſus ſimilitudine alienis ſubniti certat.

Appoſitiſſime ad prædicta conducit, quod dici in eo ſolet, qui cum beneficium vnum, pluraue obtinet, aliud contrarius poſtulat, in ſpecie ab eo beneficia quæ habet exprimēda. Quare ſi beneficium curatū tenet, ſatis ad expreſſionem eius clauſula non eſt, vt neglectui animarum cura non habeatur, quamuis niſi ad beneficium curatum id genus verba non ſpectent. *Clement. 2. de offic. ordin. Clement. 1. de praben.* Oldrad. in *conſilio 81. quod proceſſit. num. 3. & ſequ.* Gemin. in *conſilio 89. num. 5.* Abb. in *capitul. ad aures. num. 6. de reſcript.* Quod receptum etiam ſolet, cum motu proprio conceſſio fit, vt auctor Rebuff. eſt in *tractat. nominat. in 11. quæſt. nonæ quæſt. prin. pag. 39.* In eandem ſententiam Anchar. ſcribit in *conſilio 404. ſtria dubia. num. 8. in fin. verſic. pro hoc facit.* quod not. Specul. inhabilitatem perſonæ in ſpecie exprimendam, vt rata diſpenſatio ſuper ea habeatur. Idem in diſpenſatione generali te Roman. probat in *conſ. 272. commiſſio.* Et alia non pauca. Si in diſpenſatione, quæ oneroſa tertio non eſt, expreſſionē ſpecialem ob id ſolum ius exigit, quod iuri contradicit, atque ideo odioſa habetur, quid hic dicendum, vbi vltra iuris feudorum offenſionem agnatorum & ſucceſſorum in feudo ius læditur ex inueſtituris maiorum acquiſitum. Alienum ab his Ruini dictum non credo in *conſ. 98. n. 16. verſi. & per hoc patet reſponſum. li. 4.* Quibus caſibus fidem aſſertio principis de cauſa habet quæ expreſſa ab eo ſit, id ita obtinere, ſi in ſpecie cauſa eo exprimit, aliter atque ſi in genere, quoniam ſi expreſſio ſatis generalis ſit, facultas contra probandi parti adimitur. Ita ratione defenſionis non tollendæ Ruin. impellitur, quæ ratio ante animaduerſa à nobis eſt. Huc & ea ſpectāt, quæ ſcripta apud nos ſunt *conſ. 29. n. 3. & conſ. 48. n. 2.* Quibus talibus fides verbis enunciatiuis habetur, receptū id ita ſolere, ſi in ſpecie quid enunciatur. De quo ſcriptum etiam & vberius habemus in *tract. de antiqu. temp. parte 1. n. 80. & parte 2. n. 4. verſi. ſed contrarium.*

Oportune non minus & illud his aſſuitur, quod ſcriptum apud Feder. à Senis eſt in *conſil. 235. caſus talis eſt, mon. aſterium. colum. 2. ante med.* Ad reſcriptum ſeu priuilegium lædendum mentionem generalem non valere, at ſpeciali opus expreſſione eſſe per text. in *capitulo ſecundo. de dolo & contum. in capitulo ſecundo. in fin. de prebend. & in capitulo bona. de confirmatio. vtili vel inutili.* Non ne ratione validiore pro ſententia hac dictum Feder. certat. Siquidem non reſcripti aut priuilegii, at iuris feudorum & contractus, qui ex inueſtituris maiorum procedit, offenſio hic verſatur, vt alienum defuncti æs diſſoluere ſucceſſor in feudo debeat. Ratio item maior hic viget, quod ne quidem in genere expreſſum eſt, ob cauſas neceſſarias pecunias curari. Atque in iure tertii lædendo ſpeciali opus expreſſione eſſe, Tex. declarat *in capitulo quamuis. ibi niſi expreſſe dixerimus.* Ibique Lap. & Gemium. *& in capitulo ſi propter tua debita. de reſcript lib. 6.* Inde fit, vt ad ius tertii lædendum clauſula generalis anteferri non valeat, *capit. penult. de prabend. libro 6. capit. penult. de conceſſ. prebend. eod. lib.* Curtius ſen. in *conſ. 49. num. 15. circa fin. verſ. ſic vbicunque & num. 94. circa med. verſic. & iſtud etiam eſt. de iure communi.* Si expreſſio ſpecialis ad ius tertii lædendum eo etiam caſu opus in ſuperiore, quæ lædendi poteſtas competit vt in beneficialib. quid hic in feudis iure minuendo dicemus quod à poteſtate vaſalli niſi ob cauſas initio neceſſarias non pendet, vt in ſpecie conſtare non modo de neceſſitatibus ipſis, ſed & de modo aut quantitate pecuniæ oporteat, quam neceſſitates ipſæ expoſtulant, cum limites egredi neceſſitatum non liceat, vt dictum ante habemus *num. 94.* Idque ex Socin. demonſtratur in *conſil. 295. num. 6. in ſecundo dubio. maxime verſi. 2. quia donatio lib. 2.* vbi cum propter merita donatio fit, in ſpecie ea declaranda aut enarranda ideo ait, quod cum vltra merita donare non liceat, & ſimplex in exceſſu habeatur, de viribus eius conſtare aliter nō poterit, admodum ne facta meritorum ſit, quam ſi in ſpecie enarratio meritorum fiat. Conſilio & opinioni Soci. Deci. ſubſcribit in *conſil. 366. num. 10. & ſequ.* Ruin. in *conſ. 173. num. 12. lib. 1.* Pariſ. in *conſ. 73. nu. 63. lib. 1.* Satis inſpectio hæc ad S. cauſam perimēdam eſt. Id quidem in primis, quod ſi ſumptus litis per acta ſingula percurrimus, numerumque participum Noni, & pecunias ſpectamus, quas fratri patrueli ob ſumptus ipſos accepti creditor fecit, & alias, quas ſubditi victi refuderunt, mirum ni ex ſomniis meris commentum hoc excogitatum capitulorum eſt. Conſequens fit, pecuniis etiam poſthabitis, quas non exiguas ad Claudium ipſum peruenisſe aliunde conſtat, ex dotibus ſecundæ vxoris, & alienatione bonorum, in tuto rei cauſam videri.

Tertio principaliter in capitulis his animaduertendum, ad rem omnino nec probatione eorum impleta, pertinere. Principio enim monēdi ſumus, de iure † hic offerēdi certari. Quod creditori poſteriori contra priorem ita datur, vt in locum eius debito perſoluto ſuccedat *iuxta l. potior. §. ſi paratus. l. creditor. § ſi prius. in verſ. vnde. ff. qui potior. in pign. hab. l. 1.* Ibiq; Bart. *C. eod. tit. l. 1. § 1. C. ſi antiq. credit. pign. vend.* Bald. in *l. vn. num. 5. verſ. item ſciās. C. de priuil. dot. & conſ. 84. præmittendum eſt ad euidentiam. quod quando conſtante matrimonio nu. 4. lib. 3.* Ius hoc offerendi creditori demum hypothecario datur. Creditor plane, cui hypotheca abeſt, fruſtra creditori priori pecuniam offert, vt in vicem eius reponatur. Etenim ſi hypothecam creditor poſterior non habet, quomodo actionem † cum priore creditore exercebit. Realem enim inferre non poteſt, quæ ſine hypothecā nō competit. Perſonalem 388
plane creditor prior pignoriſq; poſſeſſor ne tum quidem patitur, cum rei ipſius cauſa obligatio contracta perſonalis eſt, quæ ad creditorem ipſum, eundemq; ſucceſſorem ſingularem pertinent. *leg. quadam. §. nihil intereſt. ff. de edend. l. fideicommiſſum. § tractatum. ff. de iudi. l. fin. § fin. ff. de contrah. empt. l. 2. in fin. ff. de hered. vel actio. vend. l. ſi mulier. § ex aſſe. ff. de iure dot. l. 1. § ſi heres. ff. ad Trebellia. l. 1. C. ſi cert. pet.* Idque locum habet, quamuis † doli nomine reſcindi contractus poſſit. Namque ſi alienata res ab emptore 389
ſit, qui dolo fecit, in ſucceſſorem ſingularem nihilomagis actio datur *l. dolus. C. de reſcind. vendit.* Ruin. in *conſ. 32. num. 9. lib. 1.* Atque in ſpecie, creditoris ius offerendi nō eſſe, qui hypothecam non habet, ex text. oſtenditur in *l. 1. C. ſi antiq. credi.* Idem ex text. probatur in *l. ſi. C. de bonis author. iud. poſſid.* Vbi miſſione in poſſeſſionem in gratiam creditoris facta, niſi creditoris chirographarii ius per creditores alios chirographarios non læditur. Aliter igitur atque ſi in gratiam hypothecarii creditoris facta miſſio eſt. Eodem text. ſpectat in *l. nulla. C. de ſolutionibus.* Idem ex Bald. confirmatur in *l. Ariſto circa prin. verſ. ex lectura antiqua. ff. quæ res pign. oblig. poſſunt in conſ. 40. mariti num. 7. lib. 1. & in d. conſ. 84. nu. 4. lib. 3.* Caſtren. in *l. ſi res obligata. num. 6.* Ibique Iaſ. *num. 42. ff. de leg. 1.* Quibus in locis habetur offerendi ius ei non dari, qui hypothecam non habet, quoties ad vtilitatem ſuam offert, vt in locum ipſius creditoris prioris ſuccedat, cui oblatio fit. Ad commodum ſolummodo debitoris offerendi ius hypothecam non habenti permitti, hoc eſt, vt hypothecam prioris diſſoluat, debitoremque liberet, pro eo offerendo *iuxta l. ſoluendo. ff. de negot. geſt.* Cæterum liberatione debitoris in bonis hypothecæ ſuppoſitis iam facta, in ſolutum puta à debitore vel iudice datis, locum offerendi iuri non niſi in gratiam creditoris eſſe, qui hypothecam habet. Idem ex deciſione Neapolitana declaratur *202. num. 4. poſt prin. verſic. facit, nam text. in nouo cap. Negu ſan. in tract. de pign. in tertio membro quintæ partis. colum. 3. in fi. verſ. 2. principaliter limitat.*

His ita prænarratis, offerendi ius contra antiquiorem creditorem, cui facta ſolutio eſt, creditori poſteriori non cōcedi, qui hypothecam non habet. Cōſequens fit, ſine actione vlla ad ius hoc offerendi S. aduerſariū deſcendiſſe, quatenus feudalia bona ſunt in ſolutum D. Hectori data. Quoniam hypothecam in bonis feudalibus S. ipſe creditor poſterior nō habet. Namq; & ſi maxime † bona omnia hypothecæ ſuppoſita à debitore ſunt, ad feudum tamen non trahitur, cuius permiſſa alienatio non 390
eſt, vti ſcriptum in ſuperioribus habemus, *nu. 293. & ſeq.*

Hoc

Hoc amplius, ſi feudi mentio expreſſim facta ſub hypotheca ſit. Idq; nominatim hypothecæ deſtinatum, clauſula hypothecæ ita concepta, ſub obligatione omnium bonorum, etiam feudalium hypothecæ ius feudo, nihilomagis aduerſario competere. Siquidem firmitatis quicquam hypotheca id genus nõ habet domini iniuſſu facta *c. 1. in princ. de prohib. alien. feud. per Freder. cum alijs ſupr. comparatis d. nu.* 393.

Neque mutat, domino inconſulto recto feodum Noni per inueſtituram priorem alienari. Ibi ſine contradictione præfati domini comitis & heredum ſuorum. Quoniam receſſum ab ea inueſtitura, eamq; in ea parte alteratam & alterari potuiſſe, inueſtituris ſequentibus & ipſis multiplicibus quidem liquet, & dilucide etiam demonſtratum in ſuperiorib. habemus. Inſſumq; aut cõſenſum domini in alienationibus neceſſarius ſemper interueniſſe, proculdubio eſt. Vel conſenſus id genus reſeruationem contractus habent, ſaluo & reſeruato beneplacito domini, &c.

Secundo reſpondetur, robur † hypotheca aut alienatio eſto
391 feudi habeat domino imprudente facta, vires tamen in perniciem ſucceſſorum agnatorumue deeſſe ſcriptum in ſuperioribus habemus *n. 21. 204. & n. 295.* Itaq; quod ad ius D. Hectoris attinet, hypotheca vlla niti S. aduerſarius nequit. Qua dempta fruſtra ad ius offerendi aſpirat.

Tertio reſpondetur, ad cauſam decreti ex æuo poſtea editi clauſulam illam non pertinere, ſine contradictione præfati domini comitis & heredum ſuorum. Locum enim clauſula habet, vbicunq; habilia alias interueniunt, id eſt, conſenſu agnatorum adhibita, ſic quomodo ſermone vberrimo teſtatum in ſuperiobus eſt. Cæterum vbi agnatis nolentibus alienatio fieret, hypothecaue in feudo induceretur, conſenſum ante domini explorandum, cautum decreto per verba conditionalia eſt, conſenſu noſtro præhabito & interueniente, ex quibus ablatiuis conditionem ſequi non dubitatur. *l. ab emptione. ff. de pact. l. eneſtus agru. ff. de vſuris l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtrat.* Coodiri-
one plane non † impleta, id eſt, conſenſu domini non exqui-
392 ſito, locum decreti permiſſio non habet, verum pro eo res eſt, vt ſi permiſſio vlla expreſſa in decreto non ſit. *l. pecuniam. Ibi perinde eſt eum.* Ibique Caſtrenſ. & alij *ff. ſi cert. pet. l. neceſſario. ff. de peric. & commo. rei vend. cum alijs apud nos collectis in conſi. 62. numer. 1. & in conſi. 170. num.* 8. Conſequens igitur non ſit, conſenſus domini petendi neceſſitas remiſſa tum eſt, cum damno agnatis alienatio non cedit, ergo etiam cum incommodum agnatis affert. *l. ſi. ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de minor.*

Quarto reſpondetur, à iure communi feudorum decretum exorbitare, quo ob cauſas neceſſarias feudi permiſſa alienatio eſt, vti ſcriptum circa initium habemus *num. 30. & fuſius num. 69.* Vnde cum ſub conditione permiſſio facta alienandi ſit, ſi domini conſenſus acceſſerit, ad eum caſum referri conditionem hanc oportet, quo neceſſarius aliàs domini conſenſus non erat ne inertia, ceſſantiaue verba hæc fiant, cum neceſſarius regulariter conſenſus domini ſit per ea quæ verbis pluribus ſcripta in ſuperioribus ſunt, *numer. 46. numer. 312. cumulatius numer.* 340. *& plurib. ſeqq.*

Quinto reſpondetur, non aliter decreti beneficium aduerſario prodeſſe, niſi ſi qualitatibus eius omnibus paritum ab eo ſit per ea quæ ſatis dicta ſupra habemus, *nu. 31.* vbi 10 decreto id obtinere in primis oſtendimus, quod à iure communi abhorret, quod genus decretum hoc eſt, quo non modo iuri cõmuni feudorum, ſed & agnatorum derogatur ex cõtractu ipſo feudi ius competit.

Sexto reſpondetur, clauſulam illam ſine contradictione præfati domini comitis, &c. in fauorem ipſorum inueſtitorum & ſucceſſorum adſcriptam, vt ſi ipſis volentibus alienatio fieret, neceſſarius domini conſenſus non eſſet. Ob id rationis non videtur, in necem eam ipſorum agnatorum trahi, vt ad eum caſum trahatur, quæ præter ſucceſſorum voluntatem, diſpendioque eorum feudum diſtrahitur. *l. nulla. ff. de l. l. quod fauore. C. eod. tit.*

Neque contrarium his eſt, de iure † tertii non opponi. *l. loci*
393 *corpus. §. competit. ff. de ſerui. vendi. l. 1. & 2. ff. ſi ager vectig. l. 1. in fin. & l. 2. ff. vti poſſid. l. 2. ff. de excep. rei iud. l. cum ſeruum. C. de ſeruis fugit. leg. ſi quis emptionis. §. ſed hoc ſuper illis. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Eadem ratione iure tertii actor non vtitur. *l. §. 1. ff. ſi pars hered. per l. vtſ fruct. in prin. ff. ſi vſufruct. pet. l. ſi ſo. §. Lucius. ff. ſol. matrim.* Alexand. *conſi. 65. nu. 37. verſ. præterea dato. lib. 6.* Et in ſpecie, contemptum hunc domini in conſenſu eius omittendo, non opponi, ex Old. probatur in *conſ. 139. nu. 7. in ſexto dubio.* Alex. in *conſ. 106. num. 5. circa med. verſ. nec prædictis obſtat. lib. 4.* Dec. in *conſ. 247. nu. 3. & colu. 4. in fin. verſ. poſtremo alio fundamento.* Alba. in *conſ. 67. num. 6.*

Triſariam enim reſpondetur. Principio ob id de conſenſu
domini † poſthabito non opponi [illegible] excluſio iuris par- 394
tis ex omiſſione ipſa conſenſus iure ipſo non ſequitur, [illegible] voluntate eius excluſio ſequatur. Vnde fieri poteſt, vt ad excluſionem animus domini non feratur. *d. l. 2. cum gloſ. ff. ſi ager vectig.* Bart. in *d. l. 2. num. 1. ff. de exceptio. rei iud. & conſil. 81. num. 5.* Soci. in *conſ. 78. num. 4. lib. 4.* Dec. in *conſ. 144. col. penul. in fi.* Iaſ. in *l. 2. in quarto nota. C. de iure emphy.* Ripa in *rubri. ff. ſol. matrim. numer. 29. verſ. non obſtat, quod dei.* Sed enim excluſiua iuris partis præmiſſio conſenſus domini omnino & iure ipſo eſt. Siquidem voluntatis huius declaratio facta in decreto eſt, vt vigorem permiſſio alienandi niſi ex conditione non habeat, ſi domini exquiſitus conſenſus erit. Qua conditione deficiente, ſimiliter rem eſſe dixamus, atq; ſi permiſſa prorſus alienandi facultas non ſit. Atque in ſpe-
cie, iure ipſo † actum euaneſcere conditione non impleta, ex 395
text. declaratur in *l. item quia. §. 1. Ibi & inceptis non ſecutis ipſo iure euaneſcit ſtipulatio. ff. de pactis.* De quo text. memoria habita apud nos in *conſi. 93. num. 3.* Ibique etiam declaratur, quoniam formam conditio inducit. *l. prætor.* Ibique Bartol. *ff. de colla. bon.* Bald. in *Authen. matri & auiæ. num. 3. in fi. C. quan. mul. tute. offic. fungi. po.* Socin. in *conſil. 32. num. 2. lib. 3.* Iaſ. in *l. 2. §. primo num. 11. ff. de vulga.* Dec. in *rubri. de probat. num. 14. circa prin. in cap. de appellationibus. numer. 4. verſic. ſecundus caſus. in fi. de appella. & in conſilio 11. numer. 9.* vbi in conditione expreſſim loquitur, quam ablatiui abſoluti faciunt. Tradit etiam Crot. in *rubri. ff. de oper. noui nuncia. num. 20.* Socin. iun. in *conſil. 122. num. 19. lib. 2.* forma plane neglecta, iure ipſo actum perimi nemo dubitat. De quo dictum ſatis ante habemus *numer. 135. & plurib. ſequentib. & num. 179. & duob. ſequentib.* Itaque cum forma de-
creti impleta † ab aduerſario non ſit, rationi exagitat, decreti 396
enim beneficio frui, Signorol. in *conſil. 249. column. 8. poſt med. verſic. ex quibus omnibus infero. & col. ſeq.* Calcar. in *conſ. 21. num. 25. verſi. quarto non poſſet dici.*

Apparet ex his à diuerſis penitus argumẽtum deduci, quod à conſenſu domini colligitur. quem in feudo alienando ius ex-
poſtulat ad eum, quem decretũ excipit. A iure quippe † ratio- 397
ne præiudicii, domini exquiri conſenſus ſolet, ne in perſonam minus gratam aut idoneam feudum transferatur. Inde fit, vt poſt alienationem factam vtiliter conſenſus domini adhibeatur. Iſer. in *c. in prin. num. 14.* Ibiq; Aluaro *num. 15. verſi. quæro, an conſenſus. de prohib. alien. feud. per Freder.* Gozadi. in *conſil. 26. num. 9.* Curt. iun. in *conſil. 2. numer. 15. & in tracta. feud. in quarta parte. in materia aliena. feud. in 2. quæſt. circa ſecundam regulam formata.* Socin. iun. in *conſil. 97. num. 16. & in conſil. 101. num. 2. lib. 2.* At enim vires † alienatio à 398
conſenſu non acciperet, qui adhibitus poſt eam ſit, ſi formæ vice interponi debeat. Imo enim vel actui præuerti, vel in actu adhiberi ipſo debet. *l. obligari. §. tutor. ff. de author. tutor. Inſtit. eod. tit. c. audien. de electio. c. in venditionibus. 17. quæſt. 4.* Innocen. in *c. cum conſuetudinis. de conſuet.* Bartol. & alii in *l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hered.* Bald. in *l. 1. in fi. C. qui admitti.* Abb. in *5. quæſt. Angerio. column. 2. circa med. verſic. tertio probatur.* Alexand. in *l. ſi eum dotem. §. eo autem tempore. in princip. ff. ſoluto matr. conſi. 106. numer. 3. lib. 1.* Ea ratione à conſenſu patris poſtea accedente robur donatio cauſa mortis non accipit, quæ parte facta inconſulto eſt. Id quia formæ & authoritatis cauſa patris exquiri conſenſus ſolet. Bart. & alii in *l. cum u. §. 1. ff. de dona. cauſ. mor.* Socin. in *l. 1. §. fuit quæſitum. colu. 4. circa med. verſ. ſed aduerte. & col. ſequ. in prin. verſ. ſecundo videntur deficere. ff. ad Trebell.* Cremenſ. *ſing.* 69. Cauſa alia conſenſus domini eſt, quem decretum expoſtulat. Alienationi eum enim anteuerti neceſſe eſt, eum in conditione, atque ideo poſitus in forma ſit. Idq; vltra conditionis effectum, euidenter ex decreto liquet. Ibi conſenſu noſtro præhabito. Ita formam nominatim expreſſam eo ipſo decretum habet, quod alienationi eum præuerti oportet. Itaque cum ad formam conſenſus pertineat, quẽ decretum expoſtulat, formæq; omiſſione ad irritum iure ipſo actus deducatur, rectiſſime conſenſus defectum opponere contra aduerſarii hypothecam licet, vbi nominatim in bonis feudalibus conſtituta hypotheca eſſet, quod ipſum tamen factum nequaquam eſt.

Secundo ad argumentum reſpondetur † quamuis excluſi- 399
uum iuris litigatoris ius tertii non ſit, recte tamen ab eo opponi, qui à tertio ipſo cauſam habet. Dyn. Bart. & Bald. in *d. l. 2. ff. de excep.*

except. rei iudi. Bald. in Authen. qui rem. num. 6. C. de ſacroſ. eccleſ. Paul. de Caſt. in conſ. 369. viſo & examinato diligenter. col. 2. circa med. lib. 2. Dec. in conſ. 247. in fi. Soc. iun. in conſ. 101. n. 29. lib. 2. Sed enim à domino ipſo directo cauſam gener. reuſq; habet. A quo feudum ipſum recognoſcit. Ex qua reſponſione tacitus cōpulſum argumentum apparet.

400 Tertio reſpondetur, ius † tertii recte opponi, vt ius partis omnino aut iure ipſo non excludat, quoties opponentis intereſt, & opponenti ius illud prodeſt. l. ſi cui. Ibiq; Caſtren. C. de non numer. pecun. Abb. in cap. cum non liceat. nu. 15. verſ. ſed contra hoc. de præſcriptio. Anchar. in conſ. 310. Tres domini colum. 4. Alba. in conſ. 64. nu. 2. & ſeqq. Sed enim generi opponentis intereſt, vires hypothecæ feudi non eſſe, vbi expreſſim contracta hypotheca eſſet, cum ad opponentē ipſum feudum pertineat. Atq; ideo opponenti ipſi, non tertio oppoſitio proficiat.

Conſequens prædictis fit, fruſtra hypotheca generalis bonorum aduerſario ſit. Quandoquidē opem ei latura nec ſpecialis de feudo ſit, vbi interpoſita eſſet. Id quod factum protſus nō eſt. Etenim ſi nulla itaq; id genus hypotheca, conſenſu domini neglecto, apparet, perinde iudicatur, ac ſi adſcripta omnino non ſit. Quod argumentum ad eum etiam caſum pertinet, quo ob cauſas initio neceſſarias alienatio facta feudi ſit. Id quod modis omnibus pernegatur.

A partibus igitur ſatis enumeratis argumentandi, iuxta l. patre ſui iuſſo. Ibique Iaſ. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris ad ius offerendi iuſtitia S. recurrit. Namq; aut ob cauſas initio voluntarias æs contractum alienum eſt, quod magis eſt dicere. Et in expedito rem eſſe cumulatiſſime & ſplendidiſſime demonſtratum in ſuperioribus habemus num. 32. & ſequentium frequentia. Satte & nominatim magis. num. 386. verſ. ratione & alia. Aut cauſas neceſſarias fingimus aut præſupponimus, & nihilo magis offerendi ius adminiculatur, vtpote hypotheca feudi remota, quod hypothecæ generali non cedit, atque vbi expreſſim dictum de feudo eſſet neceſſarius ſaltem conſenſus domini pro forma erat. Qua omiſſa, firmitatis quicquam hypothecam non habere declaratum ſatis eſt.

Quarto principaliter ad ineptitudinem capitulorum S. arguendam monendi ſumus. Ad rem debita neceſſaria ex decreto domini nō attinere, niſi ſi numeratio interueniat. Sed enim quæ ipſa inſtrumenta perlegi in actis producta, ex omnibus ne quidem vnum de numeratione fidem facit. Confeſſionem demum de pecunia credita habent. Confeſſionis plane rationem hic non habendam, verbis pluribus monſtratum ſuperius eſt, num. 28. col. 1, 6. & pluribus ſeqq. nu. 187. & nu. 246. Quin etiam ſatis
401 non † eſſet, fidem numerationis per inſtrumenta ipſa fieri, niſi ſi fides de numeratione etiam coram fiat, propter quā æs ipſum alienum contractum dicitur, per ea, quæ ſcripta ante ſunt num. 188. & pluribus ſeqq. ſatis non eſſe, probationem de precii numeratione in feudo, ob cauſam dotis reſtituendæ venditor impleri, niſi numeratam dotē apparet, ob quam reſtituendam feudi alienatio permiſſa decreto eſt. Idq; non per decretum ſolummodo, ſed & iure ipſo communi introductum. Æq; ſi debitam à venditore feudi & ob cauſam eius neceſſariam, ſeu ob feudi defenſionem pecuniam dicimus, & eo nomine ſeu pecuniæ illius diſſoluendæ cauſa pecuniam aliam acceptam ſoluttam aſſerimus, neceſſe prius eſt, debitum ipſum anterius & neceſſarium, numerationemue eius conſtare. Quoniam ſi falſa † prima
402 cauſa eſt, cauſa conſiſtere poſterior nequit. Et ſi irrita cauſa prima appareat, non poteſt inanis & poſterior non fieri. l. ſi id quod. ff. de don. l. tutor datus. ff. de fideiuſſor. l. filius, cum ſi. ſi. in fi. C. ad Macedo. Inde dicitur, à primordio tituli euentum poſteriorem formari. l. 1. circa fi. Cod. de impo. lucra. deſcript. libr. 10. Et abſurdum eſſet, plus aliquid in cauſa poſteriore, quam in priore eſſe. l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Angel. in conſi. 110. ſanctiſſima. num. 6. poſt prin. Bald. huc ſpectat in l. ex placito numero 2. circa med. Cod. de rerum permut. actus conſecutiuus à primis cauſis regulari. Idem Bald. ſcribit in l. Pella numero 5. Cod. de his quibus vt indign. cauſas omnes inferiores à cauſa prima gubernari. Iam abſurda † res fuerit, ſi cauſa infecta
403 prior ſit, fructum ex ea cauſa poſteriore produci. l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. l. nam origo. ff. quod vi aut clam. l. fin. in fin. Cod. de nupt. l. fi. Cod. de natu. liber. c. ſicut. de re iudic. capit. vulnerato. 1. quæſt. 1. Inde etiam fit, vt vitioſa ſententia reddatur, fundamento infirmo nititur. l. 1. §. 1. ff. quæ ſent. ſine appella. reſcind. Fulgoſ. in conſilio 73. paterfamilias. num. 4. Dec. iun. in conſilio 475. num. 14. & ſeq. Soc. iun. in conſ. 41. n. 18. lib. 2. Vbi ex cauſa falſa iudicatum tuetur. Qua ratione nulla ſententia ſit, quæ ſuper nullo proceſſu fertur. Caſt. in conſ. 401. viſo proceſſu vna cum ſententia num. 3. lib. 1. Vbi nihil intereſſe putat, ſine proceſſu, an ex eo mutilo ſententia dicatur. Idē Guido Papæ ſcribit in conſ. 2. circa prin. in conſ. 8. circa prin. in conſi. 13. nu. 4. & in conſ. 84. num. 3. Quid igitur intereſt, vtrum ſine numeratione omnino æs alienum contractum poſterius ſit, an ea numeratione quidem, verum propter numerationem debiti antecedentis poſterior ſequatur, quæ nulla ſit, aut de qua nō appareat. Cum ius idem non exiſtentis, atq; non apparentis eſſe teſtium ſatis in ſuperioribus habeamus nu. 123. 143. & num. 151. Ad ſententiam hanc & ea conducunt, quæ de cauſa prima ſpectanda, adnotata ſuperius habemus num. 33. & num. 42.

Apparet ex argumento hoc numerationis non demonſtratæ, fruſtra à neceſſitate alienandi initio ipſo opem implorari. Quatenus præter neceſſitatem ipſam, numerationem etiam decretum expoſtulat. Idque iure etiam communi inſtitutum, declaratum in ſuperioribus liquet, num. 187.

Quinto principaliter præmiſſorum omnium nihil eſſe facit, ob cauſas initio neceſſarias eſto æs contractum alienum ſit, hypothecam feudi rite, recteue contractam finge. Ad rem nihilo magis pertinere capitula S. videntur. Namq; offerendi ius hic vertitur. Quo bona feudi conſequi S. ipſe conſtituit. Sed enim permiſſum ius hoc offerendi per decreta nō eſt. Imo enim hoc ipſo prohibitum apparet, quod onus feudi diſtrahendi ſucceſſori ipſi in feudo imperatur, vt ex precio inde diſtracti ſatis creditori faciat. Atq; ideo in arbitrio ſucceſſoris eſt, quæ feudi bona diſtrahat. Vnde cum † bona controuerſa præciſe S. petat, ſi 404
creditum ei non offertur, ad formam decreti petitio & concluſio eius non accommodatur. Atq; ideo inepta petitio eius declaratur. Ex modo enim concludendi, qui aptus non eſt, ineptitudo petitionis arguitur c. cum dilect. in empt. & vend. gloſſ. in l. 2. § circa. in ver. ſine cauſa ff. de doli mali except. gloſſ. Inſtit. de oblig. in verſic. 2. ibi per competentes actiones. Bald. in l. actori. in fi. C. de rebus credi. & conſil. 383. primo tria. in prin. lib. 4. Paul. de Caſtr. in conſ. 65. viſo quodam libello porrecto per dominam Andriolam colum. 3. verſ. nunc ergo viſo. lib. 1. cum aliis apud nos relatis conſil. 7. num. 1. conſi 151. num. 1. Quæ ineptitudo poſt ſententiam etiam recte obiicitur, vti ſcriptum habemus ind. conſ. 151. nu. 3.

Conſequenter his dicendum, cum formæ & qualitati decreti exorbitantis paritum ab aduerſario non ſit, auxilio enim ne quicquam decreti adiuti per ea, quæ ſcripta ſuperius ſunt numer. 31. & num. 396. Hactenus enim concludendi in ſucceſſorem feudi poteſt, vt feudum ipſe diſtrahat, ſatiſque inde creditori faciat.

Sexto principaliter, præmiſſa eſto omnia ſileant, quæ vocibus ſane quam ſonoris vociferantur, ratione & alia offerendi ius non competit. Quoniam certior S. factus de ceſſione iurium dotalium nouercæ emptius eſt. Proteſtatioq; à reo interpoſita, non modo hypotheca matris, ſed & nouercæ vi ſe conſtituiſſe. Quod cum ita ſit, etiam dotes offerri nouercæ oportebat. Qua enim ratione ſi apud nouercam bona eſſent pecuniam dotis & donationis propter nuptias offerre neceſſe S. habere. Ita & reo ipſi fieri oblationem oportet, qui à nouerca ipſa cauſam & quidem onerosam non obſcure habet. Iuris quippe incerti † non eſt, recte hypothecę ius cum prærogatiua tempo- 405
ris cedi, atque à reo cedentis hypotheca iuſte, atq; vtiliter ceſſionarium vti. l. ſi dolus. §. 1. ff. de contra. emptio. l. emptori. ff. de hered. vel actio. vend. l. ſi prioris C. de his, qui in priorum credi. l. fin. C. de priuileg. fiſci. Signorol. in conſ. 259. num. 1. Bald. in conſilio 52. obligatio. in princ. lib. 3. Æque nemo dubitat, retinendi ius propter hypothecam dari. Namq; ſi ad poſſeſſionem aduocandam, vſq; dum factum ſatis ſit, hypothecaria accommodatur. l. rem alienam. ff. de pign. actio. l. ſi fundus. §. in venditione. Ibiq; Bart. & Alexan. apud eum. ff. de pign. longe magis retinendi ius permittendum ob hypothecam erit, cum facilius † retinendi, quam agendi ius detur. l. ſi in area. in 406
fin. l. ex quibus. ff. de condit. indeb. l. 1. in prin. ff. quibus modis pignor. vel hypot. ſol. l. Paulus ff. de except. doli. l. per retentionem. C. de vſur. l. 2. Ibique Bald. in tertio nota. C. de fideicomm. l. vn. C. etiam ob chirogra. pecu. Bartol. in l. ne-nopoteſt. num. 18. ff. de leg. 1. Text. huc ſpectat in l. mutuo. prima. §. eius demum. ff. de reg. iuris. Et quod in poſſeſſione dicitur, ſolo eam animo retineri, quamuis ſatis animus ad eam quærendam non ſit. l. 3. §. in amittenda. l. quemadmodum. & l. rem. quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſſ. l. licet. C. eo. tit. & alia non pauca. Atque nominatim: † retinendi 407
ius ex hypotheca eſſe, text. probat in l. ſi non inducta à ſenſu contrario. C. in quibus cauſ. pign. tacite contra. Bartol. & alii in l. ſi non ſortem. §. ſi cen-

§. ſi centum. ff. de condit. indeb. Bart. *in l. ſi filio. §. ſi vir. ff. ſolut. matr.* Soc. in *conſ. 99. nu. 9. lib. 1. & conſ. 90. n. 11. lib.* 4. Non ſolum autem propter debitum hypothecarium, ſed & propter aliud perſonale retinendi ius ex hypotheca competit. *l. ſi neceſſarias. §. ſi pignori. ff. de pign. actio. d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. d. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Rom. *conſ. 244. pro euidentia. n. 3.*

Inde fit, vt propter gemmas, veſtes & ornamenta omnia matris à patre conſumpta & diſtracta retinendi ius filio competat. Quamuis capitula reiecta à delegato fuerint, quæ ad probationem eorum ſpectabant. Quæ poſtea admiſſa à ſenatu excellentiſſimo didici.

408 Vſque adeo porro ius retinendi † ex hypotheca eſt, vt eo vti vel in executione ſententiæ liceat, vtpote quam non impugnat Alber. in *d. l. 1. col. pen. C. etiam ob chirograph. pecun.* vbi & ob creditum aliud ius hoc retinendi permittit. Sequitur Ca. *deciſ. 119 num. 1. & tribus ſeqq.* Retinendi ius in executione non denegari, text. probat in *l. quod ſi poſſeſſor. ff. de petitio. her.* Bart. *in l. in feudo. num. 16. ff. de rei vendica. in d. l. Paulus. de except. doli.* Bald. *in l. peremptorias. num. 12. C. ſent. reſcind. non poſſe. & in conſ. 309. quæritur vtrum adulta. in fi. lib. 2.* Corn. *in conſi. 147. colum. pen. in fi. lib. 1.* Iaſ. *in l. 1. num. 16. ver. ſecundo infero. C. de iuris & facti ignor.* Boer. *q. 43. nu. 9. & nu. 15. in quo. nu. 11. de retentione ex pignore loquitur.*

Inde apparet, potiorem generi cauſam & in mobilibus eſſe. Ad quæ tanto molimine & faſtu S. aggreditur. In qua re monendi ſumus, non modo ex hypotheca à nouerca ceſſa, verum etiam matris defunctæ S. generum anteferendum. Neq; † mu-
409 tat, datione in ſolutum per iudicem facta dotium debitū ſublatum *l. prout. ff. de ſolut. l. nulla. & l. obſignatione. C. eod. tit. Inſtit. quib. mod. toll. obl. in prin.* Quoniam vigoris quicquam quantum ad feudum datio in ſolutum non habet. Namq; cum generi ipſius ex inueſtituris maiorū eſſet & ſit, quod ſuum erat, ſuum amplius fieri ex datione in ſolutum non potuit. *l. 3. §. ex plurib. ff. de acq. poſſeſ. cum aliis ante relatis nu. 322.*

410 Secundo inutilem hoc genus dationem † in ſolutum de feudo ipſius creditoris factam, neq; ex ea ius crediti eius pro feudi modo ſublatum, ex eo oſtenditur, quod dici in legato ei legatarii ſolet, ineptum id & irritum fieri, quoniam cum legatarii res ſit, ſua amplius fieri ex legato non poteſt. *l. cætera. §. tractari. ff. de leg. 1. l. proprias. C. de leg. §. ſed ſi rem. inſtit. de leg.* Inde fit, vt ex legato aut inſtitutione eiuſmodi inſtitutus filius & iuri derogatum eius non dicatur, quo minus vti præteritus nullum teſtamentū dicat. Signor. *conſ. 107. n. 3.* Bal. *in l. pen. in prin. q. 4. C. de inoffi. teſta. & in l. ſuus quoq;. in pr. col. 2. ver. iuxta prædicta. ff. de her. inſt.* Alex. *conſ. 20. n. 6. verſ. ſecundo præſuppono. lib. 3.* Dec. *conſ. 230. nu. 3. verſ. tertio non videtur obſtare.* Fab. *in Authen. nouiſſima. n. 147. C. de inoffi. teſtam. & apud nos in conſ. 142. nu. 10.*

Eadem ratione firmitatem † in re ſua conductio non habet
411 *l. ſi rem aliquam. ff. de acquir. poſſeſſ. l. et à quo. ff. de vſucapio. l. qui rem. C. loca.* Qua de re quæſtionem dominii recte conductor tunc refert, neque ad conductorem rei ſuæ text. pertinet. *in l. ſi quis conductionis. C. eod. tit.* vtpote ibi. Cyn. Bald. & Salic. notant. Curt. ſen. *conſ. 70. ſuper controuerſia.* Ripa *in d. l. ſi rem aliquam. in fi.* Quanto facilius & æquius controuerſiam de feudo ſuo contra S. genere genero licebit, qui ab S. ipſo cauſam non ducit.

412 In eandem ſententiam text. eſt in † *l. neque pignus. ff. de reg. iuris.* in re ſua pignus non conſiſtere. Æque rei ſuæ recipi precarium non ſolet, neque roganti id nocet. *l. 3. §. item rem meam. ff. de precar.* Sed propius rem eſt, quod in emptione dici rei ſuæ aſſolet, viribus eam deficere. *l. ſuæ rei. ff. de contrah. empt.* Inde Bald. ſcribit in *conſi. 486. quidam dominus Braſianus. num. 3. in fin. verſi. nec puto quod emptor. lib.* 1. quæſtionem dominii ab emptore rei ſuæ iure venditori fieri. Ratio eadem † creditoris eſt, qui rem ſuam in ſolutum
413 accepit, ne damno ei datio in ſolutum cedat, ſed creditum perinde repetat, vt ſi ſolutio vlla facta prorſus nō ſit. Cauſa quippe eadem dationis in ſolutum, atque venditionis eſt. Alber. in *l. ſi prædium. C. de euict.* Aretin. *in conſi. 32. num. 2. in fi.* cum aliis apud Decium relatis in *conſi. 160. colum. 2. & in conſi. 586. num. 7.* Loquacius Boer. *in conſi. conſuet. Biturigum. in tit. de retract. §. 3. fol. 86. & ſequ.* Et quanquam vacua res à controuerſia non eſt, vbicunque ſpecies vertitur iuri communi contraria, per ea quę Dec. ſcribit ſui diſſimilis *in conſi. 18. col. 2. poſt med.* Iaſ. *in con. 150. col. 2. lib.* 4. Attamen vbi à iure communi ſcriptura nō abhorret, dubitari apud Docto. non ſolet. Sed enim momenti nullius rei ſuæ emptionem intelligi, iuri id aſſentitur, ob id quod ius conſtitutum in emptione eſt, ad in ſolutum recte dationem trahetur.

Sed quorſum generalibus † occupari, ab eiſque colligere, 414
in ſpecie & nominatim, roboris quicquam in datione in ſolutum non eſſe de re creditoris facta, neque creditoris ex eatus lædi, quo minus quod debitum ſibi eſt, ſeruet & recuperet, ex text. declaratur in *l. vn. C. ſi ſeruus extero.* Ibique Bald. in *6. not.* ait, qui ſoluit quod meum eſt, ſoluere nihil dici. In qua re obſeruandum, locum id & in creditore maiore habere. Quid in genero dicendum ex ephebis tunc vix excedente, & qui ipſe dationem in ſolutum non admiſit, at curator pro eo?

Rurſus cauſa facti † huius, id eſt, acceptionis in ſolutum de 415
feudo creditoris ſpectanda, quam ob rem in ſolutum captum feudum ſit. Siquidem cauſam facti ſcrutari, magis quam factū ipſum oportet, tametſi aliud innuere verba videantur, vti ſcriptum ſupra habemus *nu. 192.* text. huc pertinet in *l. quid ergo. §. fi. l. Lucius. ff. de infamibus. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. l. ſi filiusfamilias conſtituerit. ff. de in rem verſo. l. qui id quo. §. 1. ff. de donatio. l. cui. ff. de fideiuſ. l. & ſi non ſint. §. pertinentamus. ff. de auro & argent. leg.* Tradit Signorol. in *conſil. 119. num. 4.* Bald. in *Authen. ex teſtamento. num. 6. C. de ſecun. nupt.* Dec. in *conſ. 48. colu. penul. in fi. verſ. ſexto & vlt.* Et quod in martyre diiudicando dicitur, ad cauſam martyrii aut cruciatus indagandam, Chriſti ne affectu cruciatum pertulerit. Quid enim ſi ſceleris pœnam luit. *gl. in c. importuna. in verſ. martyrium. de pœniten. diſt. 1. & alia infinita.* Cauſa plane id genus in ſolutum dationem de feudo accipiendi, ad creditores ſpectat, qui ad feudum venire per decreta permittuntur. Qualis nouerca in dotibus & donatione propter nuptias erat. In quibus neceſſitatis cauſa initio vertitur. Ab ea enim curator generi metuens, ne optimum & vectigalis vberioris feudum eligeret, in eo non prius conſulendum duxit. Cæterum quod ad S. & creditores alios attinet, quibus iuris quicquam competere in feudo nequit, opus in ſolutum datio de feudo non erat, neque ſecuta propter eos eſt.

Conſequens his fit, cum niſi ob cauſam nouercæ facta datio in ſolutum nō ſit, à qua moleſtiam pati feudi ſucceſſor poterat, ad eam reſtringi datio ipſa in ſolutum debeat, ita vt niſi
quoad eam ſucceſſori ipſi in feudo non noceat. Siquidem [illegible] 416
cauſam ſuam reſtringi diſpoſitionem oportet. *l. at ſi quis. §.* [illegible] *rique. ff. de religioſ. l. fi. verſ. quare & ſi in ea cauſa. ff. de exercitor. l. 5. §.* [illegible] *cta a leg. ita autem. in prin. ff. de adminiſtr. tutor. l. 2. ff. de his, quæ in teſtam.* [illegible] *len. l. cum pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. 2. l. Seio. in prin. ff. de aur. lega. l. ex.* [illegible] *le. §. falſam. ff. de condit. & demon. l. in agris. ff. de acqu. rerum dom. c. fin.* [illegible] *verb. ſignif. lib. 6.* Bald. in *l. neque mater. C. de iure dot.* Anchar. in *conſ.* [illegible] *161. verum eſt quod comicus. col. 3. poſt med. verſic. hoc permiſſo, dico indiſtinctanter.* Æque cum ob perſonas diſpoſitio † qua inducitur, eg[illegible] 417
di eas non debet *d. l. 2. ff. de his, quæ in teſta. delen.* vbi cancellatio in teſtamenti heredis vnius cauſa facta ad alios non porrigitur. Eodem tex. pertinet in *l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis.* Et quod in renunciatione dicitur perſonæ vnius, fratris puta à ſorore facta, ad fratres eam alios non trahi. Angel. in *l. anus. in fi. ff. de alim.* Caſtr. & Ripa in *l. 1. §. denique. ff. ad Treb.* quem text. vna ſimul cum *§. inde Neratius.* interpretatus Caſtren. eſt. Et idem Caſtren. in *l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. l. pactum quod dotali. colum. fi. C. de collatio.* Alex. in *conſil. 149. num. 5. in fi. lib. 7.* Aret. in *l. qui ſuperſtitis. colum. 3. circa med. verſ. circa tertiam limitationem. ff. de acquir. hered.* Socin. in *conſ. 14. col. 1. lib. 4.* Dec. in *conſ. 31. col. 1. poſt med. & colum. fi.* Ruin. in *conſ. 13. nu. 8. verſ. quinimo vbi filia. lib. 3.* Et quod Alex. ſcribit in *conſ. 1. num. 44. lib.* 5. patientiam circa perſonam vnam ad aliam non porrigi. Huc & ea applicantur, quæ ſcripta infra ſunt, *nu.* 450.

Secūdo ad perſonas, in quibus decretum de feudo ob cauſas neceſſarias alienando, obtinet, dationē in ſolutum reſtringendam, quæ facta de feudo eſt, aliter etiam † demonſtratur, 418
quod non modo propter rationem expreſſam, verum tacitam etiam ad limites rationis ipſius tacitæ, diſpoſitio reſtringi generalis ſolet. *l. milites agrum. in prin. ff. de re milit.* gloſſ. & Bald. in *l. quamuis. C. de fideicom.* Bald. in *l. fin. nu. 6. in fi. C. de lib. præter.* Roman. in *conſ. 100. & conſil. 104.* Abba. in *cap. fi. numer. 22. in fin. de iureiur. an. & in c. ſecundo requiris. in 1. not. de appella.* Deci. in *c. ſuggeſtum. in ſecundo nota. eod. tit. conſ. 64. colum. 4. in fi. verſic. & ſic manifeſte infertur. in conſil. 333. num. 7. & in fi. conſil.* Iaſ. in *l. non dubium. numer. 36. C. de ll.* Ratio porro feudi in ſolutum accipiendi, quod creditoris eſſet, alia eſſe non potuit, niſi vt creditores alii à bonis in ſolutum acceptis excluderentur, qui ad feudū alias aſpirare per decreta poterant. Ex quib. ſi in ſolutū prius data bona ipſa fuerant, ab eis ſubmoueri amplius non poterant. Quoniam & ſi maxime anterior generi hypotheca eſſet, attamē niſi diſcuſſione bonorū

facta,

facta, cum tertiis expertis poſſeſſoribus non poterat. Atq; bona alia feudi accipere cogebatur, tenuis in quibus pronentus eſſet. Itaq; cum nouercæ cauſa, in ſolutum acceptum feudum ſit, ad eam reſtringi in ſolutum dationem oportet, vt nihil quantum ad eam priuigno non noceat.

Rationem porro feudi in ſolutum accipiendi, non aliam fuiſſe, quam quæ ex nouercæ aut id genus creditorum iure deſcendit quibus decretorum ius competit, iuris præſumptione confirmatur, quod creditum dotium maternarum pecuniæ minime exiguæ creditoribus aliis remiſiſſe aut donaſſe generaliter præſumitur, quod ſuum feudum eſt, in ſolidum accipiendo. Ita vt ad bona paganica qualia mobilia dicuntur, aggredi
419 creditoribus aliis liceat. At enim præſumptioni † huic donandi modis omnibus iure reſiſtit *l. contra iur. §. ſi filium. ff. de pact. l. elegantes. §. qui reprobos. ff. de pign. act. & l. cum de indebit. §. 1. ff. de proba. l. Campanum. ff. de oper. liber. l. pecum autum. ff. de ſolutio. c. ſuper hoc. de renunciat.* Captioſam enim liberalitatem interpretatio prudentum fregit. *l. cum Aquiliana. ff. de tranſactio.* Quin etiam per errorem id genus datio admiſſa in ſolutum exiſtimanda, potiuſquam donatio præſumatur. *gloſſ. in l. generaliter in verſ. cauſam. C. de non numer. pecun.* Bald. *in conſ. 198. creditor. in fin. lib. 2.* Dec. *in conſ. 195. colum. 3. poſt med. verſic. & iſta concluſio.* Idq; locum & in facto proprio habet, vt error in eo, potiuſquam donatio præſumatur. *l. ſed & ſi me putem in princ. ff. de condict. indeb.* Alex. & Aret. *in l. à Titio. ff. de verb. oblig.* Curt. poſterior *in conſ. 56. num. 5.* Iuris item errorem potiuſquam donationem præſumi, ex text. oſtenditur *in l. ſi is cum quo. l. fin. §. 1. l. ſi fideiuſſor. ff. de condict. indeb. l. iuris ignorantia & l. error. in fin. ff. de iuris & facti ignor. & l. cum de indebito. Ibiq; gloſſ. in verſ. ignorantia.* gloſſ. & Doct. *in l. 1. ff. de condict. indeb. & in l. cum per errorem. ff. de regul. iur.* Cuman. *in conſil. 17. quidam legauit in fin.* Alexand. *in conſ. 80. circa primum in vltimis verbis lib. 3.* Ruin. *in conſ. 25. num. 1. lib. 1.* Curt. minor *in d. conſil. 56. num. 5.* Quod ſi in maiore iuris errorem & in facto etiam proprio, potiuſquam donandi animum præſumimus, quid in genero minore dicendum, & qui non ipſe, at curator eius dationem eiuſmodi in ſolutum admiſit. Hoc amplius fatuitatem aut veſaniam lex præſumit, potiuſquam donatio inducatur. Bald. *in d. l. generaliter. in quarta oppoſit. Codic. de non numerat. pecun. poſteriore. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* Iaſon *in l. iuris gentium. §. ſi cum nulla. numer. 28. ff. de pactis.* quid hic dicendum, vbi cauſa iuſtiſſima dationem hoc genus agnoſcendi interceſſit, propter nouercam videlicet,
420 & ſi qui ſimiles creditores eſſent. Hoc amplius † inutilem actum fieri tolerabilius lex ducit, quam vt donatio inducatur. *l. ſi non ſortem. §. ſi quis falſo.* Ibiq; Bartol. & Iaſon *ff. de condictio. indebiti. l. 2. §. circa. ff. de ex. ept. doli.* Aretin. *in d. l. à Titio. colum. penult. in fin. ff. de verborum obligat.* Socin *in conſil. 73. circa primam. num. 15. verſic. poſtremo libro 1.* Iaſon *in leg. ... ff. de tranſact. & in l. ſi procuratorem falſo. numer. 4. Digeſt. de con. ſit. ob cauſ. in l. 1. §. denique. numer. 14. Digeſt. ad Trebellian. in conſil. 193. colum. 2. lib. 2. & in conſil. 160. colum. 2. libro .* Quid hic dicendum, vbi effectum datio in ſolutum citra donationem, contra nouercam & creditores alios conſimiles habet. Et in renunciatione, actus vitium aut nullitatem admitti, potiuſquam renunciatio præſumatur, ex Iaſone oſtenditur *in d. l. 1. Digeſt. de tranſact.* Ruin. *in conſil. 67. numer. 9. verſicul. 3. idem comprobatur. libro 5.* Diſcuſſionem tamen dictum hoc poſcit, ne ſimpliciter admiſſum quis putet. Iam coniecturam quamuis vel leuem ad præſumptionem donationis eluendam prodeſſe. Bald. ſcribit *in l. 1. numer. 3. Codic. ad Trebellian. per text. in l. diſpenſatorem. Digeſt. de ſolut.* Quod dictum pro egregio Iaſon prædicat *in d. conſ. 193. colum. 2. lib. 2.* Sed ſecuius magis, vltra Iaſon. Baldi dictum huc applicatur *in l. fin. num. 22. in fin. C. de dot. promiſſ.* quibus caſibus præſumptio admitti donationis ſolet leui eam coniectura refelli. De quo etiam inferius, *numer. 451.* Quid hic dicendum, vbi ſpecies non contingit, in qua præſumi donatio ſoleat, cum inter alienos & incognitos res vertatur. Atque vbi validiſſima donationis excludendæ coniectura non deeſt. Quo nouercæ ſcilicet priuignus antecerteret. Eamque cauſam id genus donationis in ſolutum admittendæ fuiſſe, de generi patruo & curatore eius ante didici, quam litis huius cum S. certior fierem. In renunciatione etiam, præſumendam eam non eſſe, quoties coniectura capi alia poteſt, ex Anton. de Butr. probatur *in capitul. accedentibus. numer. 8. verſicul. per prædicta conclude. de priuileg.* Alexand. *in conſ. 27. numer. 2. & ſequ. libro 2. & in conſil. 33. libro 5.* Quod dictum pro memorabili Decius refert *in d. l. cum per errorem. ante fin. ff. de regul. iuris. in c. cum gratiam. colum. 3. in quarta limitatione de offic. deleg. & in conſ. 308. num. 11.* Iaſ. *in l. fin. num. 39. verſ. 2. limita. ff.* *de conſtit. pecun.* Ripa *lib. 2. reſponſ. de reſcript. c. 2. nu. 8.* vnde expreſſionem in renunciatione, vt fieri expreſſim debeat, Cardin. expoſtulat *in conſ. 30. colum. penult. poſt med.* Dec. *in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo num. 11. in fin. ff. quod quiſq. iuris. in l. 1. num. 19. in fin. C. de pactis. in conſ. 35. colum. penult. in conſ. 402. num. 3. in conſ. 470. numer. 6. in conſ. 495. num. 19. in conſ. 625. num. 6.* hoc ita, quoties citra renunciationem intelligi actus poteſt. Donationem plane & renunciationem in fauorem aduerſarii & creditorum id genus induci, ſi noxiam genero dationem in ſolutum dicimus, quatenus feudum habet, in aperto eſt. Quoniam cum ſuum feudum ante iam ex inueſtitura maiorum eſſet, ſolutione admittendi quantum ad creditores non erat, qui extra ius decretorum ſunt. Quocirca in bonis ei paganicis, mobilib. quoq; fieri ſatis debebat. At enim ſi creditum eius dotium maternarum per dationem extinctum in ſolutum dicimus, quatenus ſoluta de feudo eſt, perinde res apparet, atq; ſi ceſſiam donationisq; ius extraneis ſi, quod in bonis ipſis paganicis, mobilibus hypothecæ anterioribus nomine genero competebat.

Quod ita vero in præſumptione donationis aut renunciationis excludenda occupamur. Quatenus ne quidem expreſſim facta vires haberet. Qua enim ratione bona † ſtabilia nec ex 421 decreto donare minor permittitur. *tot. tit. ff. de rebus eorum. & Cod. de prædiis minor. l. fin. §. cum autem donationis. C. ſi maior fac. alien. rat. hab.* Ruin. *in conſ. 214. num. 5. lib. 1.* Ita nec actionem cedere aut remittere permittitur, quæ ob bona ipſa ſtabilia competit, ſic quomodo monſtratum in ſuperioribus eſt *numer. 198.* Conſequens item argumento hinc fit, cum prohibita donatio appareat, præſumi eam omnino non poſſe. *l. qui ad certum. ff. loca.* Et in ſpecie donationis prohibitæ, eam non præſumi vbi locum alias præſumptio haberet, ex gloſſ. oſtenditur *in l. ſi vxor. in gloſſ. fin. ff. de donat. inter virum & vxor.* Signor. *in conſ. 49. colum. 2. ante med. verſic. in oppoſitum videtur.* Corn. *in conſil. 143. colum. penult. lib. & in conſ. 164. lib. 3.* Dec. *in conſ. 471. num. 5.*

Si dixeris, abſurdam rem videri, eandem in ſolutum dationem iure diuerſo cenſeri, vt vigorem contra nouercam habeat, vigoris expers à creditoribus aliis fiat, quibus creditorum Yolant & Blanchæ beneficia non præſtantur. Reſpondetur: Imo iure id propter diuerſitatem † perſonarum, in quibus ratio di- 422 uerſa vertitur, conuenire. *l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſt.* vbi eadem, pupillariſq; ſubſtitutio iure diuerſo ob perſonas diuerſas, quæ diuerſam rationem habent, iudicatur, vt in modo patris, filii mox teſtamentum æſtimetur. Tradit Bartol. *in l. heres. §. Titius. ff. de fideicommiſ. liber.* Signor. *in conſ. 188. num. 11. verſ. item non obſtat. quod eadem res.* Text. huc pertinet *in l. ſi arrogator.* Ibiq; Bald. *ff. de adoptio.* Quem text. in ſententiam hanc Socin. vocat *in conſil. 288. colum. 1. & ſeq. & in conſ. 191. num. 2. poſt princ. lib. 2.* vnde robur datio in ſolutum in feudo, quantum ad nouercam & alios habet, qui decretorum beneficium in feudo habent, vt pro extincto generi ius ex dationq; hac in ſolutum quoad eos habeatur. Ita vt ex feudo ſatis eis fieri reliquum debeat. Infirma plane ab aduerſario & aliis datio in ſolutum erit, quibus priuilegium decretorum non datur.

Secundo ad argum. reſpondetur. Succeſſoris † in feudo, feu- 423 dum ipſum in periculum creditorum non eſſe, quibus in feudo ius per decreta datur. Atq; ideo quantum ad eos regulam iuris non mouere, nullam rei ſuæ emptionem, dationemque in ſolutum eſſe. Locum quippe regula non habet, vbicunq; ab emptore, aut creditore auelli res poteſt. Quo caſu iure ita etiam pignus conſiſtit. *l. debitor. in princ. ff. ad Trebell. l. ex ſex. unc. §. Latinus. ff. de except. rei iud. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de captiuis.* Caſtren. & Alex. *in l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de leg. 1.* Alex. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 28. verſ. item in quantum.* Bald. *ff. de verb. oblig. recentiores in d. l. neque pignus. ff. de reg. iur.* Cæterum quod ad aduerſarium & alios ſpectat, quibus iuris quicquam in feudo non eſt, & per quos à genero feudi ſucceſſore pacto quo auferri feudum non poteſt, viribus omnibus datio in ſolutum deficit, vtpote cum in dominio ipſius generi ante iam & ob cauſam aliam vetuſtiorem, bona feudalia eſſent & ſic in ſolutum tradita.

Tertio reſpondetur, rationem dationis habendam in ſolutum non eſſe. Imo enim pro eo rem haberi, vt ſi acceptum feudum in ſolutum non ſit. Quatenus loco eius in feudo reſiduo nouercæ ſatisfaciendum erat. Quam ob cauſam cum euictam tam ſententiam haberet, atq; in proximo executio eius in feudo eſſet, natius comparere generum oportuit. Ne diuiſionem feudum pateretur, vnde dotium donationiſq; propter nuptias

pecu-

pecunia nouercæ data ex dotalibus filiæ nummis eſt. Proinde non aliter res iudicanda, atq; ſi bona à genero abſint, quæ accepta ex feudo in ſolutum ſunt. Abeſſe † quippe intelligitur, de quo numeratum precium ſit, quod rei loco quantum ad hoc ſuccedit. *l. ſi ſeruus legatus. §. Stichum. l. ẽmit. atib. § fin. ff. de leg. 1. gloſſ. in §. ſi res aliena in verſ. non poſſe. inſtit. de leg.* Quod quo planius fiat, bona hæc in ſolutum accepta nouercæ prius tradita ſunt, quam genero ea data eſſent, deinde genero ipſi vel titulo lucratiuo à nouerca ceſſa, generi ne creditum in dotibus matris peremptum quiſpiam dixerit, qui ob cauſam aliam conſecutus bona ſit. Tantundem & ratione fortiore dicendum, iuribus nouercæ per cauſam onerоſam genero ceſſis.

Conſequenter his dicendum, cum momenti nullius prorſus quantum ad S. Liuerianum, & alios id genus creditores, datio ipſa in ſolutum ſit, nihil eſſe, quod ad bona mobilia, aliaue paganica S. ipſe viam affectet, vtpote in quibus potiorem generum eſſe manifeſtarium eſt, ſatis enim extractum in feudo non dicitur, quod ſuum aliunde haud dubie erat & eſt.

Rebus ſuis aduerſarius metuens à ſtatu inficiali opem, ſuppetiaſque petit, feudalia bona diffitendo, quorum nomine iudicium tam pertinaciſſime obduxat. Sed enim feudi probationem † ex inueſtituris, recognitionibuſue ſolis liquidiſſimam fieri, & ſcriptum ante eſt, atq; rectum aſſeueramus. Cuius rei gratia caſuum diſtinctio facta à nobis eſt, quos memoriæ hic prodendos indignum non cenſui, vtpote ab aliis, quos legerim, non ita animaduerſos, vt frequens in foro ſpecies hæc occurrat.

Primus caſus eſt, vbicunque taxationem aut limitationem verba generalia aut vniuerſalia inueſtituræ aut conceſſionis feudi, ſub vocabulo iurium aut pertinentiarum habent, vt putacum iuribus & bonis omnibus caſtrum conceditur, quæcunque ad caſtrum ipſum pertinent. Limitatio enim ad iura & bona facta, quæ ad caſtrum ſpectant. Quem caſum ſubdiſtingui in plures oportet.

Prior caſus cum à concedente, aut ab eo qui accepit res controuerſa poſſidetur: & ad caſtrum eam pertinere poſſeſſor inficiatur. Quo caſu qui in pertinentiis caſtri † rem eſſe aſſerit, docere id iubetur. *l. ei qui dicit. ff. de probat. l. actor. C. eod. tit. l. qui accuſare. C. de eden. l. fin. C. de rei vind. § commodum. inſtit. de interdict. cap. ex literis. de probat. cap. inter dilectos in fin. de fide inſtrum. c. fin. de iuram. &c.* Modus plane probandi à iure ſcripto communi aut municipali, vel nõ ſcripto deducitur. Si lege puta ſtatuto, aut moribus introductum ſit, quæ res ad caſtrum pertineant, aut pertinentiarum nomini accedant, vt Innoc. aliiq; docent. *inc. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol.* Bald. *in cap. 1. num. 2. de cap. qui curiam vend. in conſ. 410. verba principis. numer. 5. lib. 1. quod repetitum eſt conſ. 468. lib. 5.* Tradit idem Bald. *in conſ. 445. lib. 5.* Alex. *in conſ. 105. lib. 6.* Soc. *in conſ. 47. num. 4. lib. 1.* Dec. *in conſ. 516. nu. 23. & alia non pauca.*

Secundus caſus ſubdiſtinctionis, priori aduerſus, cum rem ex pertinentiis eſſe poſſeſſor aſſerit, contra actor id negat. Quo caſu ſiquidem caſtrum totum poſſeſſor habet, iuris cum eo facere præſumptio videtur, vt eodem omnia poſſidere iure cenſeatur, ſi inter eum controuerſia & concedentem vertitur. *argument. l. cum hoc iure. ff. de vulg. & l. qui contra. § diſt.* Text. huc pertinet *in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. l. 1. C. de acquiren. poſſeſſ.* Conſequens his fit, onus negatiuæ probandæ cõcedendi aut ſucceſſorib. eius incumbere ad caſtrum rem non pertinere. Si autem contra tertium exceptio pertinentiarum opponitur, verbi gratia feudalia bona atque ideo immunia ea eſſe aduerſus vniuerſitatem vaſallus opponit. Quia iuris † vaſallo præſumptio refragatur, quo libera, non feudalia bona præſumuntur. *cap. 1. § 2. ſi de feu. fuerit controuer. inter domin. & agna. cap. 1. vnde. gloſſ. 1. de controuer. inter maſcul. & fœmin. de beneſic.* Ioan. Andr. & alii in *cap. nemin. de ſucceſſ. ab in. & in cap. fin. in verſic. reſponderis. de iudic.* Bald. *in l. libertas. ff. de ſtatu homin. & alia innumera.* vaſallum ipſum feudi onus probandi ſequitur. Idque ob naturam præſumptionis, quæ probandi onus in aduerſarium regerit. *l. ſi inter princ. ff. q. mod. vſuſfruct. amit.* vnde ſi ad caſum hunc generi exceptio pertineret, per inueſtituras & recognitiones ſolas feudi præſtita probatio non eſſet. vtpote ad pertinentias reſtrictas. Quas edocere neceſſe eſt. Sed eum caſu hoc generi ius non pendere, infra demonſtrabimus, quandoquidem cum vniuerſitate aut tertio non agitur, verum cum vaſallo ipſo, qui confeſſus eſt, aut cum ſucceſſore eius ſingulari, qui perſonam eius quantum ad conceſſionem ſuſtinet, ne oppugnare eam liceat.

Tertius caſus ſubdiſtinctionis, cum rem † de pertinentiis contra tertium poſſeſſorem vaſallus aſſe[...] ad recognoſcendum, aliaq; præſtandum ad [...] quæ [...] tura expoſtulat. Et ratio eadem in caſu hoc atque priori ſuperiore vertitur, ne feudalis res aut de pertinentiis cenſ[...], neque probatio feudi ex verbis generalibus deſumitur, cum paſcuis, pratis, nemoribus, iuribuſque omnibus ad caſtrum ipſum pertinentibus. Id quia ambigua & incerta probatio hæc in genere facta reperitur expreſſione in ſpecie bonorum non facta, per ea, quæ ſcripta ante ſunt *numer. 350 & ſequen.* Ad caſum hunc tertium, ne feudi probatio ex verbis his generalibus fiat, quæ ad caſtri eſtricta pertinentias ſunt. Aretin ſpeci. 1, ex eoque caſus iſte, probatur *in conſil. 164. magnificus in princip. & num. 3. verſic. eſt tamen aduertendum.* Signorol. *in conſil. 10. num. [...] in fin.* C[...] *in conſil. 35. colum. 10. in fin verſic. & inſuper dicim. [...]* Bartol. & alios *in l. ſi ſu. § 1.* ibiq; Iaſ. *num. 16. & ſeq. ff. de leg.* [...] *in conſ. 302. num. 11 poſt med. verſic. non obſtat quod in contr. [...] ſil. 3. 2. num. 15. verſic. non obſtat illa ceſſio. in conſ. [...] num. 5. in [...] ſil. 394. num. 8. in fin.* Bruni *in conſ. 1. nu. 3.* Sed nec expreſſionem [...] norum in ſpecie factam tertio nocere puto per ea, quæ in ſeptimo inferius dicemus. Et obſeruandum, caſum hunc [...] tium affinitatem cum ſecundo habere, quoties tertius [...] que ideo bona exempta aduerſus vniuerſitatem vaſallus obiicit.

Quartus caſus eſt quoties inueſtiturarum & recognition[um] verba generalia, & ad pertinentias, vt ſupra reſtricta, con[...]ptione admiſſa, de pertinentiis caſtri, atq; ideo feudalia b[ona] eſſe vaſallus confitetur. Deinde poſt confeſſionem bon[a] alienat, hypothecæue ſubiicit. Et bona ipſa ſucceſſor in feu[do] vt talia aduerſus creditorem vaſalli defuncti defendit, vel ab emptore auocat, verum confeſſio aut recognitio vaſalli defuncti ſucceſſori eius vel ſingulari obſtet, qui poſt confeſſionem ipſam cauſam à confitente habuit. In quo caſu ſicut † aduerſus confeſſionem ſuam venire defunctus non permittebatur, vt in initio ſcriptum ſatis habemus *num. 11.* Ita nec confeſſionem authoris impugnare ſucceſſor eius ſingularis permittitur, ne melior ſucceſſoris conditio, quam authoris fiat, vt in ſpecie Socin. tradit *in conſil. 51. num. 8. & in conſ. 68. num. 5. & ſeq. libro 4.* Ripa *in leg. ſi rem aliquam. num. 42. verſic. intellige vt non probet. ff. de acquir. poſſ.* Et *apud nos in conſil. 29. numer. 1. & in tractat. de antiquit. tempor. parte 1. numer. 78. de quo etiam ſupra num. 313.* Eodem Caſtren. ſpectat *in conſil. 247. in cauſa, quæ vertitur Sogna. poſt princ. lib.* Ius id negandi ſucceſſori ſingulari non eſſe, quod inficiari author non permittitur. Et in confeſſione, quæ ex libris priuatis authoris colligitur, à ſucceſſore eius ſingulari non improbari, Anchar. docet *in conſil. 44. primo de verbis. colum. 2. in fin. verſic. ex quibus inf. radun. per text. in l. quod ipſis. ff. de regul. iuris. & in cap. ſaluberrimum. 1. queſt. 7. & quod ſcriptum ſupra eſt. num. 529.* Conſequenter caſu huic dicendum, vt ſi limitatio ad pertinentias facta ſub inueſtituris & recognitionibus ſit, onerоſam nihilominus aduerſario authoris ſui confeſſionem eſſe, qui in lite, quam à ſubditis vna cum aliis Nobilibus, de muneribus publicis patiebatur, feudalia & de pertinentiis caſtri bona controuerſa eſſe confeſſus eſt. Et ad confeſſionem ipſam finem iudicium accepit, ſiquidem pro feudalibus relicta bona, neq; in libros relata ſunt onerum, quæ regiſtra vocant. Quid dicendum hic erit, vbi in genere, citra limitationem aut reſtrictionem vllam ad pertinentias inueſtituræ & recognitiones ſecutæ bonorum ſunt, ſic quomodo in caſu proximo demonſtrabimus.

Quintus caſus eſt, cum generaliter caſtri † conceſſio, recognitione ſit, pertinentiarum verbo non facto, cum villis puta ſeu grangiis, pratis, vineis, paſcuis, nemoribus, &c. Quo caſu ſiquidem inter dominum & vaſallum quæſtio contingit. Quæcunq; in territorio caſtri ſunt, neq; à tertiis poſſidentur, feudo accedere, & caſtro intelliguntur. Idq; ex mutua vaſalli & domini confeſſione. Neq; obiici tum poteſt, de bonis ſcripturam cõceſſionis intelligendam, ſeu ad bona reſtringendam, quæ in pertinentiis caſtri eſſent. Ob ad pertinentiarum fidem faciendam. Quatenus citra reſtrictionem vllam generaliterq; conceſſio & recognitio facta de omnibus eſt, quæcunque in ſolo caſtri eſſent. Neq; à tertiis poſſiderentur, vt Iaſon tradit *in conſ. 235. in fin. lib. 2.* Ruin. *in conſil. 108. num. 23. & ſeq. libro 2.* Natta *in conſ. 460. n. 9.* Caſus hic ad ſpeciem controuerſam ſpectat. In quali inueſtituras & recognitiones, cõnignamentaue tã

maio-

maiorum quam authoris aduerſarii perſpicimus, expreſſim de grangiis, prædiis, vineis, pratis, & nemoribus mentionem habentium. Quibus authoris recognitionibus & conſignamentis reclamandis aduerſario non eſſe oſtendimus. In quo caſu quanto obſeruandum, ratione validiore ex his cum genero prodeſſe, & aduerſario obeſſe, quæ in caſu ſcripta quarto ſunt. Etenim ſi vbi reſtrictio in recognitionibus aut inueſtituris facta ad pertinentias eſt, ſucceſſori tamen ſingulari authoris noxam confeſſionem monſtrauimus. Quid vbi generaliter, abſq; reſtrictione vlla, confeſſio aut recognitio interceſſit.

Sextus caſus eſt: Quoties ſimpliciter caſtrum conceditur, aut recognoſcitur, villarum, prædiorum, paſcuorum, vinearum aut nemorum mentione, reſtrictioneue vlla ad pertinentias non facta. Quem caſum iuris & rationis eundem ac quartum eſſe, vt generaliter conceſſio, recognitioue intelligatur, ſicut facta generaliter eſt, ex Soc. *in conſ. 100. num. 5. verſ. tertia conclu. lib. 3.* Riun. *in conſ. 22. num. 7. verſ. ſin. verſ. quando vero tum quod alia bona. in conſ. 26. num. 7. & in conſ. 40. num. 13. & ſin. verſ. & bona mobilia lib. 1.* Dec. *in conſ. 517. num. 9.* Pariſ. *in conſ. 17. num. 1. lib. 1.* Curtiun. *in conſ. 41. num. 3. in conſ. 40. num. 10. in conſ. 84. num. 4. & tribus ſeq. & in tract. feud. par. 2. q. 6.* Abb. *in conſ. 64. num. 70.* Natta *in conſ. 460. num. 7. & pluribus ſeq.* Qui caſus etiam ratione fortiore genero iuuat. Namq; ſi feudi probatio contra vaſallum & ſucceſſorem eius vel ſingularem, ex conceſſione caſtri ſimpliciter fit, villarum & prædiorum etiam mentione non facta. Quid in ſpecie controuerſa dicendum. In qua de grangiis & prædiis facta expreſſio eſt.

Inter caſus hos duos proximos, & quartum differt, quod in quarto damnoſa vaſallo inueſtitura aut recognitio non eſt ad pertinentias limitata, ſi ex pertinentiis bona ipſa eſſe vaſallus negat, niſi contra doceatur. Quod diſſimiliter in caſibus proximis contingit quinto & ſexto, in quibus reſtrictio vlla adſcripta ad pertinentias non legitur.

431 Septimus caſus quoties † in ſpecie aut expreſſim bona enarrantur, villam puta cum prædiis in tali loco, & propter talia bona, &c. Qui caſus à dubitatione omni vacuus inter dominum & vaſallum videtur. Ad quem caſum Dyn. pertinet *in conſil. 48. colum. 3. circa princ. verſic. ſuper eo vero, quod. quæritur.* ex confeſſione & recognitione vaſalli directum dominium probari, quoties rem quam vti feudalem quis agnoſcit. Idq; & Bald. admittit *in cap. 1. §. ſacramentum. num. 15. verſ. ſed mirum eſt. de conſuetud. recti feud.* Cuman. *in conſ. 187. domini Conſignorus. colum. ... circa med.* Alex. *in conſ. 29. colum. penult. in fin. lib. 5.* Iaſon *in l. 2. column. 62. praeſ. 6. num. 214. Cod. de iure emphyt.* Boer. *quæſt. 211. colum. fin.* Sigism. *in conſ. 1. num. 45.* Tertiis plane poſſeſſoribus qui cauſam à domino aut vaſallo non ducunt, periculoſum id genus conceſſionem, recognitionem aut confeſſionem non arbitror. Abſurda quippe res fuerit,

432 confeſſionem † vnius damno alii cedere. *leg. Scia ... ff. ad Velleia. leg. quintus ff. mand. l. ſi ius ingrat. §. 1. ff. ad Syllania. Authen. ſed ... Cod. de donat. ante nuptias. ... C. res inter alios acta.* Text. huc confert *in leg. teſtamentum. ff. de probat. ... ſi forte.* Ibiq; Bart. *ff. de ... penult.* Bald. *in conſ. 193. ... cauſa eſt, ... in domino ... num. 1. verſ. ... quia debitor. lib. 1.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 428. viſis & conſid. ... column. 2. ... prim. lib. 1.* Et in ſpecie dominium autius feudi ex ſcriptura inueſtituræ aut locationis tertio necem non probari. Bart. & alii ſcribunt *in l. legata inutiliter ff. de adim. lega. & in l. ad probationem. Cod. loca.* Ad caſum nunc ſeptimum, quatenus tertii intereſt, onerosam et inueſtituram, recognitionemue non eſſe inter alios factam, ea pertinent quæ apud Aretin. ſcripta & poſteriores ſunt *in l. 1. in prin. ff. de acquir. poſſ.* Soc. *iun. conſ. 166. nu. 3. verſ. tertia conſideratio. lib. 2.*

Conſequenter prædictis ſciendum, feudi probationem per inueſtituras & recognitiones productas nitidam atq; pellucidam ex his fulgere, quæ ſcripta ante in quarto, quinto, & ſexto caſibus ſunt, à ratione etiam fortiore argumento deducto, ſic quomodo in caſibus teſtatum ipſis habemus.

Secundo principaliter feudalia bona eſſe, quæ in lite ſunt S. etiam aduerſaria confeſſione oſtenditur, quæ ab aſſerta ratihabitione ab eo producta deſcendit. At enim venditionem vilia arenas vti feudalis cognatis vaſalli defuncti factam à filio eius agnitam. Tametſi admiſſum id per acta non ſit. Ita feudalia bona aduerſarius ſic producendo confitetur, etiam quæ à caſtro ipſo longiuqua par controuerſis diſtant. Quid in controuerſis † ipſis dicendum, quæ propria caſtro ſunt, ne pluris quæquam remota, quam proximæ cauſæ denuis. *leg. de dic.*

§. plane. Digeſt. qui ſatiſd. cog. l. patr. §. penult. cum. Digeſt. de leg. 11. 3. l. ... bonus. Cod. ad l. rebil. ... 3. 1. Digeſt. ... materna. & in leg. ſed ſi plures. §. in arrogato. Digeſt. de vulg. & quæ ſcripta ſuperius ... num. 43.

Tertio probationum commendatiſſimam ante diximus *numer. 417.* quæ ab effectu, vtique inſecuto deſumitur. Quibus text. accedit *in l. vn. §. ſed & ſi quis ... Cod. de lat. libert. tollen. ... in actibus dominus.* Inde dictitant, ab extra acta probari. *leg. ſed & ſi quis. §. 1. Digeſt. de usufruct. leg. hunc ... quod ... Digeſt. ad ... ſin. Inuentaria, indicia ... §. 1.* Ibiq; Bart. ... *Digeſt. de ... ad. l. quedam. Digeſt. de rebus ... & 4. reſpon. Digeſt. de ... ff. de pænis. l. 3. §. quando autem. ff. de iure fiſci. l. ... Cod. de adulter.* In quam ſententiam text. complures glo. ... *§. 1. verſic. vt fuerit. Digeſt. de ... r.* Sed enim cum liceat de muneribus publicis cum dominis Noni ſubditi decertent, vt omnia eorum paganica, onera ipſa ſubirent, contra dominum feudalia ea detenuerent, ſinem tandem con... accepit: quo cum perpauci comperta paganica ſunt. cætera feudalia comprobata, in quibus bona controuerſa ſunt. Et quæ paganica eſſent in libros communis Noui relata, in quibus allodialia communisq; bona deſcribantur. Ita cuentus atq; exitus ipſe has probationem manifeſtiſſimam præſtat, feudalia bona eſſe, quæ paganica S. impudenter prius iactaſſent. Qua perſpicua cum magis negatiuæ huius paganica bona non eſſe, probatio impleri, atq; à librorum, ſeu regiſtrorum, quæ dicunt, inſpectione queat pr. ea, quæ ſcripta ante ſunt *numer. 421.* Inde aduerſarii temeritas, calumniam pene dixeriam, ſpectanda. Quam controuerſiam de feudi ſacere qualitate non pudui, feudalia bona eſſe pernegando. Scilicet poteſtatis ſe maioris arbitratur, vt in feudo tollendo aliemis atq; ignotis ipſe præſtet, quod à communi ipſi perfici cuncto non potuit. Tametſi nihil præterea conſiſtam ab eo eſſe acta teſtantur, quod in re ...ſſet, vt bona dominorum in obligationem ipſam onerum aſtringeret, longe & impiis commune omnibus fuit, vt dominos & priuilegiatos atque eccleſias etiam ad munera vocarent. Cuias magnanimis & moliis onera ipſa militarent. Quam cunque magis animo meditor, eo duriorem S. pernicaciam animaduerto.

Sed enim admirationi maxime reſponſio eſt, qua aduerſ. argumentum hoc aduocatio S. vtitur, ob cauſam aliam, quam feudi prætermitti regiſtrationem bonorum potuiſſe. Immunitatis puta à principe aut communi ipſo Nouo collatæ. Quæ malum, tam reſpondendi ineptia? cum non ſtomachus inde moueatur? Sed Nemeſis has confutationes audiat. Principio enim † cum manifeſto Noni feudum ſit, cauſam ſem præſumi plus aliam non ſolet. vt Alexand. ... *in conſ. 113. libro 3. Et quæ ſcripta ante ſunt num. 423. verſic. ad hoc plura ...* 434

Atq; hic o ſtulta immunitatis titulus feudo adſtruitur, vt potius ex feudo, potius immunitatis iure, oneribus domini non fungerentur.

Secundo reſpondetur, cauſam hanc non regiſtrandi, quod feudalia bona ſint, à feudi natura oriri, quod oneribus his ſuppoſitum paganicis non eſt. *Iſer. in cap. 1. verſic. & planſtrorum ... 55 ... & duobus ſeqq. quæ ſunt regal. Lud. de Hom. ... colum. ...*

Eadem † ob cauſam hanc feudi naturalem, potius quam immunitatis, quæ extrinſecus accedit, regiſtrationem omiſſam, magis erit dicere. *l. profectis ... §. fin. Digeſt. de iure dot. ad leg. 3. in princip. Digeſt. de tutel. l. ſi ... princip. Digeſt. de lib. & poſthum. leg. pat. ... §. 1. Digeſt. de condit. & demonſtr. ... l. fin. Cod. de bon. quæ ... l. C. de adopt. §. ſed ... colum.* Bart. *in l. fin per illum text. ff. de oper. ... conſ.* Et in caſu tertio Angel. *in conſ. 39. ... colum. 1. & ... numera.* 435

Tertiam cauſa hæc non regiſtrandi, quæ à feudo † deſumitur, fauorabilis habetur, ne onere duplici ob idem feudum vaſallus aſficiatur, in obſequiis erga dominum, in quibus vitæ etiam diſcrimen verſatur, & in muneribus publicis apud ſubditos. Quam oneris geminationem lex non ſuſtinet. *l. ... §. cum autem ff. ad l. Rhod. ... & l. fin. ... ff. ad mun. & ...* Contra, odium immunitatis habet. *leg. ... gloſſ. 1. & 2. Cod. de ... l. pragmatica. C. de ... lib. 11.* Fulgoſ. *in conſ. 120. ... colum. ... in fin.* Quod locum eo vſq; habet, vt vitius incendatur, à quo falſum immunitatis conceptum inſtrumentum ſit. *leg. ... Cod. de immunitate ... libro 10.* Quod cum ita ſit, † ob cauſam feudi fauo- 436

 rabi- 437

rabilem, non etiam immunitatis odioſæ, bonorum regiſtrationem non factam veritus erit dicere *l. cum quidam ff. de liber. & poſth. reg. odia l. 6.* Rurſus quod fauorabile eſt, potentius id habetur vti ſcriptum ante habemus *num. 469. verſ. potentius enim.* Sed enim ob cauſam potentiorem actum quid præſumitur *d. l. profectitia. § fin. ff. de iure dot. d. l. 3. in prin. ff. de tut.* Ideo enim ex cauſa naturali actum quid creditur, quod potentior accidentali eſt. Text. huc ſpectat *in l. quæritur. ff. de ſtatu hom. & l. legatis ſeruis. § ſi vnus. ff. de leg. 3. in l. contra pupillum. § 1. ff. de re iudic.* Et id genus non pauca. Et in ſpecie, ob cauſam potentiorem actum quid præſumi. Caſtren. præcipit in *conſ. 157. primo quærunt vol. 3. lib.* Abb. *in conſ. 93. n. 2. lib. 2.*

Quarto ſi immunitatis cauſam intelligimus, iniuſtinæ principem incuſamus, quod in perniciem † ſubditorum immunitate dominos donauerit. Quorum onera deuorare ſubditi compellantur, contra quam prohibitum iure eſt, & cuius faciendi ius principi non datur. Hac enim immunitatem concedit, vt minus tanto percipiat, quantû immunis portio habet. Guil. de Cu. & Angel. *in l. ſi vnus. § item ſi pactum ff. de pactis.* Iaſ. *in l. ānus. numer. 8. & ſeq. ff. eod. tit. cum alijs à nobis aſſcriptis in l. 1. num. 22. ff. de legat. 1.* Sed enim cauſam ſubaudire immunitatis non decet, vnde iniuriæ princeps notatur *l. merito ff. pro ſocio l. ex facto* Ibique Iaſ. *in quarto not. ff. de vulg. l. 2. § merito. & § ſi quis a princ. ff. ne quid in loco publ. l. meminerint. Codic. vnde vi. cum alijs apud nos relatis in conſ. 5. numer. 2. in conſil. 103. num 14. in conſ. 168. num 9. in conſ. 172. num. 1. & in conſ. 19; numer. 8. De quo ſupra etiam num. 102. verſic. ea quippe.* Quod ſi à ſubditis ipſis tributam immunitatem dicimus, rem impoſſibilem à iure præſumimus, quandoquidem † in manu vniuerſitatis conceſſio immunitatis non eſt cum ſuperiorem agnoſcit. *d. l. vacatura cum gloſſ. Codic. de decurio. lib. 10. l. immunitates. C. de agricol. & cenſit. libro 11.* Abb. *in conſ. 61. num. 5. libro 1.* Alexand. *in conſ. 101. num. 7. lib. 1.* Dec. *in conſ. 658. num. 10.* Curt. iun. *in conſ. 60. num. 12.* Atque vbi integrum de immunitate præſtanda vniuerſitati ex cauta ſit, præſumi tamen non debet, vt dominorum onera in ſe ſuſceperit, cum proximus ipſi quiſque præſumatur, & à ſemet charitas ordinata incipiat, vti ſcriptum habemus in *conſ. 8. numer. 18.* Et quæ de præſumptione donationis excludenda ſcripta ante ſunt *numer. 419. & ſeq.*

440 Quinto vbicunq; ob cauſam † duplicem fieri quid potuit, ex apriore atq; veriſimiliore actum creditur, tametſi cauſæ alterius facta expreſſio ſit. Id quia demonſtrationis certioris cauſa, facta expreſſio cenſetur, non quod ea impulſus homo ſit. Rom. *in conſ. 341. num. 9. per text. in l. cum pater curator ff. de iure dot. & in l. tutor. § 2. ius tutori. ff. de excuſ. tutor.* Enim vero veriſimiliorem cauſam hanc eſſe, quæ à feudo venit, quis dubitet? Siquidem credibile non eſt, conuitiſſimos ſubditos, vt dominorum immunium onera ipſi traherent. *l. cum de indebito ff. de probat. cum alijs ſuperius accumulatis num. 419. & ſeq.* Et quia vti dictum mox habemus, ſibi cuiſq; melius, quam alius vult.

Sexto immunitatis vllius intelligi cauſam non poſſe, argumento inuicto demonſtratur, quod ſententiam in lite de oneribus, paſſi ſubditi ſunt. Quod fieri niſi feudi ratione non potuit. Quod ad immunitatem attinet, ne quidem eccleſiarum receptabello continue ſunt. Quin manifeſtariam, & in corpore clauſulam iuris eſſe, non ambigitur. Vnde cum niſi feudi iure cauſa defendi dominium non valuerit, perinde res eſt, vt ſi feudi nomine omiſſam regiſtrationem eſſe expreſſum ſit. *l. 2. ff. de lib. & poſth. l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtruct.*

441 Septimo ob eam cauſam † factum quid cenſetur, ex qua fieri communiter ſolet. Bald. Nouell. *in l. 1. num. 118. ff. ſolut. matrim. & quæ ſcripta ante ſunt num. 3 3.* Quod enim frequenter, communiterue contingit, veriſimile id habetur, præſumique ſolet. Atq; ideo probandi onus in aduerſarium vertit. Salic. *in l. neq; natales in ſecunda oppoſit. Cod. de probat.* Socin. *in conſ. 48. num. 12. lib. 2.* Hoc amplius Aretin. ſcribit *in cap. 1. num. 15. de iud.* ſolennitatem exteriorem præſumi, vbicunq; communiter, atq; vt in pluribus fieri ita ſolet. Tametſi dictum hoc affirmandum Aret. non cenſeam. Enim vero audire, nedum videre non memini, ob cauſam aliam quam feudi regiſtrandi onere caſtrorum ſubleuatos dominos eſſe.

Octauo in terminos iuris haud dubie oſtendit quicunq; ob cauſam immunitatis regiſtrata bona non eſſe, aut regiſtrationem omitti potuiſſe mi. Namque iure priuilegiatum immunitatem hinc proculdubio eſt, quod autem oneribus paganicis feudum non tenuat, iuri id conſentire communi diximus, ne duplex quiſpiam de re eadem onus ſubeat. Atq; enim vbicunque iure priuilegiario, & communi fieri quid potuit, communi id vtpote fauorabiliori & potentiori actum intelligitur. *l. centurio.* Ibiq; Doct. cumulate. *ff. de vulg. l. in teſtamento in fin. & l. quanquam. C. de teſtam. milit.* Iuris igitur præſumptione immunitatis cauſæ refragante, qui immunitatis cauſam profert, de ea docere neceſſe habet.

Nono de feudo caſtri Noni & territorij eius haud dubie apparet. Neq; in controuerſiam id vocatur. De immunitate prædiorum, quæ extra feudi cauſam ob onera paganica competit, nondum conſtat. Itaq; ob id regiſtrata bona non eſſe potius præſumendum, quia feudalia ſunt, quam quod immunitate quæ prædij domini exiſtimentur. Id quia † in eo magis præſumptio capienda, de quo modo aliquo apparet, quam de quo omnino non conſtat. Arg. *l. 1. de reli. dom. cum alijs apud nos aſſcriptis in conſ. 7. numer. 4.* facile pro aliquo præſumi, quoties alterius ius non conſtat. Quid hic dicendum, vbi de feudo minorum in vniuerſum ſaltem, apparet, quod iure feudi caſtrum & territorium poſſident, etiam ſi bonis controuerſis nominatim id non liqueret, quandoquidem de aſſerta immunitate omnino non apparet.

Decimo iure feodi in caſtro & territorio liquidiſſime atque extra ambiguitatem omnem conſtante, eodem iure & bona alia in territorio poſita poſſeſſa eſſe, atque ideo † ob inſignem feudi regiſtrationem omiſſam credendum. *l. quædam mulier ff. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. poſſ. ff.* Bart. *in l. cum ſolum. ante fin. verſic. ſecus ff. de vſucap. in l. triticum num. 2. ff. de verb. oblig. & l. ſi donatione in fin. Cod. de collatio.* Scite Bald. *in conſ. 61. proponitur, quod per communem ſolemn. 3 poſt med. verſic. cum igitur bo. ſit probatum lib. 3.* ad titulum, vnde oritur, poſſeſſionem ſemper referendam. Quod ſi immunitatis cauſam admittimus, iure diuerſo regiſtrationem omiſſam fecimus, contra quam prohibitum iure eſt. *leg. in quartam. § 1. ibi quoq; verſ. à coherede in fin. ff. ad leg. Falcid. l. ideoq; & l. libertas. ff. de manu. teſtam. l. cum quis ades. ff. de vſucap. c. in tua. de dec. cap. quia circa de priuil. Clem. 1. de elect. c. cognouimus. 12. q. 2.*

Vndecimo extra controuerſiam † omnem ex arreſto Curiæ Parlamenti Taurini tunc ſedentis res ponitur. Quo pro feudalibus habita bona ſunt, quorum omiſſa regiſtratio eſt. Cui arreſto contradicere aduerſarius nequit vtpote cauſam ab authore ducens, inter quem latum & ſubditos eſt. Et qua ratione authori ipſi arreſtum ipſum vtile atq; noxium erat, ita & aduerſario ſucceſſori eius ſingulari erit. *l. ſi ſuper. ſem.* Ibiq; Bartol. *Digeſt. de pignor. l. ſi mater. § fin. Digeſt. de except. rei iudic.* Imol. *in conſ. 40.* Quod locum habet etiam cum ante ſententiam, lite tamen iam cœpta, ad ſucceſſorem ſingularem res peruenit. Siquidem cum ſua ad eum cauſa ambulat. gloſſ. & Caſtr. *in d. l. ſi mater. § fin.* Rimnus *in conſil. 71. numer. 5. lib. 1.* Quid hic dicendum, vbi poſt annos octo, quam lata ſententia eſt, nomina facta debitorum dicuntur.

Conſequenter prædictis dicendum, ſatis ad feudum probandum modum hunc tertium eſſe, qui ab regiſtratione omiſſa bonorum deducitur, quæ in lite ſunt.

Quarto principaliter ex eo † feudi probatio confirmatur, 446
quod maior bonorum debitoris pars feudalis erat. Idque ex illis duabus perſpicuum ſit. In quibus bona prædiorum pars conſiſtebat, ex quibus Il. vnam controuerſiam, & cognatis alteram vaſallus diſtraxit. Idque nemini notiſſimum non eſt. Quo caſu feudum in paucioribus bonis præſumi textus probat *in capitul. 1. de controuerſ. inter maſcul. & fœmin.* Curtius minor *in tractat. feud. parte 2. quæſt. 6 fol. 19. & in conſilio 140. numer. 10.* Text. huc pertinet *in leg. fine poſſidetis.* Ibique Baldus *in 3. not. Codic. de probat.* Vbi cum herede iuris præſumptio facit, quia titulum vniuerſalem habet, vnde qui titulum ſingularem in bonis quibuſdam ſingularibus ſibi vendicat, probare neceſſe habet.

Apparet ex his, inepte & citra ius vllum, in bonis feudalibus offerendi iure aduerſarium niti. Quod vero ad bona paganica facit, non recuſat gener, quin ea dimittat, eo accepto, quicquid ob dotes matris & bona paraphernalia debetur. Indiuiduum enim † hypothecarius eſt. Quocirca totum offerri, quod debetur, oportet, vnde ſi hypothecariam heres vnus debitoris patitur, audiendus non erit, ſi precium bonorum offert, quæ ipſe poſſidet, & quæ per hypothecariam ab eo petuntur. Vnde totum offerri ab eo oportet, quod creditori debetur, quamuis heres niſi in partem non ſit, & niſi in partem bona non

non poſſideat. *l. his conſequenter. §. Celſus. l. heredes §. idem cirus. in fin. ff. familiæ erciſcundæ. l. ſi neceſſarias. §. ſi vnus. l. ſi rem. §. aperte. leg. ſolutum. § ſi creditoris. ff. de pignor. actio. l. ſi fundus. § in venditione. & ... ff. de pignor. l. creditor. §. 1. ff. qui potior. in pignor. habeant. ff. quib. modis pign. vel hypoth. ſol. l. creditoris. ff. de diſtractio. pig. l. ... C. ... l. 2. C. de heredit. actio. l. in executione. § pen. ff. de verb. oblig. l. Moſ... ff. ...* Ibique Bart. & idem Bald. *in l. 2. C. de debitor. ciuit. lib. 2.* Si reo debitori aut heredi eius permiſſum non eſt, vt quanti res ab eo poſſeſſa valet, creditori offerat, qui hypothecariam exerceet. Cur id creditori poſteriori concedendum agenti erit; & qui offerendi iure vtitur, vt quanti bona ſunt, quæ apud creditorem priorem extant, id offerat. An non pluſquam abſurda res eſt, id actori tribui, quod reo denegatur. *reg. non debet actori. ff. de reg. iur.* Dec. *in cap. quoniam contra. num. 26. verſ. vel 2. dici poteſt de probat.*

Non ab re in debitore aut herede eius habitus ſermo eſt, quod ratio alia poſſeſſoris extranei forte videtur. Tametſi neceſſaria diſceptatio non ſit, quod in actore hic tractatus incurrit. In quo non par æquitatis ratio, atq; in reo vertitur, vt audiri eum oporteat, ſi quanti res eſt, reo anteriori offerat. Cum melior creditoris prioris eſſe conditionem deceat. Vnde cum iuſtius, tum æquius eſt, vt cum plus in credito poſſeſſoris, quam in pretio rei ſit, apud reum ipſum pignus remaneat, ne plus aliquid actori & ipſi poſteriori, quam reo & ipſi priori tribuatur. Quæ ratio in debitore herede ue eius in parte etiam ſilet.

Apparet ex his, offerendi iure ne quicquam aduerſarium niti quoq; nouerſum ſeſe ſlectat. Cæterum herbam aliam doctus aduerſarius vterq; eſt, qua neruorum litis huius dolores leſſecerent. Scriptura enim quædam ab eis edita, qua alienationem aliam de bonis aliis feudalibus à patre factam, ratam habitam à genero vti patris herede ſimpliciter aſſerant. Ob id quaſi heredem ſimpliciter, factam ab eo patris ab re impugnari. At enim Panaces vim hoc genus herba non habet. Namq; vt facti miſſam quæſtionem faciam, cuius ſcientes partes ſunt, damno ſcripturam hanc genero non eſſe, argumentis non paucis oſtenditur. Principio, quod ad ius offerendi & S. attinet, in expedito res eſt. De iure quippe reali diſcrepatur. In quo iuuare approbatio non poteſt. Eo enim approbatio alienationis & hereditatis agnitio ſpectant, vt oneribus hereditatis ſubeundis, atq; adeo actionibus perſonalibus excipiendis heres teneatur. Sed enim actio hic perſonalis non exercetur, at hypothecaria. In qua neceſſaria haud dubie hypotheca eſt, & qua remota, iuri locum offerendi non eſſe, teſtatum ſatis ante habemus *numer. 387. verſicul. ius hoc offerendi. & numer. duobus ſequentibus.* Ad actionem plane perſonalem regredi non poteſt, vtpote in qua victus per ſententiam præfecti eſt, quum bonis excuſſionem faciendam paganicis declarauit. Ad quem modum declarando, locum actioni perſonali non eſſe in antecedens neceſſarium cenſuit. Siquidem contra heredem & per actionem perſonalem fieri diſcuſſionem oportet. Vnde hoc ipſo quod excuſſionem faciendam dixit, niſi tanquam poſſeſſorem bonorum per hypothecariam eum adſtringendum duxit. Vbi hypothecarius S. ipſi aduerſario eſſet.

Secundo contradictio euidens in aduerſario apparet, cum approbatione hac vtitur, per eam quippe æri alieno patris ſoluendo filium obſtrictum quaſi heredem aſſerit. Atqui eum pecuniam ipſe offert filio debitam, creditorem filium facit. Ita

408 creditorem eundem atq; debitorem ipſi ſibi facit. † Quod fieri nequit. Quoniam ſi heres patri extitit, confuſa obligatio eſt, qua filio aſtrictus pater erat. *leg. Stichum. §. aditio.* Ibiq; Bartol. *Digeſt. de ſolut. leg. Fratres. Digeſt. de fideiuſſ. leg. debitori. Codic. de pactis.* Quorum igitur debitum offerri, quod ſublatum atq; extinctum confuſione ſit? Ita contrarius ipſi ſibi S. deprehenditur, qui creditorem heredem defuncti atq; debitorem ait. Sed & rem narrat à iure impoſſibilem, vt qui heres defuncti ſimpliciter eſt, eiuſdem quoq; creditor æſtimetur. Ad

409 quem modum ipſi ſibi heres teneretur. In eodemq; † & actio & paſſio ſubiecto temporeque eodem interuenirent, quod naturæ nedum iuri reclamat. *leg. pero. §. mater.* *Ibique gloſ. in verſicul. datam. Digeſt. de leg. n. 2. leg. 1. § ſideicom. Digeſt. ad legem Falcid. l. Fratres. gloſſ. in § ... in verſu legari. Inſtitut. de legat.* Fulgoſ. *in conſilio 99. quidam A. colum. 3.* Iaſon *in leg. 3. §. ex pluribus. numer. 39. Digeſt. de acquir. poſſeſſ.* Audiri igitur S. non conuenit, qui ſecum ipſe diſſidet. *leg. Titia. Digeſt. de condit. & demonſtrat. leg. 1. § 1. Digeſt. quan. appellan. ſit. leg. ... §. ne tamen. Codic. ſi ſeruus extero. leg. 1. Codic. de ſeruis. leg. ſin. Codic. de codicill.* Quod in cauſa locum etiam diuerſa habere inter eoſdem tamen Bartol. ſcribit *in leg. Papinianus. § ſed nec impuberem. num. 2. ff. de inoffic. teſtam.* ſed nec exceptionem rei admittendam, vbicunq; euidens contrarietas eſt, Bart. putat *in l. nemo. ff. de excep.* Alba. *in conſ. 21. num. 5.*

Reſponſiones & alias aduerſarii excipiant vtriuſq; communes. Tertio igitur reſpondetur, approbationem † ſeu ratihabitionem emptori vni factam ad emptores alios non trahi. *l. ſi vnus. § ante omnia. ff. de pactis. l. penult. § penult. ff. quibus modis pignus vel hypothec. ſol.* Alexand. *in conſ. 118. num. 7. verſ. & poſito quod viderentur libere ... ſuprà relatu num. 417.* Ibiq; locum & in actu connexo habet, verbi gratia ſi à tutoribus aut curatoribus pluribus adminiſtratio bonorum facta coniunctim eſt; & ex eis vni liberatio relinquitur aut præſtatur. Ad alios enim non trahitur. *l. 1. C. de tranſact.* Quid in perſonis hic dicendum, in quibus ſeparati protſus actus contingunt. 410

Quarto approbationem id genus ad emptores aut ſucceſſores alios non trahi, ex Ang. probatur *in l. cum. in fin. ff. de pactis.* renunciationem fratri vni a ſorore factam ad fratres alios non trahi, quod Dec. vtitur *in conſ. 3. col. 2. poſt med. & col. fin. cum à me ſupra aſſcriptum n. 417.*

Renunciationem plane hic verſari, dubitandum non eſt. Quoniam ſi approbationem hanc admittimus, vtiq; iuri ſuo in bonis venditis renunciatum per approbantem apparet. Quare ſi ad fratrum aliorum vtilitatem renunciatio non trahitur; quanto minus emolumentum afferre extraneis penitus debebit.

Quinto quia approbatio hac † vtuntur, illud & expreſſim & tacite aiunt, beneficio inuentarii renunciatum, & heredem, patri generum ſimpliciter extitere. Sed enim expreſſionem in renunciatione deſiderari, neq; eam præſumi, niſi aut cohærere actus, aut coniectura quaſi ſiſti alia nequit, demonſtratum ſatis in ſuperioribus habemus, *numer. 420.* Ibiq; & illud declaratum ex coniectura quantis vel leui renunciationis præſumptionem elidi, vnde ſi beneficio expreſſim renunciatum inuentarii non eſt, nec quantum ad emptores nocitura approbatio erit, quibus cum facta aſſeritur, cum neceſſario renunciatio ex ea non ſequatur, quo minus iure ſaluo inter legi inuentarii poſſit. *l. ſin. C. ad legem Falcid.* vbi qui legata ſoluere ſimpliciter promittit, Falcidiæ renunciare non creditur, vnde iure Falcidiæ ſaluo promiſiſſe creditur. Cynus *in l. ſin. quæſt. 4. C. ad leg. Falcid.* Alex. *in conſ. 133. volum. 3. lib. 5.* Guido Papæ *in conſ. 122. in 7. dubio.* Longe minus ad commodum aliorum aut extraneorum trahenda renunciatio erit. Et quidem quod ad extraneos attinet; pro exploratiſſimo id habeo quibuſcunq; verbis concepta approbatio dicatur, quam non legi, quomodo coniectura non leuis renunciationis excludendæ quantum ad illos vertitur; quod ad eos ne quidem cogitatum dici poſſet, vbi facta approbatio eſſet. 411

Sexto in ſpecie inuentarii † ex Bartol. id probatur *in conſilio 154. maritus. numer. 9.* vbi diuiſionem circa inuentarium adiuuatur, vt vigorem quantum ad aliquos, citatos puta, habeat vitioſum atq; irritum quantum ad alios fiat, qui ad id vocati non non ſunt. Idem Baldo viſum *in leg. ab eo. in fin. Codic. quomodo & quand. iudic. & in conſilio 265. inuentarium heredis. libro 3.* Admiſſationi igitur cuiquam non erit, inuentarii beneficium, ex voluntate heredis diuidi, vt contra aliquos eo non vtatur; vbi res acta ita ſit. 412

Septimo ex text. ſententia hæc iuuatur † *in l. 1. § quæſitum eſt ſi forte. Ibique gloſ. in verſic. nihil. ff. ſeparatio.* ſeparationem bonorum creditorum rogatu aliquorum impetratam creditoribus inutilem aliis eſſe. Sed nec ſocii vnius factum vlli cui ſocio alii in rebus communibus eſt. Quare ſi negocia mercimonii communis per tertium geri ſocius vnus prohibuit, prohibitione hac vti ſocius alter non poterit, quo minus negoc. geſt. actionem patiatur, cum diuiduitatem res admittat. *l. ſi ex duobus. ff. de negot. geſtis.* Bartol. *in l. ſi ex duobus. in 4. quæſt. ff. de duobus reis.* Æque fratris vnius inueſtitura emolumenti quicquam fratri alteri nec Socio affert. Bald. *in conſ. 301. proponitur. quæſt. ... num. 8. lib. 1.* Hoc amplius quæ heredi vni ſententia dicitur, bono cui heredibus eſſe aliis non ſolet. *l. ſi omnino. ff. de except. rei iudic.* Si ad rem ſocii alterius factam non pertinet. Quid in extraneis penitus dicendum, ad quos diſponentium animi protſus non feruntur. Ruſius ſi ſententia vni dicta ad commodum alienum non trahitur. Quid in actu extraiudiciali probandum, qui vi- 413

goris tantum, quantum iudicialis non habet. *l. eum oſtendimus. §. fin. ff. de fideiuſſ. tutor. l. Poſteriores. in rubric. ff. de verb. oblig.* Et in iudicio facilius eum acquiri quam extra, text. probat *in l. 1. §. 1. ff. a quibus appell. non lic.* Gem. *in conſ. 129. in fin.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 282. ſuper iſto negotio. colum. 2. circa med. lib. 1.* In eandem ſententiam text. eſt *in leg. penult. ff. de fideiuſſ.* cui pecuniam cum credi plures mandant, ſi ex mandatoribus vnus aliquis abſoluitur abſolutione hac cæteros non iuuari.

454 Octauo textu ſententia † hæc confirmatur in *leg. iubemus. ff. de diuer. & temp. præſcript.* interruptionem præſcriptionis non niſi interrumpenti prodeſſe, vt ad eum reſtrictio actus fiat, à quo geritur. Idem gloſſ. & Doctor. not. *in l. cum notiſſimi. §. illud & illud. in verſic. multo magis. C. de præſcript. 30. vel. 40. ann.* Doctor. *in c. mere. C. de rer. vendit. & in c. i. ex plurium. §. poteſt. 16. q. 3.* Bartol. & alii *in l. vatem aliter. ff. de vſucapio.* Baldus *in tract. de præſcript. in quarta parte, ſexta parte princ. quæſt. 3.* Interruptio præſcriptionis, quæ fauorabilis eſt, & per quam rigor præſcriptionis excluditur, Sociis aliis non prodeſt. Quid in renunciatione, ſeu approbatione dicendum, vnde renunciatio oritur, quam odioſam plane eſſe non dubitatur. Atque ideo reſtrictiorem ſponte ſua patitur. *l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. pacta ex pluribus ff. de ſolut.* Aret. *in conſ. 16. verum eſt quod commune. nu. 5. poſt princ.* Soc. *in conſ. 90. in fin. lib. 1.*

Nono non tam ſola approbatio hæc aduerſariis eſſet, vtique eam

455 non † agnoſcerent. Verum illud obiectu recte, pernicialis aliis ſecum minorum non eſſe. *l. ab agnato ff. de cur. furio. leg. 1. poſt princ. ibi vnuſquiſque enim. ff. de pact. ff. de iur. l. ſeruus furioſi. ff. de manumiſſ. l. fin. ff. quæ & a quibus ſiue ſtipulan. column. 1. 2. & reſpon. ff. de verb. oblig. cum aliis ſupra comparatis num. 91. & num. 260.* Proinde inuerecunde plus ſatis, vt illi tamen conſequi ex approbatione hac putant. *leg. ſi rem & precium. ff. de precar. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. l. ſi oa lege. C. de*

456 *vſu. l. ratas. C. de reſcind. vend. l. penult. C. de ſolut.* Rurſus † quaratione incommodum [illegible] non [illegible], quod inter alios actum eſt, ita commodo [illegible] conuenit. *l. 1. ibique gloſſ. C. quibus res iud. non noc.* Bartol. *in conſ. 70. l. cum promiſſu. in fin.* Anton. de Butr. *in c. cum ſuper. colum. 4. circa med. verſic. ſi autem tale eſt. de re iud.* Abb. *in conſ. 89. num. 5. circa fin. verſic. ſed in his plus placet. lib. 1.* Calc. *in conſ. 7. num. 12.* Iaſ. *in conſ. 36. colum. 2. lib. 3.* Et quidem ab omni id vacuum dubitatione puto, cum ex perſonis, inter quas communionis quicquam non intercedit, tum ex rebus diuiduis penitus ac ſeparatis.

Decimo, argumento ſententia hæc roboratur, quod à ratio-

457 ne validiore deducitur. Approbatio, † renunciatio, aut pactio alia quæuis de bonis quibuſdam interpoſita ad bona alia, quæ expreſſa in ea non ſunt, nec in gratiam eius trahitur, quo cum acta res eſt. *d. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. leg. quod de bonis. § non idcirco. ff. ad leg. Falcid. l. iubemus. C. ad Vellean.* Roman. *in conſ. 132. in verſic. in fin.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 70. breuiter. lib. 2.* Soc. *in conſ. 125. num. 17. libro 4.* Dec. *in conſ. 379. num. 6. Petrus Gerardi. ſing. 32.* Crotus *in l. frater à fratre num. 101. q. 20. ff. de cond. indeb.* Quanto minus perſonis aliis, & in rebus diuerſis ac ſeparatis profutura conuentio erit, quæ facta inter alios eſt. Duplex enim in ſpecie controuerſia impedimentum incurrit, quo minus fines ſuos conuentio egrediatur. Primum ex parte perſonarum, quæ aliæ prorſus ſunt, & quarum non intereſt, ad vtilitatem alienam conuentionem extendi. Quo caſu extenſio permitti ad alios non ſolet. *l. ab her. §. fin. & ll. duab. ſeq. ff. depoſ.* Alterum ratione bonorum quæ indiuiduitatis aut connexionis quicquam non habent. Quid enim prohibet bonorum aliquorum contractum agnoſci, & aliorum

458 repudiari. Vnde ex bonis † ſeparatis non recte conſequentia aut illatio deſumitur. *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus [illegible]. ff. de minor. l. qui fundum. §. ſi fundus. ibi propriam & ſeparatam conditionem habent. ff. pro emptore. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. vbi ſic, ſed à re deperdita ſunt. ff. de verb. oblig. l. 3. §. ſi tutor. Ibique Bald. ff. iud. ſolui. l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxor. [illegible] de offi. [illegible] de teſtib.* & quod ſcite Oldr. ſcribit *in conſ. 266. quod autem. num. 15.* à matrimonii remotione ad minoris amotionem non colligi, quoties ſeparatio inter ea verſatur. Non inſcite hac à fortiori etiam argumentando, Guido Papæ accedit *in conſ. 15.* bonorum maternorum renunciationem ad fraterna non trahi, quibus cum vnita materna ſunt. Quid hic probandum, vbi vnitas nulla bonorum incidit.

Vndecimo iuri reneficiationis [illegible], quod in villa vna competebat,

IVs ſcriptum ſicut palam omnibus eſt, ita publice refert, quæ à iure ipſo pendent, notiſsima omnibus fieri: quo veritatis ſcilicet indagandæ excutiendæue ratio promptior inueniatur. Quadere eum moribus mihi curiarum non conuenit, quibus viſum eſt, quæ ex iure ipſo agitationes, hæſitationesue conſtant, clam eas litigatorum aduocatis patroniſque habendas. Neque rei huius magni illam pendendam cauſam exiſtimem, incommoda ex dubitationum id genus teſtificatione ſecuta, non raro compertum. Tolerabilius quippe æſtimandum, rem vel indignam perferri, quam vt veritatis celandæ occaſio præbeatur. Inde non irreligioſe ſcriptum apud ethnicum iuris prudentem legitur, Sanctius eſſe impunitum nocentis crimen relinqui, quam innoxium pœnæ ſubiici. Rei huius exemplum capere non longinque hic eſt, vbi tanta argumentorum copia rationibuſque tam multis, inde collectis, ipſius ſibi ius abblãdiri aduerſarii pollicentur, vt quæ nitida vndique lucent, caligine ea colliniere, atq; fuſca penitus efficere videantur. An non vtile publice eſt, nubeculas tenebraſque omnes quæſtioni obductas detergi, ad candoremque ita rem pellucidum reſtitui, vt ambiguitatis totius explicandæ dirimendæue certius faciliusq; iudicium tandem ſtatuatur? Cum à iure & æquo ſe ſtare vterq; ſibi perſuaſum litigator habeat, rationibus vltro citroq; denudatis, non de cauſa ipſa apertius certiusue religioni liquere iudicantium poterit. Quos cunctabundos propterea timidosq; in litibus diiudicandis eſſe, non abre ſapientes monent. Quod ad authorem attinet, nihil aliud in ſaxo negocii huius, ſane quam odioſi, tam diu tantaque moleſtia voluendo expetendum neque cenſuit, niſi vt acri magnoq; iudicio, id quod ſpes ipſa blanditur, rationum ab his diſcretio atq; diſcuſsio ita fiat, qui tribunali ipſi Senatorio præſunt, vt ſplendidum tandem atq; integrum iudicium prodeat.

SVMMA-

SVMMARIA ORDINE ALPHABETICO IN SECVNDVM RESPONSVM CRAVETTÆ DIGESTA.

A.

Ablatiuus abſolutus conditionem inducit, nu.19.
Abſurdi declinandi nomine ſermonem vulnerare, num.29. ver. Quin etiam & in verſ. Impropriè.
Abſurdi excludendi cauſa ſermonem generalem reſtringendum, nu.20. Et in ver. generalitatem, reſtrictionem, vniuerſalia.
Abſurdum vt caueatur, interpretationem admittendam quamuis ad literam, vt iacent verba, accipi ſcriptura debeant nu. 1. Et in ver. interpretationem.
Agnationem per dimitens conſeruari publice vtile eſſe, nu.93. Et in ver. vtilitas publica.
Alienandi prohibitionem alienationem illicitam reſtringi, nu.84.
Amor furorem habet, nu.7.
Amoris cauſa pœnam leniorem ſtatui, nu.7. in fin.

B.

Baldi locus in conſ.20 lib.1. nu.44. enarratur.
Bonae quis in perniciem alienam. nec ſi princeps ſit, proſternitur, nu. 54.

C.

Caſum omiſſum iuri communi relinquendum. nu.95
Cauſa. Ad cauſam ſuam diſpoſitionem reſtringendam, nu.05 Et in ver. reſtringi.
Cauſam iuſtam in ſpecie enarrandam, neque ſatis probationes eius eſſe, quoties niſi ob eam cauſam facere non conceditur remiſſiue, nu.10.109.
Cauſatiuum. De neceſſitate cauſatiua, nu.4.
Clam. Quae niſi clam non fiunt, per teſtes non idoneos probari, num.108. verſ. in cauſa eadem. Et in ver. coniurationem, ſocius criminis.
Conditione deficiente, legum diſpoſitione non eſſe, nu. 00.
Confeſſio probationem antiſtet, nu 81.
Confeſſioni in ſpecie prohibitoria fidem non haberi, nu. 80.
Confeſſio. Cum pecuniam accepiſſe quis ſe fiam confitetur. De tempore confeſſionis numeratam eam intelligi, nu. 20.
Coniurationem Socius criminis prodit, nu. 108. verſ. in cauſa eadem. Et in ver clam. Socius criminis.
Conſeruatio bonorum vtilitatis publicae ſanci, n.62. ver. ad vtilitatem. Et in ver. vtilitas enim publica.
Conſuetudo obſeruatione ab eo probanda, à quo allegatur, nu.103.
Conſuetudinis probationem in ſpecie implendam, Id eſt ita ſpecialiter & per omnia obſeruatum vt caſum controuerſum habeat, nu.104.
Conſuetudinem ad caſus perſonaſue reſtringendam, in quibus recepta eſt, nu.205.
Conſuetudinem à iure alienam nec ad ſimiles caſus produci, nu.105. ver. hoc amplius.
Correlatorum caſus ſuos non egredi, nu. 48. Correlatorium ius nec in ratione maiore extendi, niſi ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur, nu. 93. & in ver. extenſionem, Ratio maior.
Controuerſiae aduocatione partis, nu.40.41.77.
Culpa, dedecoris rationem non habere, quod volens quis ſubit, nu.74. & in ver. volens. Culpa, opem ei non ferri, qui culpa ſua indigens ſit, n.29. vberius, nu.39. & plurib. ſeq. & nu.102. & in ver. neceſſitas.
Culpam ſucceſſori, qua ordinata ad caſum non eſt. nu. 59. Ibique limitationes declarationeſue ſubijciuntur

D.

Debitum id intelligi, quod ab inuito exigitur, nu.14.
Debitum propriè non cenſeri, quod in diem aut ſub conditione debetur, nu 20.
Declaratio noui quicquam non habet, neq; aliud in declaratum, atque grauiorem excuſſionem inueſſe. nu.12
Decretum Yolant ducis, ad debitum etiam neceſſaria pertinere, nu.07. Decretum Philiberti Ducis, nu. 70. explanatur ver. In Philiberto etiā decreto, &c.
Decreti Caroli ducis explicatio, nu.97.
Deliberat quid actum ex oppoſitione praeſumi, n.19.
Denominatio à cauſa proxima aut immediata ſumenda, nu.2. Et in ver. immediatum.
Derogatum praecedentibus per ſequentia rationis contradictionis intelligi, cum vna ſimul conſiſtere nequeunt, nu.66.
Diſtinctionem hominum repudiari, vbi facta à lege non eſt, nu.24.
Dolum re ipſa, dolo parem cenſeri eſſe, nu.36.
Domeſtici teſtimonium in his non ſpernitur, quae domi fiunt, nu.108.
Dubium. Iure dubia interpretationem praeſcendā, vnde tertiorum minus laditur, nu.30. Et in verſ. Interpretatio. Tertius illuſoriam interpretationem eliminandam, vnde illuſorius actus fieri aut contaminari poteſt, nu.35.

E.

Enunciatiua verba ad probationem valere ab eiſq; recte argumentum deduci, ſi geminata ſunt, nu. 20.
Enunciatiuis verbis iuxta diſpoſitionem atq; probationem induci quoties propter ſe principaliter, non ab aliud exprimuntur, nu.21.
Aequitatem in ſtatuto odioſo non intelligi, nu 19.
Aequitatem non ſcriptam iuri ſcripto contrario cedere, nu.100. Aequitatem ad aequitatem non trahi, nu.101. ver. gloſ. hac accedit.
Aequitati conſentaneum non eſſe, in commodo alieno pauperi ſuccurri, qui merito ſuo in paupertatem incidit, nu.43.
Aequitatis cauſa introductam non extendi, nu. 101. & in ver. extenſionem.
Exemplis rem declarari, non reſtringi, haud illepide, nu. 22.
Expreſſione facta tacitum ſilere, nu.45. & in ver. tacito.
Expreſſum id intelligi, quod iuris rationibus, praeſumptionibusq; colligitur, num.37. & in ver. praeſumptio. Expreſſum id cenſeri, quod ex mente venit, nu.37. ver. Rurſus. & in ver. mens.
Extenſionem in correlatorijs ob rationem ne quidem maiorem recipi, praeterquam ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur, nu.93. & in ver. correlatorum. Ratio maior. Extenſionem in eo non recipi, quod conſtitutum ob aequitatem eſt, nu. 101. & in ver. aequitatis.

F.

Feudi contractum nominatum eſſe, nu.98.
Feudi ſucceſſorem are defuncti alicuius diſſoluendo non aſtringi, nu.87. Ibiq; ampliatur quamuis defuncti heres per inuentarium tamen ſucceſſor vaſallus ſit.
Fraudis nomine contractum onerosum non aliter reſcindi, niſi fraudem ipſam contrahens vterq; participet, nu.107.

G.

Generalitatem abſurdi vitandi nomine reſtringendam, nu. 29. Et in ver. abſurdi. Reſtrictionem. Vniuerſalia.
Generalem ſcripturam ad ea nō trahi, ratio in quib. diuerſa vertitur, nu.32. & in ver. Reſtrictionem.
Generalem ſermonem ad ea non porrigi, ratio in quib. minor contingit, n. 33. Generalem ſcripturā ad ea non trahi, prouiſio in quib facta ſpecialis legitur, nu.62. Et in ver. repetitio.

I.

Immediatum. A cauſa immediata & proxima demonſtrationem faciendam, nu.2. Et in ver. Denominatio.
Impoſſibile aſſirmari, quod ex ſalutis diſcrimine ſit, nu.8. ver. quomodo fieri, &c. Impoſſibile id haberi, quod ſine turpitudine perfici nequit, nu. 8.
Impropriè verba intelligenda, ne abſurdum agnoſcatur, nu. 29. ver. Quin etiam. Et in ver. abſurdi.
Inducta vt ampliant, reſtrictionem non continere, nu.10. Limitatur, nu.13.
Infeudationem facilius quam alienationem permitti, nu. 91.
Interpretatio in dubio potior, in qua tertij ius minus tangitur, n.90. Et in ver. dubium. Tertius.
Interpretationem vnde abſurdum euitetur, abiectam ſtatuto non cenſeri, quo ad literam ne tacit intelligi ſcripturam oportet, nu.30. Et in ver. Abſurdum. Interpretationem latam ob vtilitatem publicam recipiendam, n.62. & in ver. vtilitatis. Iuſtitia prouiſio non recipienda, num.47. ver. quoniam.

M.

Matrimonium ſacramentorum primum, in ſtatu innocentiae conſtitutum. Idq; etiam deorum philoſophorum authore venire, nu.9.
Mens. Quod ex mente percipitur, pro expreſſo haberi, nu 37. ver. Rurſus.
Mixtum à potentiori denominari & diiudicari, n.3. & in ver. potentius.

N.

Neceſſariam ſatiſdationem non aliam aſtimari atſi qua per legem immediatè iure vel cum hominis conſenſum, falſum ne praeſtatur, n.42.
Neceſſitas. Abſurdum iam videri, vt ei ſuccurratur qui vitio culpa ſua deductus in eam eſt num.28.39. Et plurib ſeq. Et nu.10 & in ver Culpa.
Neceſſitatem eam demum indicari, quam deuitare non liceat, num.27. Neceſſitatem euidentem eſſe oportere, vbicunque atſi ob neceſſitatem fieri quid nequit, nu.40.
Neceſſitatis diſtinctio triplex ſcitiſſime explanatur, nu.1. Neceſſitatis rationem non habere, quae facto mero voluntario oritur, num.3. Vbi non ineleganter id percipitur. Et n.29 39. & pluribus ſeq. Et num.8. ver. inopia quoq; Neceſſitatis vtilitatiſue probationem ab eo praeſtandam, qui ob cauſam neceſſariam vtilemue factam alienationem aſſeruit, nu 85. Et in ver. Probandi.
Neceſſitatum inter ipſa, exempla non infrequentia, nu.13.

O.

Odioſam ſcripturam aſtimari. Vnde iuri derogatur aut alienum ius laditur, n.17.19.64.
Odioſam ſcripturam intelligi, vnde iuris alieni minuendi periculum adita occaſio praeſtatur, nu.90.95.
Offerendi ius, quod poſteriori creditori datur, ſine hypotheca non conſiſtere, n.31. Offerendi ius Et alienandi rationem diuerſam in feudo habere, n.94.
Operari. Ita verba exaudienda, vt aliquid operetur, num.47. Et in ver ſuperfluum. Operari ſatis verba dicuntur, quae dubitationem minuit. n. 49.

P.

Pater. A patre theſauros parandos. nu 78.
Pater contra ſtimulus naturae facit. Cum conſiliorum cauſa non eſt, nu.79.
Patrem mentis morbo laborare, Qui in perniciem liberorum aut inofficioſe quid agit, nu.79. ver. vnde momenta.
Patria priuilegio inter liberos iſtando non frui quo paternum ad eos animum non praeſtitit, num.79. ver. inde ſit.
Periculum magis declinandum. Atq; id in interpretatio potior vnde leuius ſamae periculum exiſtit, nu. 76.
Plenitudinem poteſtatis ad turpia aut illicita non pertinere, num. 0. ver. inde ad ea Et in ver. impoſſibile.
Plenius ſtatutum haberi quod plenius eſt, nu.08.
Potentius. A potentiore denominationem eſſe faciendam, nu.3 & in ver. mixtum.
Praeſumptio. Pro expreſſo aſtimari, quod iuris praeſumptione colligitur, nu.37.
Praeſuppoſitum. De caſibus praeſuppoſitis conſtare antea omnia oportere, nu.91.
Primogenituram à iure diuino eſſe nu.40.
Princeps. In principe iniuſtam nullam non praeſumi, Vbicunq; iuſta cauſa qua iuſta quid facere non permittitur, nu. 12.
Principem iuſtitia plenum praeſumi. Ideoq; eam in praeſumptionem facere, nu 34.
Principe iure iniuſto in bonis alienis, quam domino aut teſtatori eſſe. nu 10.
Probationem, quia praeſtari poſſit in re probatu difficile admittendam quomodo intelligatur, n. 108.
Proprie tale non intelligi, quod ſecundum quid, non ſimpliciter tale eſt, n. 25. & in ver. ſimpliciter.

Q.

Qualitatem neceſſariam ſecundum verbi tempus accipiendam, num 38 Ibiq; limitationibus exibus regulis explicatur.

R.

Raro. ad caſum, qui niſi raro non accidit, interpretationem non accommodari. nu.15. Ibiq; enarratur.

Ratio

Ratio in verbiſque inquirenda, quomodo per eam factum quid ſit, num. 76. Ratio maior ad ius correctorium non aliter valet, quam ſi expreſſa ſit, vel pro expreſſa habeatur, num. 97. Et in ver. correctorium. Extenſionem. Ratio diminſa generalitatem coarctat, nu. 32. & in verſ. Generalem reſtrictionem.
Ratione ſpeciali dictum generale reſtringi, num. 72. Vberius, nu. 98. Vbi & in ratione tacite ampliatur. Ratione generali diſpoſitionem extendendam, quamuis inclaſa facta ſpecialis non ſit, nu. 82. 70. Limitatur nu. 73.
Relatis. Referens ex relato reſtringendum, nu. 28.
Rem ſuam pro arbitrio quiſq; diſponit, nu. 11. Ibique declaratur.
Reſpectioni eiudem atq; exceptioni funerum præſtari, nu. 75. ver. cauſa eandem.
Reſtrictionem in verbis vniuerſalibus nedum generalibus agnoſci, abſurdi declinandi cauſa, nu. 29. & in ver. Abſurdi. Generalitatem. vniuerſalia. Reſtrictionem ſermonis generalis, vniuerſaliuq; in cauſis pluribus admitti. De quibus, num 91. remiſſiue. Reſtrictionem in ſcriptura generali ob rationem diuerſam agnoſcendam, nu. 32. & in ver. generalem. Ratio.
Reſtringi diſpoſitionem ob cauſam ſuam oportere, nu. 63. & in ver. cauſa.

S.

Seruilis Verbis lata exaggeratio. nu. 106. Simpliciter. Quod tale ſimpliciter non eſt ad ſecundum quid tale proprietati dici, num. 85. & in ver. propria.
Socius criminis conſeruationem derogit. nu. 108. ver. in cauſa eadem elam.
Subeſſe talia eſſe, qualia prædicantur demonſtrati, num. 25.
Succeſſorem feudi ad æs alienum ſoluendum defuncti non cogi, num. 87. Ibiq; ampliatur, quamuis defuncti heres ex inuentario tamen ſucceſſor ſit. & in ver. feudi.
Superfluum. Ita verba accipienda, ne ſuperfluum ſiant, nu. 47. & in ver. operari.
Suppoſitum partium per criminis Socios vinculari, nu. 108. ver. rationem eadem.

T.

Tacite ſub alio non contineri, quod expreſſum ſit, nu. 47. & in ver. expreſſione.
Tertius. In ambiguo interpretationem admittendam per quam tertij intereſſe tangitur. nu. 96. & in ver. Dubium.
Tertij iuris lædendi occaſionem tribui abſurdum & alterum.
Tex. declaratio in c. 2. §. ſi autem diſſentientes. qual. olim feudum poterat alie. nu. 58. 61.
Turpitudinem ſuam, nedum defuncti excipiendo replicandoq; aperiri, nu. 75.

V.

Verba vbi non conueniunt, diſpoſitionem ſiſteri. nu. 92.
Vltimo decreto ſtandum, nu. 69.
Vniuerſalia verba reſtringenda, ne abſurdum conſequatur, nu. 29. Et in ver. Abſurdi. Generalitatem. reſtrictionem.
Vniuerſitatis factum per teſtes probari, qui ex ea ſunt. nu. 108. ver. eiuſdem generis.
Valens. Deducitur fruſtra quis quæritur quo valens aſſicitur. nu. 74. & in ver. Culpa.
Voluntaria ſatiſdatio dei itaut qua dicantur, n. 45. Hoc & illud ſpectas, quod ſtirpeu legitur, nu. 63.
Vtilitas publica. Bona in agnatione familiaque conſeruari vtilitas publica exigit, nu. 63. & in verſ. Agnationem.
Vtilitatem publicam in bonis priuatorum conſeruandis conſiſtere, nu. 60. verſ. Ad vtilitatem.
Vtilitatis publicæ cauſa interpretationem latam admitti, n. 82. & in ver. Interpretationem.
Vtilitati publicæ tertij incommodo non ſubſcribi, atq; ideo reſtrictionem in ſcriptura agnoſcendam vtilitatis publicæ cauſa facta ne damnum ex ea ad tertium redeat, nu. 62. & nu. 64.

DE EADEM MATERIA COROLLARIVM SIVE RESPONSVM SECVNDVM.

DIVINO ſubſidio ex corde poſtulato. Verbis conſequi nequeam, quam iucundum mihi fuerit, tela cognita habuiſſe, quibus ex occulto generi ius lædebatur. Molliora enim ea eſſe oſtendemus, quam vt ad damni quicquam inferendum valeant. Cæterum quo manifeſta magis imbecillitas eorum fiat, ſignificantius planiusque quod in debitis neceſſarius
1 exponendis verſatur. Rei cuius indagandæ cauſa † ſciendum. Tripliciter diſtingui neceſſitatem poſſe, vnam large & generaliter quomodocunque aut vndecunque neceſſitas deſcendat, ex facto neceſſario aut voluntario. Alteram, quæ ex facto quidem voluntario, verum à lege ipſa mox, & contra hominis voluntatem conſenſumue, inducitur. Tertiam quæ ſine vllo facto hominis voluntario à lege ipſa naturali ciuiliue inducitur.

Prima neceſſitas ea dicitur, quæ à facto hominis voluntario & ex conſenſu voluntateque eius conciliatur. Veluti cum quis cui quid ſponte promittit, obligatio enim & neceſſitas voluntaria ex promiſſione hac naſcitur, *leg. in commodato. §. ſicut. ff. commoda. l. ſicut. C. de actione & obligatione.*

Altera neceſſitas, quæ ſine promiſſione conſenſuue hominis à lege hominis immediate ob aliquod hominis factū quodlibet voluntarium introducitur. De quo genere cautio eſt, quam fructuarius præſtet de proprietate reſtituenda vſufructu finito. Sed quod viri boni arbitratu vſurum, fruiturumue. Eodem & cautio ſpectat, quam fideicommiſſario aut legatario in diem vel ſub conditione heres præſtat. Die, conditioneue cedente, traditum fideicommiſſum legatumue iri. De qua *in tit. ff. vt leg. ſeu fideicom. nomin. cau.* Similis cautioni huic & illa eſt, quam è contrario fideicommiſſarius legatariuſue præſtat, cui fideicommiſſum legatumue ſit, integrum ſine falcidiæ detractione accipit, reſtitutum id iri, quod amplius acceptum ſit quam falcidia lex permittit, *vt in tit. ff. si cui plus, quam per l. Falc.* Neceſſariç enim id genus cautiones habentur, quia per legem ipſam ſine promiſſione aut conſenſu vllo fructuarii, heredis, fideicommiſſariiue neceſſitas ipſa cauendi aut ſatiſdandi imponitur, quamuis initium ipſum voluntarium ſit. Quia vſumfructum, hereditatem, fideicommiſſum, legatumue agnoſcere quiſquam non cogitur *l. de die. § ſuto. ff. qui ſat. cogan.* Idcirco autem neceſſaria cautio æſtimatur, quoniam etſi maxime à facto voluntario originem habeat, conſenſus tamen aut voluntas hominis à cautione ipſa abeſt. Siquidem promiſſa à fructuario herede, fideicommiſſario, aut legatario non eſt, neque ex promiſſione aut voluntate hominis petitur. Verum per legem ipſam cauendi neceſſitas iniungitur. Atque à lege ipſa immediate neceſſitas hæc procedit, quamuis ob factum hominis voluntarium, id eſt, ob acceptationem hereditatis, vſusfructus, fideicommiſſi, aut legati, ſecundum quæ in denominatione hac neceſſitatis facienda cauſam immediatam aut proximam obſeruamus, vtrum à facto conſenſu hominis immediate, an à lege mox ſeu immediate proficiſcatur. Namque ſi à lege immediate citra promiſſionem hominis neceſſitas deſcendit, neceſſaria res æſtimatur. Ex diuerſo, ſi ex conſenſu, voluntate, aut promiſſione hominis neceſſitas oritur, voluntaria diſpoſitio habetur cauſa immediata perſpecta, voluntaria enim cautio dicitur, quæ ex pacto aut conuentione immediate præſtatur. Ita gloſſ. & Doct. du cent *in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.* Ibique ſignificanter Soc. *num. 7. ff. qui ſat. cog.* Idque ordinarium in † denominatione actus cuiuſuis facienda inuenitur, vt à cauſa immediata vtpote fortiore denominatio fiat *l. interdum. § pater familias. ff. de heredi. inſti.* Aret. *in l. filium à patre. §. 1. ff. de lib. & poſt.* vbi in ſpecie hac loquitur, quoties à lege immediate ex facto hominis tamen diſpoſitio inducitur, legis non hominis diſpoſitionem intelligi. ſequitur Soc. *in conſ. 126. col. pen. verſ. confirmatur, nam licet lib. 1.* Ibique vltra Aret. & Soc. confirmatur. Namque mixtura † hic interuenit, id eſt, factum hominis voluntarium, à quo vſusfructus hereditatis, fideicommiſſi, legatiue acceptatio fit. Et legis diſpoſitio, per quam ob acceptationem id genus cauendi neceſſitas imponitur. In mixtura hac voluntatis & neceſſitatis diiudicanda, voluntaria an neceſſaria dici cautio debeat, cauſam ſpectari oportet, quæ potentior eſt *l. quæritur. ff. de ſtatu homi.* Signor. *in conſ. 48. col. ſin.* Sed enim potentiorem cauſam haberi, quæ proxima aut immediata eſt, non dubitatur *l. pen. ff. de cond. ob turp. cau. l. ocium, qui in eo. § 1. ff. pro ſocio. l. ſi mulier. in prin. cum gl. ff. rerum amo. l. qui liberis. §. hæc verba. l. cum filio. ff. de vulgari. l. ſi ſolus. in ſin. ff. de acq. hered. l. ſed ſi ſic. §. ſin. ff. de lega. 3. l. Neſennius. §. ſeruo. ff. ad l. Fal. l. filius patronus. ff. de bonis liber. l. cum de hoc. ff. de excep. rei iud. c. de cætero. de homicid. Et alia ſexcenta.*
2
3

Tertium neceſſitatis genus, quod ex initio neceſſario & per legem etiam immediate introducitur. Cuiuſmodi neceſſitas dotis & donationis propter nuptias conſtituenda eſt, ſine facto enim hominis per legem ipſam, filiam dotare & donationem propter nuptias vxori conſtituere neceſſe quis habet. Quæ neceſſitas præciſa eſt. Cauſatiue † etiam intelligi neceſſitas poteſt. 4
Veluti cum ab hoſtibus captus quis eſt, vel alimentis indiget, neceſſaria quippe redemptio, & alimentorum comparatio eſt, ſi ab hoſtibus liberari & vitam tueri quis ſtatuat. Ad neceſſitatem hanc cauſatiuam & illa accedit. Quoties feudi dignitatem aut ius eius tueri quis cogitur. Idque contingere æque contra dominum directum, atque ſubditos vel tertium poteſt. Quid enim, ſi qua feudo aut inueſtituris cedere dominus directus negat, quæ ſub feudo comprehenſa Vaſallus aſſerit. Quid ſi iura aliqua vaſallo præſtare ſubditi renuunt. Quid ſi in feudo aut in

parte qua eius ſibi eſſe tertius contendit. An non defenſionem feudi ſuſcipere Vaſallus compellitur, niſi ſi contemptui id aut neglectui habeat. Defenſio hæc & ſumptus, qui ob eam fiunt, neceſſitatem haud dubie cauſatiuam habent. Neceſſitatis huius cauſatiuæ rationem haberi, ex text. oſtenditur *in d. l. de die. §. tutor. ff. qui ſat. cog.* neceſſitas enim cauendi de qua ibi præciſa non eſt, vt cauſatiua ſolummodo, ſi vſumfructum, hereditatem, fideicommiſſum aut legatum conſequi quis velit. Atqui neceſſariam cautionem illam lex habet. Id qua rationis videtur, neceſſitatem aut neceſſitatis ius in re honeſta admittere, vt hereditatem quis, vſumfructum, fideicommiſſum, aut legatum cõſequatur. Neceſſitatis huius cauſatiuæ, quæ per legem introducitur, rationem habendam [illegible] etiam ſcribit *in conſ. 102. Guilielmum col. 4. orta med.* Gemínia. *in conſ. 112. nu. 3.* Corne. *in conſ. 1. col. 17. ver. nec refragatur. lib. 3.*

Diſtinctione hac neceſſitatis triplicis ita facta, conſequens fit nihil ad neceſſitatem præciſam aut cauſatiuam ob cauſam quã iuſtam, & cum à lege ipſa immediate neceſſitas inducitur intelligi decretum non poſſe, quod in debitis neceſſariis loquitur. Id eſt, quæ vel neceſſitatem præciſam habent, qualia ſunt, quæ ad dotem aut donationem propter nuptias contrahuntur, vel in quibus neceſſitas cauſatiua ex cauſa iuſta ineſt, ob libertatẽ puta capti redimendam, ob vitam tuendam, alimenta comparanda, feudi aut iuris eius cõſeruandi aut recuperandi cauſam. Ne-
5 ceſſitatis plane, de qua in primo † diſtinctionis capite, & quæ à facto mere voluntario ſine cauſa quæ iuſta, deſcedit, rationem non haberi, ex tex. glo. & Doct. declaratur *in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cogan.* ratione fortiori argumentando. Etenim ſi neceſſariam cautionem lex non habet, vt priuilegium cautionis neceſſariæ habeat, quæ ex voluntate aut conuentione ſeu promiſſione mera, non à lege exiſtit, quamuis cauſam iuſtam habeat. Quanto minus neceſſitatis habenda ratio erit, in qua cauſa vlla iuſta non oſtenditur? Et quæ non à lege mox, verum ex promiſſione & volontate mera debitoris immediate naſcitur. Quid debitorem ie ex mutua pecunia agnoſcit cauſa mutui contrahendi prorſus non declarata.

Itaque cum niſi ob debita neceſſaria feudi alienatio permiſſa ex decretis non ſit, patris erat, docere neceſſitatem in debitis contrahendis præciſam aut cauſatiuam, hoc eſt, ex cauſa qua iuſta interueniſſe per ea, quæ in reſponſo pro genero excuſſo relata ſunt *nu. 116. & plurib. ſeq.* Ad quem modum non exeuntendo, ex text. *in d. l. ſi fideiuſſor. § neceſſaria.* gl. & Doct. ibi generius perſpicuum atque extra controuerſiam omnem apparet. Hoc eſt voluntaria debita æſtimanda, quibus pars nititur. Vtpote quæ à mera vaſalli defuncti promiſſione & voluntate inducta ipſius vaſalli non à lege eſt. Quo magis admiret, Alex. & Soc. teſtimonis *in d. §. ſi neceſſaria partis diuerſa.* vti aduocatum non puduiſſe. Contrarii enim expectationi partis tex. ille cum gloſſ. Alex. & Soc. Doct. quæ aliis euidentiſſima ſunt.

Præter tex. *in d. §. ſi neceſſaria.* tex. & alios non paucos, & ipſos ſane quam aduerſario reſiſtentes, in d. reſponſo commemoratos pro genero habemus *nu. 44.* Ex quibus tex. oſtenditur, voluntarium, non neceſſarium debitum intelligi, id quod ex voluntate & promiſſione coniectus ſua quis eſt. tex. item contulimus *in c. 2.* Ibique Decium *in quarto nota. de teſtib.*

Aduerſario item Tiraquel. nocet in tracta. de vtroque retractu *fol. 97. nu. 15. & ſeq.* Quem ru cogitate plus ſatis pro ſententia ſua aduocatus etiam partis nominat. Neceſſarium enim id ait, quod à cauſa originem neceſſaria habet, ex Bal. Alber. & Ang. apud eum relatis. Et per tex. *in l. alienationes. ff. famil. ercíſ.* In eandem ſententiam teſtimonium Aret. productam in reſponſo pro genero habemus *in l. in poteſt. in fi. ff. de acqu. her.* Qui heredem neceſſarium eum non credit, qui ex aditione heres voluntaria fit, quãuis poſt aditionem neceſſario heres maneat, neque repudiandi ius competat. Eum demum neceſſarium heredem exiſtimat, qui neceſſarius initio eſt, adire quæ compellentur. Quo Aret. dicto Alciatum vis diximus *in l. 2. §. ex his. nu. 17. ff. de verb. obl.* Idem
6 vltra † Aret. & Alcia. & gloſſ. & Doct. declaratur *in l. ſi âdum. in gloſſ. pen. ff. de acq. her.* Damnum non intelligi, quod ex cauſa originem lucratiua habet. Vnde qui hereditatem adit, damnum pati ob id non dicitur, quod oneribus hereditatis obligatur. Id quia originem damna aut onera hæc ab hereditate habent. In qua titulus ve [illegible] lucratiuus dicitur, de quibus Rum. *in conſ. 79. num. 10. lib. 2.*

Ad modum item memoratum decreta Yolant & Blanchæ accipiendæ, argumentis & rationib. quam plurimis, atque ipſis nequaquam ficulneis declaratum & confirmatum in d. apud nos reſponſo legitur nu. & ſequentium agmine.

Sententia hac ita obfirmata. Argumenta non obſtant, quib. aduerſariorum partes ſuſcipiendas aduocatio & patrocinatio eorum duxit. Et primum quidem non mouet, ſi debita neceſſaria intelligimus, quorum neceſſarium initium eſt, nec in dotib. & donationibus propter nuptias decretum obtinere. Si quid voluntarium ex his initium eſt. Matrimonium videlicet, quod non contrahere, ab eoque temperare licet. Egregia ſane inſpectio & euangelicæ traditioni amica. Quam ne quidem fidei expers agnoſceret. Ita in arbitrio hominis eſt, à matrimonio abſtinere, ſi aut in cœlibatu aut turpitudine vitam quis exigẽdam cenſeat. Illæ quam facilius, & poteſtatis noſtræ ſit indigens rei probationis non eſt. Siquidem natura id ipſa docet. Cum nihil ſit ardore † carnis vehementius. In quo furorem lex obiectat. 7 *§. illud quoq; in authen. quib. mod. nat. eff. ſui. Gloſſ. in l. vlt. in verſ. capta. C. de ſenatuſconſul. Claud. tollen. & in §. 1. in verſ. baccata. inſti. de ſucceſſ. ſubl.* tex. huc pertinet *in l. 1. § initium. ff. de orig. iur.* faſne aliquæ omne ab eo commiſceri, qui virginis captus amore eſt. Ibique Bald. ſcribit, hominis ſenium puellarum amore peruerti. Philoſophus item *7. ethicor. cap. 3.* ab ira & cupiditatibus venereis, idque genus aliis manifeſtas corporum mutationes inſecutas. Et in furorem pleroſque atque inſaniam adactos ſcribit. Salomonem item mulierum impatientia templum idolis ædificaſſe. Eademque pro numine coluiſſe pagina ſacra docet, *lib. 3. regum. cap. 11. & cap. Salomon. 32. q. 4.* vinoque & mulieribus apoſtatas fieri Salomõ teſtis ipſe eſt, eccleſiaſtici *cap. 47.* Sed nec apoſtolus ipſe citra Dei munus, ad carnis ſtimulos arcendos valebat. Inde fit, vt pœnã leniorem ferat, qui amoris vi offendit. Old. *in conſ. 210. regulariter. nu. 4.* Quod ſi extra matrimonii permiſſum libidini indulgendum quis ſentiat. An non impoſſibilem rem ſpectat. Siquidem
8 poſſe † quiſquam non creditur, quod perfici ſine turpitudine nequit. *l. vulgo. ff. de ſtatu homi. l. ſi cum dies. §. compromiſſo. ff. de arbitr. l. filius. ff. de cond. inſti. l. nepos proculo ff. de verb. ſignif. l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſti. cap. vt iuxta. de offic. ordin. cap. indecorum. de ætat. & quali. c. contingit. de arbi. v. s. denique. in ſin. 4. diſt.* Quomodo fieri poſſe id dicemus, quod citra ſalutis [illegible] diſcrimen nequit. *cap. faciat. 11. q. 2. Hier. inc. 1. num. 3. de contrauer. inter domi. & emp. feudi.* Capic. *deciſ. 166. n. 12.* Inde ad ea poteſtatis plenitudo non pertinet, quæ turpia ſunt, vti ſcriptum habemus *in tract. de antiq. temp. par. 2. num. 25. ad Venetam impreſſionem.* ſecundum quæ fundamento prorſus erroneo argutia hæc partis nititur, ab initio aut origine voluntaria dotis & donationis propter nuptias obligationem neceſſitatem non exiſtere. Quin etiam poteſtate in re turpi admiſſa, proli tamen illegitimæ alimenta miniſtrari, doteſque conſtitui oportet vt habetur *in c. cum haberet. de eo qui duxit in matri.*

Secundo reſpondetur. Voluntarium eſto, † initium dotis & 9 donationis propter nuptias ſit, quod à matrimonio venit, laudatiſſimum tamen eſt, iureque diuino ſacramentorum omniũ primum in ſtatu innocentiæ conſtitutum. Geneſ. *c. 1. ſunt. §. 1. 32. q. 2.* Idque ex philoſopho etiam oſtenditur. *2. œconomica.* Vbi extra deorum venire vxorem ait. De quo Her. meminit *in c. 1. in prin. num. 13. ante fin. de probi. alien. feudi per Freder.* Itaque cum initii huius laus honeſtaſque ſumma in manifeſto ſit, ad rem non attinet, voluntarium id eſſe. Quocirca ſi initium tale probatum in debito vaſalli etiam volontarie contracto conſtaret, controuerſia non tanta forte exerceretur. Atqui neque neceſſarium, neque laudabile, aut vtile in debito vaſalli contrahendo initium vllum ducetur. Præſumendum itaque id non fore, reſponſum noſtrum pro genero teſtatur *num. 13.* Id quidem imprimis, perſona vaſalli perſpecta, ſui palam profuſi. Quæ res manifeſtior ex numero & magnitudine debitorum & alienationum fit, quam vt probationem aliam expoſcat. Sed nec id partis teſtes inficiantur. Ita ex diuerſis pars argumentatur. Id eſt, ab initio voluntario, de iuſtitia cuius & vtilitate euidenter conſtat, ad initium, quod illicitum potius ex perſona præſumitur, quam vt iuſtitia, vtilitasue eius appareat.

Tertio reſpondetur, Initii huius voluntarii in debito neceſſario diiudicando, non aliter rationem haberi, niſi ſi per legem ipſam immediate & citra conſenſum, promiſſionemq; hominis, neceſſitas inducatur. *d. l. fideiuſſor. § ſi neceſſaria.* Ibiq; gl. & Doc. vulgo. *ff. qui ſat. cogan. cum aliis ſuperius enarratis.* Sed etiam ex promiſſione & voluntate vaſalli defuncti debita conflata hæc ſunt. Ergo non voluntaria dici omnino non poſſunt.

Quinto

Quarto reſpondetur, nihil præmiſſorum eſſe omnium fac.
Quæ tam validiſſime monent. Illud ſaltem inficiari neminem
non pudeat, niſi in debitis ex cauſa voluntaria contractus decre-
tum non intelligi, in quibus cauſa iuſta verſatur. Idque & aduo-
catio ipſa diuerſa expreſſim confitetur, cum ad argumentum
reſpondet, quod in fraudis committente, & decreti aut iuris
10 feudalis perimendi occaſione conſiſtit. Sed enim † cauſam i-
pſam iuſtam exprimendam, quoties niſi ob cauſam quam iu-
ſtam fieri quid nequit. Neque ſatis eſſe, cauſam ipſam poſtea
doceri, aut probationibus confirmari, ne alias defendendi, &
probationes contrarias præſtandi facultas eripiatur, dilucide,
ſatisque monſtratum in reſponſo prædicto pro genero eſt *num.*
169. Locupletius & ſcite magis nu. 386 col. 4. in fin. ver. hoc ita admiſſo. Cu-
ius rei notula etiam apud indicem facta non ſpernenda eſt in
ver. cauſam in ſpecie.

Nuo obſtat, decretum Yolant generaliter in debitis loqui,
ob id per decretum reſtringendum Blanchæ non eſſe, quam-
uis de neceſſariis in eo mentio debitis fiat. Quatenus decreti
Yolant ampliandi cauſa decretum ipſum editum Blanchæ eſt.
11 Atque ideo abſonam rem videri, reſtrictionem ex decreto † in-
duci, quod ampliandi nomine ſit. *Lex lege in princ. ff. locati l. ſicut ſer-*
ui in princip. ff. de legat. Lex tamen adiectio. ff. de leg. 3. l. ſi mancipia. ff de fundo
inſtruct. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publica. Negamus enim, amplia-
tionem vllam in Blanchæ decreto eſſe. Imo enim declaratio-
nem meram habet, vt ad dotes etiam reſtituendas Yolant de-
cretum pertineat. Quam declarationem ex verbis menteque
ipſa Yolant percipi decreto ipſo expreſſum Blanchæ eſt. Qua
igitur ratione declaratio facta circa dotes reſtituendas legitur.
Ita & circa debita ipſa declarationem factam liquet, vt non in
debitis omnibus, verum in neceſſariis tantummodo, locum
Yolant decretum habeat, ne abſurda & incommoda ſequan-
tur, de quibus expreſſio facta in reſponſo eſt, *num. 61. 76. & ſequ.*
num. 85. verſic. 9. debitorum eſto. Et num. 90. in fin. & ſequ. & num. 104.
declaratione igitur admiſſa, argumentum labaſcit. Ampliatio-
nem reſtrictionemue decreti Yolant per Blanchæ decretum
fieri. Imo enim neque ampliationem neque reſtrictionem
Blanchæ decretum habet, in quo niſi declaratio non contine-
12 tur. Siquidem nouæ † rei quicquam declaratio non habet, *leg.*
heredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. In proœmio ſexti decretal. clem. 1. de
iure patro. Gloſſ. in capit. primo in verſic. filio de ſum. trin. & fide cat. Vnde
nihil aliud declaratio ac grani à ſpicis excuſſio efficit. Quæ ſpe-
ciem nouam non inducit, ſed quæ erant grana aperit. *l. adeo. §.*
cum quis in fin. ff. de acquir. rerum domin. Baldus *in l. edita. in 10. oppo. C. de*
eden. Fulg. *in conſ. 147. viſa. in fin.* Secundo reſpondetur, locum re-
13 gulæ non eſſe, † vbicunq; inutilia verba aut effectus nullius fie-
rent. *l. Proculus. ff. de vſufruct. l. denique. §. interdum.* Ibique Bartolus *ff. de*
pecul. leg. Decius *in c. cum dilecta. col. 3. verſ. ex quo infertur. de confir. vtili vel*
inutili. Ad enim inutile verbum neceſſariis quarto repetitum,
manere, niſi ſi ad originem neceſſariam, vel ad eam neceſſita-
tem referatur, quæ aut per legem immediate, aut ab homine
quidem inducitur, verum ex cauſa iuxta ſecundum ſuperiora,
& de qua luculenter appareat, & cuius facta expreſſio ſit. Cæte-
rum vbi cauſa debiti contrahendi & pecuniæ mutuæ accipien-
dæ non conſtat, neque expreſſio vlla facta de ea eſt. Quid aliud
quam feudi totius interitum vaſalli libidini committimus. Ad
reſponſionem hanc confirmandam pertinent quæ de interpre-
tatione abiicienda vnde ſterilia verba fiunt, ſatis ſuperque
ſcripta in reſponſo memorato pro genere ſunt, *numer. 46. 47.*
77. 312.

Neque contraria reſponſioni huic partis inſpectio eſt. Effe-
ctum in decreto hoc non deeſſe, quam ad debita id trahatur,
quæ ex promiſſione contracta voluntaria ſunt. Siquidem ne-
ceſſaria omnia non inueniuntur, quæ à conſenſu, promiſſione
deſcendunt. Quid enim, ſi pacto modo promittitur, aut ex ob-
ligatione ante dotali, vel alias in foro ſalutis debent. Effectum
in his habere Blanchæ decretum poterit, vtpote quæ volunta-
ria mere in foro ciuili ſunt. Vnde non recte conſequentia de-
ducitur, ſi ad debita neceſſaria decretum id trahimus, quæ ini-
tium aut originem à volũtate habent, ineptum atque ocioſum
prorſus decretum id fieri, quatenus nullum non debitum ne-
ceſſarium poſtea inuenietur, quam contractum fuerit. Imo e-
nim neceſſarium id non erit. Cuius nomine actio vlla prædita
iure ciuili non eſt.

Dii boni. Tantam, tamque euidentem argumenti huius ine-
ptiam ſtomachus quis tulerit? An non momenti nullius ver-
bum neceſſariis liquidiſſime apparet. Quandoquidem ad de-
bita ea excludenda, propter quæ actio non redditur, ſatis debi-
torum expreſſio ſimplex fuerat neceſſariorum verbo omiſſo.
Debitum † quippe id demum æſtimatur, cuius exigendi nomi- 14
ne aduerſus inuitum actio competit. *l. debitor. ff. de verb. ſign.* Doct.
in l. 1. ff. ſi cer. pet.

Secundũ argumentum hoc partis aduocatio patitur, in eam-
que reflectitur. Quoniam ſi interpretationem hanc admitti-
mus, vt in debitis operetur pro quibus actio non eſt. Nonne
occaſio apertiſſima facilimaque totius feudi perimendi dabi-
tur, debita ſcilicet cõtrahendo, quorum nomine actio accom-
modatur. Id quod fieri vulgo aſſolet, per ſtipulationem puta,
aut pactum alias veſtitum.

Tertio ſi mentem hanc fuiſſe decreti dicimus, abſurda pror-
ſus res conſequitur, vt eo caſu feudi incolumitati conſulere ex
verbo neceſſariis voluerit, qui nunquam ferme aut perquam
raro accidit, vt ob debita naturalia tantum feudi, rei ue cuiuſ-
alterius ſtabilis alienatio fiat, quorum nomine actio non indu-
citur. Itaque interpretationem † reiici omnino oportet, quæ ca- 15
ſum tam inſolentiſſimum ſpectat. *l. nam. cum ll. duabus ſeq. ff. de ll. c.*
coram. verſ. ſed fuit. de off. deleg. Ibique Abb. ſcribit eo caſu diſpoſitio-
nem intelligendam, qui contingere poteſt non etiam qui nun-
quam aut raro eueniat. tex. huc ſpectat *in §. quantitatemcunque. in auth.*
de conſul. Quod raro enim fit, miraculi vice eſſe. De quo Bald. me-
minit *in d. l. nam. ff. de ll.* Inde Signorol. ſcribit *in conſ. 169. nu. 1. in ultim.*
verſ. item ibi erat frequens. Quod accidere niſi raro non ſolet, id non
ſpectandum aut magnifaciendum.

Sed enim animaduerſione alia inertiam verbi neceſſariis, de-
clinare pars certat, quamuis ad debita relatio fiat, quæ contra-
cta voluntarie ſunt, vt in debitis effectum habeat, quæ à dona-
tione exiſtunt. Si quid cui ex cauſa donationis vaſallus debeat.
O fœlicem inſpectionem, quæ authori ipſi validiſſime reſiſtit.
Et vnde vera ac recta decreti interpretatio initiatur. Ratio enim
inquirenda, quamobrem propter debitum ex cauſa lucratiua
permiſſa alienatio non eſt. Ratio quippe † circa omnia inda- 16
ganda, cur ita factum quid ſit. *l. 1. librario, quæ conſuetudinem ſuaſit,*
cuſtodienda eſt. C. quæ ſit longa conſuet. Bald. *in con. 176. ſtatuto cauetur col.*
1. poſt med. lib. 5. Et ſcite magis Bald. idem ſcribit *in authen. poſt fratres.*
2. C. de legit. hered. Rationem legis periode vt virtutem eius inter-
nam, & quaſi genus intuendam, quod de ſpeciebus ſuis ſingu-
lis prædicat. De quo dicto Iaſ. meminit *in conſ. 63. col. 4. circa med.*
libr. 3. Eodem Caſtren. ſpectat in *conſ. 175. caſus præſens valde dubitabi-*
lis. num. 4. verſic. præterea præſumendum eſt. lib. 1. Ratione aut cauſa
qua ſtatuentes impulſos præſumendum argu. *c. cum autem. 8. diſt.*
Ratio plane debiti ex donatione excludendi, non alia eſt, niſi
quia neceſſitatem in debito contrahendo donatio non habet.
Quæ ratio generalis † eſt ad debita omnia quadrans, quæcun- 17
que facta voluntaria ſunt, ob id ad debita trahi omnia debet,
ratio in quibus eadem competitur, cum & ſi in caſo quo ſpecia-
li ſcriptura loquatur. *l. hæc actio. ff. de calum. l. regul. 5. §. & licet.* Ibique
Bar. & Bald. *ff. de auro & facti argen. l. nomen debitoris. §. fin. l. pater filium.*
§. fundum. Ibique Bar. *in fin. ff. de lega. 3. l. 2. §. ſi mater. verſ. quid ſi curato-*
res. ff. ad Tertullia. Et apud nos in conſ. 135. nu. 32. & in conſ. 227. nu. 3. Quid
hic dicendum, vbi in debitis neceſſariis generaliter ſemperque
decretum loquitur.

Si dixeris, inter debitum ex donatione, & debita alia volun-
tarie contracta differre, quod cauſa iuſta aut vtilitas interueni-
re in debito alio quam ex donatione poteſt. Reſpondetur, et-
iam in donatione ob cauſam, vtilitatem inueniri donatoris
poſſe. Atque & donatio prohibita ob cauſam eſt, veluti quæ
propter nuptias fit. Quam abſolute aut ſimpliciter facere vaſal-
lus non permittitur, verum heredibus eum mariti reſtitui de-
cretum iubet. Vtilitatem plane & cauſam iuſtam in donatione
propter nuptias inueniri vt circa onus reſtitutionis fiat, procul-
dubio eſt. Quid enim, ſi ad matrimonium optatum citra dona-
tionem propter nuptias id genus, hoc eſt, ſine reſtitutione, aſpi-
rare vaſallus non poteſt. Apparet igitur, vtilitatis huius habitam
rationem non eſſe.

Secundo reſpondetur, nihil argumentum hoc cauſæ iuſtæ
ſeu vtilitatis pendendum. Quando quidem cauſæ cuius iuſtæ
aut vtilitatis fides facta vlla non eſt. Quam tamen faciendam
monſtratum ante habemus, cum à facto pendeat. Quod proba-
tionem expoſcit, ita vt in memorato ſcriptum reſponſo eſt *nu.*
316. Idque & contra principem recipi, quod nes niſi ob cauſam 18
quam iuſta facere quid non permittitur, *in tractat. monſtratum. de*
antiq.

antiq. temp. habemus. part.1.nu.5.verſ.hoc igitur ita præſuppoſito.in conſ.48. in princip. in conſ.241.colum.11.in fin.verſ.Secundo reſpondeo.& in conſ. 293 num.4. Quibus Rum. aſſiſtitur *in conſ.41.num.12.in conſ.46.num. 19. in conſ.147. num.8.in conſ.175.num.8.lib.1.in conſ.98.colum.8.in fin. lib.4.& in conſ.3.num.5.lib.5.* Idem Curti.ſen. probat *in conſ.48.memoria recolendæ.num.50.& ſeqq.& in conſ.ſeq.num.89.verſ.tamen iterato redeundo ad ipſum decretum.* Gramma. *deciſ.15.* Cap. *dec.166.num.7.* Gigas *in tract.de crimine læſæ maieſt.lib.3.q.14.* ſi fidem de cauſa iuſta aſſertio in his principis non habet, quæ à poteſtate eius non pendent. Quanto minus aſſertioni credendum vaſallum ſenatus erit, qui principi ipſi ſeruit. Rurſus ſi Vaſallo fides de cauſa ab eo expreſſa non tribuitur. Quanto minus cauſa in eo præſumenda iuſta erit, quæ expreſſa non ſit. Imo enim nec in principe ipſo cauſam iuſtam præſumendam, ſine qua quid fieri ab eo nequit, *in d. reſtatuto tract.a.habemus nu.9.in conſ.5.num.5.verſ.rurſus quando in d. conſ.241.col.11.in fin.& ſeq.in conſ.253.nu.8.verſ.quod tamen non patere.* Rum. *in conſ.7.num.19.in conſ.21.num.12.in conſ.36 num.26.in conſ.39. num.7.in conſ.220.in fin.lib.1.in conſ.95.num.9.lib.3 in conſ.98.nu.16.verſ. poſſet etiam dici.lib.4.* Fortun. *in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.300.in fi.& duob.ſeq.ff.de lib.& poſt.* Cap. *d.dec.166.nu.8.* Rubeus *in leg.naturaliter.§.nihil commune.nu.108.ff.de acq.poſ.* Hoc amplius, ſatis non eſſet cauſam ipſam iuſtam vere probari, niſi ſi expreſſio facta eius ſit, ſic quomodo luculentiſſime & vberrime remittendo, reſtatum ſuperius liquet. *nu.10.*

Non obſt. narrando atque incidenter verbum illud neceſſariis, in Blanchæ decreto expreſſum. Imo enim principaliter & declarandi nomine, quartum id iteratum. Vnde ſi conſultam deliberatamque magis ex geminatione mentem arguimus, vt in reſponſo declaratum memorato habemus, *num.133.* Quid in repetitione quarta probandum. Quis igitur ferat, incidenter id & ſine myſterio expreſſum, quod inculcatum toties ſit. Rur-
19 ſus † cum niſi iudicio perpenſo, & ob querimonias, liteſque prætentas æditum decretum non ſit, Conſulto atque ex ſententia graui repetitionem verbi neceſſariis tam ſæpe factam, Bartol. traditio docet *in leg.gerit nu.10.ff.de acq.her.* Socin. *in conſ.45. col.1.lib.4.*

20 Secundo reſpondetur, ex verbis † etiam narratiuis ſeu enunciatiuis argumentandi ius eſſe, quæ geminata ſunt, vt incidenter facta enunciatio dicatur. Sic quomodo *in tract.de antiq.temp.* ſcriptum apud nos legitur *part.1.nu.50.* Quid in geminatione hic quadruplici dicendum.

21 Tertio reſpondetur. Non pluſquam ſemel † eſto neceſſariis adiectum verbum ſit, propter ſe tamen, non ob aliud factum, id eſt, vt plenum fieret, in debitis quibus intelligi decretum oporteat. Quo caſu & probationem, & diſpoſitionem ex verbis enunciatiuis aut narratiuis ſequi in eodem monſtratum tracta. & parte prima eſt, *nu.67.& nu.95.ad Venetam impreſſionem.*

Argumentum & illud non mutat, exempli loco de neceſſariis debitis mentionem in Blanchæ decreto factam, ab exem-
22 plis † plane reſtrictionem non induci vt ad debita relatio aut reſtrictio fiat, quæ contracta neceſſario ſunt *l.regula.§.fin.ff.de iuris & fac. ignor. l.ſcire oportet.§.hoc de his.ibi quis exempli gratia ſubiecit.&c. ff. de excu. tutor. leg.damni infecti ſtipulatio comperit.ff.de dam.infect.l.1.§. quod dicitur.ff.de vi & vi arma.l.actionum.§.1.ff.de actio & obl.§.hactenus. inſt.de gradib.c.1.ne cleri.vel mona.* Reſpondetur, per exempla reſtrictionem non induci, quo minus ad ſimilia diſpoſitio protendatur. Declaratio tamen ab exemplis percipitur, in quibus caſibus intelligi ſcripturam oporteat, *leg.fin.§.cum dulcia ff.de trit.vino oleoque lega. clem.non poteſt. de procur. gloſſ. in l.2.in glo.2.in fin.ff.de prima. delict.* Crot. *in l.1.in princip.num.39.verſ.2.adduco.ff.de acqu.poſ.* Fabius *in l.naturaliter.§.nihil commune.num.63.eod.tit.* Declaratio plane à rationis ſimilitudine aut identitate deſumitur, vt in caſibus locum diſpoſitio habeat, quibus ratio eadem, atque exemplis ſit in diſpoſitione adiectis, vt habetur *in leg.vt reſponſum. Cod.de tranſact.in c.ſedes.de reſcrip.* Vnde ad caſus trahi diſpoſitionem non conuenit, qui diſſimiles exemplis, & rationis diuerſæ ſunt. Crot. *in rubr.ff.ſol.matr.num.12.* Riminal. *in conſ.386.numer.10.lib.2.* Sed enim diſſimilem, diuerſamque penitus cauſam & rationem debitorum, quæ voluntarie contracta, atque eorum eſſe, quæ facta neceſſario ſunt. Promptiuſque eſt ſuccurrendum, qui neceſſitate cogente, quam qui vltro quid agit, tex. docet *in d.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.* Ibique gloſſ. & Doct. *ff.quæ ſat.ſeq.cum aliis apud nos in d. reſponſo adſcriptis num.44.& num.44.& num.82.* Idque & ſenatus ipſe communis docet. Itaque ſicut ad debita initio neceſſaria, exempla decreti in dote & donatione propter nuptias applicantur. Ita ad alia eiuſdem rationis referri neceſſaria verbum oportet.

Secundo reſpondetur argumentum regerendo, coloris enim nonnihil argum. haberet, ſi debito [illegible] mentio ſimpliciter facta in Blanchæ decreto ſit, vt ex dotis tunc & donationis propter nuptias exemplo reſtrictio debitorum non fiat. Quo minus in debitis intelligi alia poſſint, etiam quæ voluntarie inita ſunt. Cæterum cum de neceſſariis debitis ſemper loquatur, quæ proprie intelligi niſi in his nequeunt, quæ neceſſaria principio ſunt. Per exemplum ſubiectum, quod ad neceſſitate [illegible] competit, quæ initio ipſo conſtant. Ipſa nec[illegible] anorum ſignificatio haud dubie adiuuatur, vt talia ſint prædicata, qualia † ex- 23
empla ſubiecta demonſtrant. *l.ſi defenſor.ff.de interroga.act.in.l.ſi vero. in pri ff.loca.l.3.* Ibique Bar. *ff.de fundo inſtr. l.Titia.§.1.ff.de verb.oblig.c.inter dilectos.verſ.cæterum.de fide inſtr.c.apoſtolus.32.q.7.* Abb. *in c.2 nu.[illegible] de ord. cognito.*

Non obſtat, neceſſaria debita ea etiam haberi, quæ facta voluntarie ſunt. *d.l.in commodato.§.ſicut ff.commoda.d.l.3.[illegible] act.& oblig.* Ob id cum generaliter in debitis neceſſariis, Blanchæ decretum loquatur initio aut originis diſtinctione non habita, voluntaria, an non origo ſit, generaliter decretum ipſum accipiendum, neque hominis † eſſe, diſtinguere, vbi facta diſtin[illegible] à [illegible] 24
non eſt. *l.3.in fin.ff.de offic.præſid.leg.de pretio.ff.de publica.* Et alia non pauca. & quod Bal. ſcribit *in conſ.371 in volum.1.col.1 circa me[illegible] li.5.* Quod pro communi redditum Sauliano eſt, omnem interpretationem reſtrictiuam literario communi ſermoni eſſe. De quo memoria habita apud nos eſt *in conſ.194.numero quarto.* Retorſionem enim argumenti huius partis diuerſæ aduocationem ſuſtinere, ex his oſtenditur, quæ ſcripta initio ex textibus, gloſſ. & Doct. habemus. Originem in re proprie denominanda † ſpe- 25
ctandam. Neque neceſſaria dici debita poſſe, quæ ab origine voluntatis oriuntur per text. *in d.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.* cum gloſ. & Doct. ibi per tex. *in l.alienationes.* Ibique Albert. *ff.famil. erciſ.* Ex gloſ. & Docto *in d.l.ſi duo.in gloſ.3.de a. que.hered.* Aretino *in d.l.ſi poteſt.in fin.ff.de acqu.hered.* Bald. & Ang. *in conſ.apud Tiraquel.relatum in d. tract.de vtroque retractu fol.97.num.13.& ſeqq.* Idque textibus, Doct. teſtimoniis, rationibuſque aliis, & ipſis inuictis cumulatiſſime confirmatum in reſponſo memorato pro genero habemus *nu. 35.& ſequentium turba.* In errore igitur manifeſtario aduocatio diuerſa deprehenditur. Cum vim.[illegible] ſit, neceſſarium æſtimandum, ad quod vltro quis ſe adſtrinxit, neceſſitatem ipſi ſibi volens conciliando.

Secundo ad arg. reſpondetur, neceſſarium debitum eſſe indicatur, quod contractum vltro eſt, & initium cui voluntas dedit, neceſſarium tamen ſimpliciter non eſt. Neque ſimpliciter neceſſitas continens, verum poſt tempus diuiſum, quam contractum eſt. In ipſo tamen contrahendo neceſſitas vlla non ſubeſt. Itaque cum ſimpliciter † neceſſitas hæc non interueniat. 26
Debitum neceſſarium dici proprie nequit. At improprie & ſecundum quid, poſtquam contractum eſt. Tale quippe proprie non dicitur, quod tale ſimpliciter, & quantum ad omnia non eſt. At ex aliquo tantummodo. Atque ideo ad neceſſitatem hanc trahi decretum non conuenit, quæ neceſſitas ſimpliciter non eſt. Cum proprie & ſimpliciter, non ſecundum quid, intelligi verba debeant *l.ſpadonem.§.qui accepit.* Ibique Bal. *ff.de excuſ.l.eſt lana.l.heres in.nu.§.1.l.hoc legatum.* Ibiq; Bart. *ff.de lega.3.l.1.ff.de don.l.fi. C.de his qui v.[illegible] ætat.c.pen.de ſen.excomm.cap.ſtatutum.iuncto c.[illegible] cat canon.de electio.lib.6.* Bartol. *in l.Lucius.§.quæſitum.ff.de lega.[illegible] in l.1.§.hoc interdictum.ff.de fonte.in l.mariti.§.legis Iuliæ.ff.de adul.* Bald. *in leg. adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocand.in leg.ſi non ſpeciali nu.6.& ſeq. C.de teſt.* Inde fit, vt debitum proprie non dicatur, quod in diem aut ſub conditione debetur *l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de lega.1.* Barto. & alii *in l.1.nu.32.ff ſi cert.pet.* Alex. *in conſ.106,nu.3.verſ.3.verba ſtatuti.lib.5.* Et alia id genus innumera.

Tertio contrarius † argumento huic textus eſt *in d.c.2.* Ibique 27
Decius *in quarta not.de teſtibus.* Eam demum neceſſitatem intelligi, quæ inuitabilis ſit. Quocirca neceſſarium debitum non recte id diximus, quod vitari poteſt. Sed enim debitum excludere haud dubie liceat, quod vltro quis, neque vlla non cogente ſit.

Apparet ex his, conſequentiam non admitti, neceſſarium debitum poſtea efficitur, quam contractum licet voluntarie eſt. Ergo ad debitum hoc trahi ſtatutum conuenit, quo debitorum mentio neceſſariorum ſit. Quatenus pro voluntario omnino habetur. Et nihil pendi neceſſitatem oportet, quam volens

volens quis ſibi accerſit. Vnde neceſſarium proprie dici id non poteſt.

Quarto ad argum. reſpondetur. Generaliter eſto in debitis neceſſariis decretum loquatur, neceſſarium dici & id ſat, quod volens quis ſubit. Ad debitum tamen id genus referri ſtatutum
28 non conuenit, ſiquidem abſurda † ex relatione hac deſcendunt vt ei ſubueniatur, qui vitio, culpaue ſua coniectus in neceſſitatem eſt contra text. *in d.l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. cum aliis in d. reſponſo accumulatis. num. 44. & num. 87. C. quo vberius etiam infra diſceremus*. Abſurdum & alterum accedit, vt feudi, iuriſque alioqui perimendi occaſionem decretum pariat. De quo abſurdo in reſponſo dictum prænarrato eſt *nu. 80. verſ. adnumero rationi non congruit*. Æque abſurdum contingit, vt vigoris aut effectus quicquam verbum neceſſariis toties repetitum non habeat, ſi ad debita referatur, quæ cõtracta voluntarie ſunt, quatenus ſub verbis ea comprehenſa ſatis debitis erant, ita vti monſtratum ante habemus
29 *num. 14*. Quæ cum ita ſint, generalitatem reſtringi † abſurdi vel vnius excludendi cauſa, lex iubet, vti ſcriptum habemus *in conſ. 86. nu. 8*. Quibus Fredet. accedit *in conſ. 210. caſus talis eſt, quidam Epiſcopus. poſt med.* Iaſ. *in conſ. 182. colum. 7. lib. 2*. Sed & in verbis vniuerſalibus reſtrictionem admittendam, ne abſurdi quicquam conſequatur, in eodem demonſtratum reſponſo habemus *num. 76*. Quin etiam verborum offenſionem lex agnoſcit, potius quam abſurdam rem ferat. Alexand. *in conſ. 81. num. 9. & in conſ. 93. nu. 4. & ſeq. libro tertio*. Decius *in cap. cum inter. in ſeptimo not. de exceptio*. Quid hic dicendum, vbi nulla reſtrictio, nulla verborum læſio contingit. Quandoquidem neceſſarium demum id intelligi, in quo initio ipſo neceſſitas interuenit, demonſtratum ante ſatis,
30 atque in reſponſo prædicto eſt. Hoc amplius † etiam ſi decretorum interpretatio reiecta per decretum aliud inueniatur, ad literamque, vt iacent, intelligi verba oporteat. Ea tamen exploſa non cenſetur vnde abſurdum quid emanat. Soc. *in l. cum auus. nu. 89. in l. Iulianus. nu. 5. ff. de condit. & demonſt. in conſ. 84. nu. 3. circa fin. & ſeq. & nu. 6. lib. 1*. Corn. *in conſ. 14. col. 3*. Bald. *in conſ. 224. colum. 5. lib. 2. in conſ. 276. colum. 5. verſ. non tamen tollitur. lib. 4. Expreſſius & ſignificantius. in conſ. 324. colum. penult. in fin. lib. 3*. Brun. *in tract. de mulieribus. art. 5. q. 29. col. 1. poſt med. in fin. quæſtionis*. Socin. iun. *in conſ. 1. num. 142. lib. 1*. Quid dictum hic erimus, Vbi prohibitio vlla facta interpretandi non eſt? Vbi non abſurdum vnum, at multiplex incurrit. De quibus abſurdis etiam memoria habita *in d. reſponſo. pro genero eſt. nu. 61. 76. & ſeq. nu. 85. ver. nono debitorum eſto. nu. 90. in fin. & ſeq. & nu. 104. & ſupra nu. 11. circa fin.*

31 Quinto rationibus † & aliis argumentum hoc à locutione aut ſcriptura generali deductum confutatur. De quibus in reſponſo memorato *nu. 51. 76. 78. 96. 105. 328. 332. 338*. Vnde nihil eſt, quod argumento illo generalitatis ſane quam flexili & vitatu facili aduocatio partis fidat.

Sexto arg. retorquetur. Namque præterquam quod in ſpecie controuerſa euidentiſſime pars fallitur, generaliter neceſſaria debita intelligenda etiam quæ voluntarium initium habẽt, ſic quomodo monſtratum ſæpiuſque habemus. Atque ideo ſignificationi neceſſariorum debitorum argumentum refragatur. Rationibus, & aliis ſane quam mouentibus locum reſtrictioni generalitatis eſſe declaratum non obſcure eſt. Quod cũ ita ſit, in manifeſto retorcutio emicat. Hoc eſt per legem ipſam, legumq; rationes, non etiam ab homine diſtinctionem, & reſtrictionem debitorum neceſſariorum fieri.

Retorcutionem item euidentem & arg. illud ſuffert, locum interpretationi in re clara non eſſe. Apertiſſima quippe res in gratiam agnati & ſucceſſoris in feudo eſt. Neceſſaria debita ea demum accipienda, in quibus aut initio ipſo neceſſitas ineſt, atque ideo neceſſariam originem habent, vel ſi voluntaria, per legem tamen immediate, & citra vllum conſenſum hominis, neceſſitas iniungitur. Idque ſicut textibus, gloſſarum, & Doct. teſtimoniis vulgo receptum oſtendimus. Ita lumen nitidiſſimum obſcurare, ſolique tenebras offundere pars certat.

In eo ſane in primis repercuſſionem manifeſtiſſimam pars ſuſtinet. Tota enim in eo eſt. Id vnum omnium maxime agit, vt doceat, ad debita voluntarie contracta decretum trahendum. Atque ideo rationem eandem debitorum, quæ contracta vltro ſunt, atque eorum eſſe, quæ neceſſitate facta impellente ſunt. Sed enim cauſam multo aliam voluntarie, atque neceſſario cõtractorum eſſe, faciliuſque in neceſſario contractis opem ferendam, declaratum ſatis ante eſt. Diuerſitate itaque rationis inter debita hac admiſſa, quomodo ex diuerſis, rationemque diuerſam habentibus argumentandum pars cenſeat, aſſequi ſatis non poſſum. *l. fin. ff. de calumn. l. Papinianus exulis. ff. de minor. l. 3. §. 1. vbi non ratio diuerſitatis reddi poteſt. ff. de inoff. teſta. l. Seru. §. ſi. ff. de annuis lega. l. et cum. §. ſatisfactionis. ff. vt in poſſ. lega. l. ad iugere. §. quamuis. ff. de leg. 1. l. interpoſitas. C. de tranſact. Et alia in dicto reſponſo pro genero aſſcripta. numero 458. & num. 467*. vſque adeo porro † diuerſitatis ratione lex 32 obſeruat, vt cum ſermo aut ſcriptura generalis non ſit, quo minus reſtrictionem patiatur, vbicunque rationem diuerſam ea habent, quæ ſub generali ſcriptura comprehenſa quis aſſerit. *gloſ. in cap. qui circa. in verſ. aliorum. de electio. lib. 6*. Dyn. *in conſ. 14. colu. 2. in fin*. Bartol. *in l. omnes populi. num. 57. ff. de iuſti. & iure. in leg. ſi pluribus. numer. 6. circa med. verſic. in dubio qualiter intelligatur. ff. de lega. 2*. Signorol. *in conſ. 144. colum. 2. poſt med. verſic. nec obſtat. d. l. ſi ſeruitus*. Bald. *in conſil. 337. ſuper primo puncto dico, quod legatus. num. 2. lib. 4*. Paulus de Caſtr. *in conſ. 187. notandum eſt. colum. penult. poſt med. libr. 5*. Aretin. *in conſ. 19. in facto. num. 3*. Socin. *in l. ſi is qui a no. §. verum. num. 4. ff. de rebus dubiis. in l. Marcellus. §. quidam. colum. 2. ante med. verſ. quarto contra communem. ff. ad Trebell. in conſ. 21. num. 15. lib. 3*. Pe. Lin. *c. ꝑ ſignificaſti. colum. 6. circa fin. verſic. & ſi diceretur quare eſt. de reſcript*. Corn. *in conſ. 103. colum. pen. in conſ. 108. col. 4. & in conſ. 184. colum. fin. lib. 1*. Salnio. *l. in rubri. ff. ſolu. mat. num. 53*. Rationem plane multo aliam debitorum neceſſariorũ, quam voluntariorum eſſe; & ante dictum, & in reſponſo ipſo eſt, *nu. 82*. Quid autem in ratione diuerſa occupamur. Imo enim ius idem & in ratione † minore probandum, vt nec ad ea ſcri- 33 ptura generalis trahatur; ratio in quibus minor eſt. Fulgoſ. putat *in conſ. 135. in cauſa criminationis. col. 3. ante med*. Sed & ius idem verborum vniuerſalium eſſe, eodem ſcriptum reſponſo legitur *nu. 82*. Quæ res frequenti Decii locutioni contradicit, generaliter ſcripturam generalem accipiendam; vt minor in caſu vno atque alio ratio arguatur. Sed enim locus hic excutiendi non eſt. Quatenus diuerſam rationem omnino voluntaria atque neceſſaria debita habent.

Sed arg. lector, quæſo ſincerus audiat, quo decreti Blanchæ ſenſum peruertere aduerſarius laborat. Verba enim decreti obſeruat, quib. de ſuis, id eſt, vaſalli debitis mentio fit. Ita ob vaſalli ipſius debita feudi alienationem decretum permittit. Debita plane vaſalli ea proprie intelligi; quæ ab eo contracta licet voluntarie ſunt. Scilicet vaſalli debita non erunt, quæ neceſſario ſolui ab eo oportet. Et diſſolutionem quorum ob rem ad eum ſpectantem vaſallo ipſi lex imperat.

Secundo argumenti plane ineptitudo fit ſiquidem de vaſalli debitis non ſimpliciter, verum ex qualitate mentio neceſſariis fit. Ita duo coniunctim decretum poſcit, vt vaſalli, atq; neceſſarium debitum ſit. Vnde ſatis non eſt, vaſalli debitum eſſe, niſi & qualitas interueniat, vt neceſſario contractum ab eo ſit; per ea, quæ ſtatuti qualitate probanda in reſponſo ſcripta prædicto ſunt. *nu. 31. 125. 140. & nu. 396.*

Non obſtat, ob cauſas etiam voluntarias feudi alienationem permittendam, dum fraus modo aut dolus abſit. Quod argumentandi genus eo ſpectat vt fraus præſumi doluſue non ſoleat. *l. merito. ff. pro ſocio*. Atque ideo ex cauſa iuſta factam alienationem intelligi. confutatum enim argum. hoc ex ſuperioribus liquet. Cauſam iſtam nec in principe præſumendam vbicunq; niſi ex cauſa qua iuſta facere quid non ſinitur. Atque argum. partis admiſſo, nunquam cauſa iuſta † præſumenda in principe 34 non erit. Semper enim dici poterit, dolum fraudemue in principe non præſumi, quem iuſtitiæ plenum, & id ſentire, quod iuri congruit, lex præſumit, vti ſcriptum habemus *in conſ. 5. num. 21. in conſ. 103. num. 14. in conſ. 168. numer. 9. in conſ. 172. in princip. in conſ. 293. num. 8*. Et præſumptionem iuris principe aſpirare, Abb. ſcribit *in c. in cauſis. in ſecundo nota. de reg. iur*. Decius *in conſ. 125. num. 4*. Pariſ. *in conſ. 5. num. 53. lib. 4*. Quid ita igitur in priuato homine, & principi non conferendo cauſam voluntariam iuſtam præſumendam effutire non pudet. Id quod principi denegatum vel ſummo eſt.

Apparet ex reſponſione hac, præſumptioni locum, de qua *in d. l. merito*. nec in principis gratiam eſſe, vbicunque tertii incommodum vertitur. Quid circa inferiorem probandum priuatumue erit. Idque in d. etiam explicatum reſponſo habemus *num. 62. & ſeq.*

Secundo argumentum hoc partis textibus non paucis refragatur, quibus † expreſſum eſt, reiiciendam interpretationem 35 eſſe. Vnde diſpoſitionis illudendæ circumueniendæque occaſio præſtatur, *vt in conſ. noſtro. 118. nu. 24. in conſ. 175. nu. 3. & in d. reſponſo pro genero. nu. 61. & 77*. Namque ſi argum. hoc partis admitti-

inus, dolum fraudemque non præſumi, locum nunquam interpretanó memorata habebit, quæ ab occaſione fraudis dolive pellenda deſumitur. Imo enim illuſorium fieri áctum patemur, niſi ſi doli fraudiſue præſtita probatio ſit. Quæ argumenti confutatio in reſponſo, etiam prædicto confirmata apparet *nu. 61. in fi. verſ. neq; contrarium hic eſt.*

Tertio argum. diluitur, dolus frauſue eſto abſit, quæ conſilio aut ex propoſito, vt aiunt, committitur. Dolus tamen reipſa interuenit. Læſionem quippe enormem ex debitis tot in maxima feudalium bonorum parte vſque adeo filius ſentiat, vt aliena eum viuere miſericordia oporteat, ſi tatos patrios habere con-
36 tractus cogitur. Dolum [illegible] ne † re ipſa ſimilem, atque eum eſſe, qui conſilio admittitur, iuris incerti non eſt. *l. 2. §. ſi quis ſine. ff. de exceptio. doli. l. ſi quis cum alter ff. de verbor. oblig. l. ſi ſuperſtite. verſ. ſane. Cod. de dolo.* Bart. *in l. fin. num. 3. in fi. ff. de prætor. ſtipul.* Anch. *in conſ. 39. pro claritate col. 1. in conſ. 85. viſis in fi. in conſ. 180. viſa. nu. 11. & in conſ. 375. in ſupradicta. nu* 2. Cor. *in conſ.* 166. *lib.* 1. Dec. *in conſ.* 531. *num.* 4. Riminal. *in conſ. 39. nu. 15. lib. 1. in conſ. 222. in prin. lib. 2.* Ripa *in l. 3. reſponſorum. de dona. reuo. c. 15. nu. 10.* Soc. iun. *in conſ. 48. nu. 24. in conſ. 129. num. 40. libr. 1. in conſ. 38. nu. 23. lib. 2. in conſ. 47. nu. 40. in conſ. 50. num. 6. lib. 3. Et alia permulta.*

Non ob expreſſionum principem fuiſſe, vt ad debita neceſſaria initio, vel quorum neceſſitas à lege ipſa mox imponitur, relatio decreti fiat, ſi ea decreto ipſi mens fuerat. Argumenti enim & huius reflexionem non obſcure aduerſarius excipit. Namq; cum debitorum memoria ſimpliciter in decreto habita Yolant eſſet. Ne in controuerſiam forte vocaretur, ob quæ debita alienare feudum licet, omnia ne, an aliqua tantum, incertitudinem ſermone g[illegible]ali habente. Expreſſum id Blanchæ decreto, atque eius [...]atum eſt. In quo neceſſariorum mentio quartum totieſque facta legitur, quoties debitorum commemoratio occurrit. Quæ etiam repetitio quarta fuerat, ſi debita etiam Blancha ſeuſem., quæ neceſſitate nulla cogente, contracta initio ſunt. Per alia item, ad debita id genus initio neceſſaria, vel quæ à lege mox inducuntur, trahi decretum oportet. De quibus in reſponſo memorato, *nu. 32. & ſequentium congerie. Et nu. 386. verſ. ratione & alia.*

37 Secundo reſpondetur. Expreſſum † de neceſſariis debitis admodum prænarratum, hoc eſt initio ipſo, vel quorum neceſſitas à lege mox exiſtit, hoc ipſo intelligi, quod iuris id rationibus coactis, præſumptionibusue colligitur. Bald. *in l. 2. §. ſeruus per illum text. ff. ad Sillan.* Soc. *in conſ. 188. col. fi. lib. 2.* Rurſus cum ex mente decreti interpretationem hanc conſiſtere in reſponſo teſtatum prædicto ſit, *nu.* 102. Expreſſum id habetur, quod ex mente procedit. *l. 1. de pactum. §. fin. ff. de pact. l. ſi pactum. ff. de proba.* Ex quibus text. ita Bald. ſcribit *in conſ. 200. verba Cyn. in fin. libr. 2.* Idem ex Bart. Ang. & aliis oſtenditur *in l. prætor. §. 1. per glo. ibi verſ. expreſſum. ff. de ope. noui nunciat.* Rom. *in conſ.* 270. 171. *in fin.* Curt. ſen. *in conſil.* 49. *num.* 67.

38 Retorſionis argu. & illud partis cedit. Qualitatem debiti neceſſarii ſecundum verbi † tempus, hoc eſt, cum feudi alienatio fit, intelligendam. *l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. cum talibus non paucis.* Quæ in manifeſto retorſio eſt. Siquidem verbo debitis qualitas neceſſarius aſſuitur. Eam ob rem tempore ipſo verbi debitis, interuenire neceſſitatem oportet; cum debita ipſa contrahuntur. Idque & à nobis obſeruatum in reſcripto memorato eſt, *nu.* 40.

Secundo ad arg. reſpondetur. Verbo alienationis qualitatem fac neceſſariorum adiectam. Ad rem nihilo magis attinet. Siquidem locum regula non habet, de qua *in d. §. ſi extraneus.* Vbicunque abſurdi conſequi quicquam poteſt, ſi ſecundum verbi tempus qualitatem ſpectamus Gardin. Zabarel. *in c. perpendimus. col. 8. de ſenten. excom.* De quo Saluiol. meminit *in rubr. ff. ſol. mat. n. 106. ver. vel & quarto.* Abſurda plane nequidem pauca ab interpretatione hac conſequi, declaratum ſatis ſuperius eſt.

Tertio reſpondetur, ad eum caſum regulam iam dictam non pertinere. Quo ratio eadem tempore verbi, atque ante tempus ipſum non eſt. Saluiol. *in d. rubr. ff. ſolut. matr.* à contrariis argumentando. *l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* Rationem plane diuerſam, ante neceſſitas inueniatur, quam alienatio fiat & debita meantur. An poſtea accedat, quam contracta ſunt, ſuperiora docent, quod ſtugi nullius verbum neceſſarius toties repetitum ſit, quod feudi vniuerſi ſubuertendi occaſio præſtatur, ſi tempore demum alienationis neceſſitatem exquirimus. Diuerſitatis item rationem cumulatiſſime & ſignificantiſſime ea indicant, quæ ad reſponſum notata memoratum ſunt *nu. 2.* & *ſequentium caterua.*

Quarto reſpondetur. Quod dicitur, verbi tempore qualitatem accipiendam taxatiue id non accipi, vt tempore alio interuenire qualitas non debeat. Idque ex text. demonſtratur *in d. l. alienationes.* Ibiq; Alber. *ff. famil. erciſc.* Ex Ang. *in conſ. 243. multi ſunt conſortes. poſt prin.* Ex Aret. *in d. l. 4 poteſt. in fi. cum aliis ſupra accumulatis.* Satis non eſſe tempore alienationis aut actus neceſſitatem interuenire, quoties niſi ob cauſam neceſſariam fieri quid nequit, niſi ſi & ante, initioq; ipſo conciliata neceſſitas ſit. Ita ſatis non fuerit, initio ipſo neceſſitatem contigiſſe, ſi poſtea debiti. Neque ad rem attinet, cum alienatio feudi fit, neceſſitatem vrgere, ſi à voluntate orta neceſſitas eſt, atq; ideo initio ipſo non fuit, cum factum debitum eſt, vel ante per legem ipſam impoſitam aut inducta neceſſitas non ſit. Apparet ex his, tecl un conſequentiam non eſſe tempore verbi alienationis, cum feudum alienatum, neceſſitas debiti apparet. Ergo ſatis ea neceſſitas erit, neque tempore quo alio anteriori ea exigitur. Ex his enim confutata conſequentia oſtenditur, quæ ſcripta mox ſunt. Contrarium item conſequentiæ huic text. gloſ. & Doct. iuni. *in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſat. cog.* Vbi quoties ex conſenſu aut promiſſione hominis cauendi neceſſitas emanat, priuilegio cautionis neceſſariæ non fruitur. Atqui tempore ipſo cautionis aut verbi, cum præſtatio cautionis ſit, neceſſitas ipſa cauendi inuenitur. Sic tempore ipſo verbi, & alio anteriori neceſſitatem ipſam interuenire oportet. Ex gloſ. item & Doct. conſequentia proſternitur, *in d. l. ſi duo. in verſ. ſicre. ff. de acq. her.* vbi ſatis non eſt, verbi tempore damnum contingere, niſi ſi & initio ipſo damnoſa aut onerosa cauſa ſit.

Quinto ſignificantius arg. ipſum proſternitur, quod à regula *d. §. ſi extraneus.* deducitur, Inficias eundo, alienationis tempore neceſſitatis qualitatem ſubeſſe. Etenim ſi ea demum neceſſitas in debitis intelligitur quæ initio contingit, vel per legem immediate iniungitur, vbiq; tempore ipſo alienationis qualitas hæc non reperitur. Quia neceſſario tempore alienationis contracta debita non apparent. Inde hallucinatio manifeſta partis, & fallacia argumenti eius euidenter conſtat, cum ſatis neceſſitatem debiti in feudo alienando putat, quæ ex debito ipſo contracto ſit. Quoniam de neceſſitate hac decretum non loqui neque intelligi in ea poſſe, ſatis ſupraq; dictum tam ſæpiſſime eſt. Itaq; cum ad neceſſitatem decretum pertineat, vel quæ initio eſt, vel à lege immediate procedit. Neceſſitas hæc nec tunc interuenit, cum feudi alienatio exerceretur. Alienationis verbo igitur qualitas eſto adiecta neceſſariorum ſit, verbi tamen aut alienationis tempore qualitas hæc neceſſitatis non inuenitur, neceſſitas videlicet, quam lex exquirit, verum alia, quam nihil lex ipſa facit. Et quæ curæ legi non eſt.

Argumento alio opinionis ſuæ peruicaciam obſcurare partis aduocatio certat. Et ſi maxime ratio diuerſa debiti, quod voluntarie atq; eius videatur, quod contractum neceſſario eſt. At-
tamen † ei etiam opem ferendam, qui culpa ſua in neceſſitatem 39
incidit ex Alex. & Socin. *in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.* Tel. *in c. ſi qui teſtium. in fin. de teſtib.* Bal. *in conſ. 20. quid importent iſta verba. libr. 2.* Profligatum quippe arg. hoc ex his ſatis liquet, quæ in reſponſo ſcripta ante memorato ſunt *nu. 87. & tribus ſeq.* Atque præterea, quæ relata ibi leguntur. Ex Angel. Imol. Roman. Alexandrin. & Soc. argum. ipſum debellatur, *in leg. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb.* Bona fideicommiſſa, quæ ob cauſam alienare neceſſariam liceet, propter neceſſitatem non diſtrahi, in quam vitio ſuo heres grauatus deuenit. Quam receptam ſententiam Soc. ibi aſſerit. Idem Alex. probat *in l. quamuis. numer. 15. poſt med. ff. ſolut. matr. & in conſ. 32. circa fin. lib. 1.* Crebriorem opin. hanc Iaſ. etiam ait *in auth. res quæ. num. 20. C. com. de lega.* Et niſi ob vitæ aut membri redemptione bona tunc fideicommiſſa non alienari, cum vitio grauati neceſſitas accidit, *in d. auth. res quæ. circa fin.* Fulgoſ. putat Soc. *in d. l. Marcellus. §. res quæ. n.* 4.

Bald. huc accedit *in c. ex parte. in prin. de conſuetud.* Priuilegium ne vltra quam facere poſſit, maritus conueniatur, ei non tribui qui vitio ſuo factus pauperior eſt per text. not. *in l. pen. ff. de iure dot.* ſequitur Iaſ. *in l. quod nomine. in fin. prima nota. ff. de cond. indeb.* Ex text. id præter Bald. & Iaſon. confirmatur *in l. ſed hoc ita. §. 1. ff. de re iudic.* Quem text. pro ſententia hac Crotus nominat *in l. frater à fratre. in fin. ff. de cond. indeb.* Baldum etiam Crot. vocat *in c. ſedes. num. 5. de reſcript.*

In eandem ſententiam Bal. ſcribit *in conſ. 478. quæ ſunt res. n. 2.*

lib. 2.

[illegible] Quibus caſibus [illegible] pauperie [illegible] em ſuſtentare vxor diues cogitur, receptum id non eſſe, vbicunque mariti vitio pauperies accidit.

Neq; dixeris, ad delictum prædicta ſpectare, ei ſubueniendum non fore, qui ex crimine factus egenus ſit. Rationem aliam eius videri, qui per culpam pauperie laborat. In enim idem & culpæ eſſe, Soc. ſcribit *in d. l. Marcellus. § res qua. num. 3.* Crot. *in d. l. frater à fratre. in fin.* Idem Alex. tenuit *in l. quamuis. num. 11. post med. ff. de in ius voca.* Rationis quippe atq; æquitatis non videtur, ad incommodum alienum culpam cuius recidere. Et noxiam vaſalli aut heredis grauati culpam agnato ſucceſſori, ſubſtitutoue eſſe. Quam rationem in ſpecie Alexand. obſeruat *in d. l. quamuis.* Ex his item ratio hæc iuuatur, quæ in reſponſo ſcripta prænarrato habemus *num. 91. 266. & numer.* 469. Atque nominatim ex facto aut culpa patris ius filii non minui *in d. testatum responso est. numer.* 92. Ibique aduocationis patris error manifeſtarius

40 aperitur. Quam etiam † non præterit, ſiue eam longe diſſimilem iu iudicio illo grauiori Cercenaſchi fuiſſe. In quo aduerſus primogenituram à patre inſtitutam recte filium reclamare contendit. Si primogenituram filius oppugnat, quæ iure introducta diuino eſt Geneſ. 21. 25. 27. Ad Hebr. *cap. 12. cap. li. r. de voto.* Oldr. *in conſil. 237. perlectis, vnde familia dignitas ſalua manet.* Quid ita fronte tam perfricta defuncti factum ratum à filio habendum, ſcribere non puduit, vnde filii excidium, & familiæ pernicies ſequitur.

Neq; reſponſio mutat, qua contra deciſiones has aduocatio ipſa vtitur. Ad eum caſum eas ſpectare, quo prohibitum quid regulariter, & permiſſum niſi in caſibus quibuſdam non eſt. Cauſam aliam ſpecie controuerſiæ eſſe, In qua permiſſio, feudi alienandi per omnia vertitur. Vitiis enim & erroribus non paucis reſponſio hæc laborat. Principio, feudi alienationem ex cauſa quauis etiam voluntaria atque ex delicto etiam permiſſam putat. Atq; ideo commune feudorum ius ex toto abrogatum. Aliter quippe permiſſio feudi alienandi intelligi per omnia non poteſt. At enim decretis ipſis Yolant, & Blanchæ reſponſio hæc repugnat, quibus niſi in caſibus certis dotis videlicet, donationis propter nuptias, debitis neceſſariis, & ne[illegible]tatibus aliis quibuſcunq; feudi permiſſa alienatio non eſt. [illegible] niſi ob neceſſitates alienari feudum non poteſt. Quod ſi Y[olan]tæ & Blanchæ mens fuerat, vt generalis & abſoluta feudi alienandi permiſſio eſſet. Quorſum de dotibus, donationibus propter nuptias, debitis neceſſariis & neceſſitatibus aliis exprimere. Quid idem attinebat, reſtrictionem ad neceſſaria debita per Blancham fieri. An non ſatis erat, feudi ipſius alienandi habenas ſoluere.

Secundo textibus non parum multis reſponſio hæc aduerſatur. Quibus expreſſum eſt, nominatim correctionem faciendam. Eandemq; ad caſus enarratos coercendam. Id quod reſponſi [illegible] index declarat in verſic. correctio.

Conſequens his ſit, reſponſione ſua partem referri, cum feudi alienationem permiſſam regulariter, atq; ex toto exiſtimat. Imo enim econtrario, prohibitam eam regulariter, & niſi in caſibus quibuſdam permiſſam non eſſe, & verba & mens ipſa ipſa decreti docent. Idq; & in reſponſo confirmatum prædicto legitur *nu. 65.* Quo magis admire id genus reſponſione vti pudori non fuiſſe.

41 Hoc amplius contradictionis vitio † in reſponſione hac eripi pars nequit. Namq; cum argum. illud refellere conatur, ſuperfluum neceſſariis verbum toties repetitum fieri, ſi ad debita referatur, quæ contracta voluntate ſunt, In multis effectum produci ait, de quibus dictum ante eſt. In quibus feudi permiſſa alienatio non erit. Conſequenter interpretationem tunc admitti, generalem feudi alienandi poteſtatem ob verbum neceſſariis non eſſe. Itaq; cum permiſſam modo alienationem ex toto ait, an non contraria ipſi ſibi loquitur.

Quid autem Alexand. & Socin. teſtimonio *in d. l. si fideiuſſor. §. si neceſſaria pars uictitur.* vt ei etiam ſuccurratur, quo vitio ſuo indiget ad neceſſitatemq; trahitur. Atq; ideo neceſſariam ſatiſdationem intelligi, etiam, quæ ex contractu, delictoue præſtatur. Quoniam & per legem neceſſitas hæc cauendi inducitur. Mirum, ni parti ipſi argum. hoc euidenter obſtet. Neceſſarium

42 quippe † ſatiſdationem non aliam admittunt, niſi cuius præſtandæ neceſſitas per legem ipſam immediate, ſine vlla eius pro[m]iſſione ab homine inducitur. Vnde ſi promiſſa ſatiſdatio ab homine ſit, voluntariam eam, non neceſſariam aiunt, quamuis neceſſitas in ea poſt promiſſionem inueniatur. Vnde ex verbis ipſis liquidiſſimis Alexan[d. &] Socin. mente quæ eorum perſpicua non poſſunt voluntaria debita non æſtimari, quæ ex promiſſione contracta homini ſunt. Id quia ex promiſſione & voluntate hominis immediate oriuntur. I[dq]; ſermone proliſiore excerere inutile ſumus. Nominatimq; id ex Soc. *in d. § si neceſſaria oſtenditur num. 7. poſt gloſſ. ibi quid poſſit ideo differt.* Voluntariam ſatiſdationem intelligi, quæ ex conuentione aut promiſſione debetur.

Neq; ad rem attinet, ex facto, omnis voluntario neceſſitatem hanc ſatiſdandi per legem imponi, atq; ideo originem voluntariam neceſſitati eſſe. Quoniam voluntas hæc in ſatiſdatione ipſa non inuenitur, quandoquidem promiſſio vlla facta de ſatiſdando non ſit. Vnde quia ſine conſenſu & voluntate vlla hominis cauendi neceſſitas per legem imponitur, neceſſaria ſatiſdatio iudicatur. Ad [illegible] igitur non attinet, ex facto hominis voluntario cauendi neceſſitatem induci, vt voluntaria ob id cenſeatur, cum voluntas h[æc in ſatiſdati]one ipſa abſit, neque ad cautionem ipſam verba promiſſionis aut facti hominis omnino reſpiciant.

Conſequenter ius dicendum, Ex fa[cto] hominis [vol]untario tum deniq; effectum voluntarium ſequi, ſi [a]d effectum illum voluntas ipſa aſpicit, & ad effectum illum verba ipſa diſpoſitionis ſpectant. Aliter atq; ſi in facto hominis volunta[s] [m]entio vlla de effectu non non fit, verum à lege ipſa præter hominis voluntatem, effectus ille introducitur. Legi enim ceu cauſæ eius immediatæ & proximæ, non homini tribuitur, ſic quomodo locupletius & luculentius declaratum in ſuperioribus apparet *num.* 2.

Fel. item dictum non mouet *in d. cap. si qui teſtium. in fin. de teſtib.* Pauperi ex æquitate ſuccurrendum, quamuis culpa ſua paupertas contigerit. In caſibus enim ab eo expreſſis loquitur. In quibus tertii non intereſt, neq; in incommodum alienum vertitur. Quod in patrimonio minuendo conſiſtit. *l. 3. ff. de d. an. inſeti.* Cauſa alia ſpecies controuerſiæ eſt. In qua filii diſpendium & iacturam feudi vertitur, quod filio ipſi debitum ex contractu feudi ipſius & inueſtituris maiorum eſt. Idq; ex Imola & Doct. oſtenditur *in d. l. Marcellus. § res qua.* Qui heredi ſuccurrendum grauato non putant, qui vitio ſuo in neceſſitatem incidit. Id quia ſubſtituti incommodum vertitur. Vnde cum Imolæ teſtimonio Fel. dictum mitigatur, vt Imola ipſe ſentit. Ita intelligi Fel. oportet, cum tertii ius videlicet deterius non fit, neque incommodo alieno pauperi ſubuenitur. Bartol. *in leg. non ſolum. § ſi liber ita uiuito verbo. numer. 7. Digeſt. de lib. leg. & in l. cum quidam. circa med. verſic. ſoluitur intellectu. Digeſt. de his quibus vt indig.* Rom. *in conſil. 121. numer. 5.* Huc [et] illud ſpectat, ſecundum qualitates & conditiones relatæ referens accipiendum. *leg. ſi prior maritus. Digeſt. ſolut. matrim. leg. aſſe toto. Digeſt. de hered. inſtit.* Et alia non pauca. [Fe]li. etiam ipſius verbis declaratione interpretatio ſeu reſponſio hæc confirmatur. Æquitatis

43 enim ratione † ad opinionem ſuam Feli. impellitur, vt culpæ, vitiiue ratio non prohibeat, quo minus egenti ſubueniatur. Sed enim æquitatis locus rationi non eſt, vbicunq; detrimento alieno pauperi opitulamur. Ita vti verbi[s] pluribus in reſponſo teſtatum memorato habemus, *numer. 91. & ſequent numer. 266. & num.* 469.

44 Nihiloſo magis Bald. ſententia † obſtat *in d. conſil. 20. libro 1.* ob debitum calore iuuenili, aut ex maleficio contractum bonorum fideicommiſſorum alienationem ob perſonam redimendam permittit, vbicunq; propter neceſſitates ſubleuandas alienandi facultas datur. Vnde enim in carcerem vaſallus defunctus ob debita contracta coniici ex forma inſtrumentorum poſſet, vtpote quæ in formam conſcripta executoria ſunt. Sicut ob debita id genus diſſoluenda feudi permiſſa alienatio erat, ita propter debita hæc à filio ipſo feudum alienandum. Idque Philiberti Ducis decreto, quo ius idem ſucceſſoris, [at]que vaſalli defuncti conſtituitur. Ex fide enim non bona ſatis Bald. inducitur. Vtpote qui parti ipſi euidenter nocet, ſi rationem eius ſpectamus. Idcirco enim pro debito voluntario & maleficio, perſonæ redimendæ ius eſſe ait. Quoniam expreſſim id à teſtatore conceſſum ob perſonam redimendam eſt. Qui in perſonam redimendam alienandi copiam nominatim fecit. Quo caſu ad debitam atque adeo cauſam voluntariam, cogitatum neceſſario videtur, cum bellum non geritur. Ius aliud ſeruandum Bal. ſubiicit, quoties in cauſam illam perſonæ redimendæ alienandi poteſtas non ſit. Tunc. n. niſi legitima cauſa

K 4 alie-

alienandi facultatem non dari. Ita Bald. teſtimonium parti contrarium euidentiſſime apparet, quoties de perſona redimenda in facultate ob neceſſitates alienandi, verbum non fit.

Secundo cum Bald. teſtimonio *in d. conſ. 20. pars vtitur.* Id Bald. ſentire facit, vt nihil interſit, ob neceſſitates ſimpliciter, an ob perſonam redimendam alienare conceditur. Vtroq; quippe caſu etiam ob maleficium debitaque voluntaria alienandi ius eſſe. At enim ſi eam Bald. fuiſſe mentem dicimus, incerta atq; frugi nullius verba illa facimus, & pro redemptione perſonæ. Quibus Bald. admititur. Et quæ ſola expendit.

Tertio Bald. ipſe nominatim ſenſui huic reſiſtit, qui expreſſionis ratione mouetur, quod de perſona expreſſum redimenda

45 eſt. Neq; dici † poteſt expreſſionem hanc in verbo neceſſitates intelligi. Quoniam ſub verbo neceſſitates contineri redemptio non poteſt, etiam vbi comprehenſam alias dicamus, expreſſione ipſius redemptionis nominatim facta. *l. cum ex filio. §. 1. l. qui plures. § itaq. l. ex facto. § item quæro. ff. de vulg. l. nonnunquam. ff. de cond. & demonſtr. l. expreſſa. ff. de regul. iuris. & illud, dicite diſcipulis eius, & Petro.* Diſcipulorum enim appellationi Petrus non cedit, poſtquam expreſſio facta eius eſt. Itaq; expreſſionis verbi redemptionis, non etiam neceſſitatum verbo Bal. ſententia fundatur. Quocirca redemptionis expreſſione remota, ſicut ius aliud admittendum Bald. putat. Ita parti ipſi perſpicue aduerſatur, ne ex verbo neceſſitates, redimere perſonam liceat, vbiq; capti vitio neceſſitas contingit. Ita cum probatiſſima Doct. ſententia *in d. l. Marcellus. § res quæ. & d. authen. res quæ.* eo etiam caſu Bal. facit, quod vitæ aut membri redimend. neceſſitas incurrit, contra quam Fulgoſio & Soc. placere ante oſtendimus. Secundum quæ aduerſarius parti eo etiam caſu Bald. apparet quo propitios ſibi Fulgoſium cum Socino habet. Quos ipſos fatales parti eſſe, monſtratum liquido ante eſt.

Quarto vbi aliud ſcriptum apud Bald. fuerat, hoc eſt, rationem neceſſitatum habendam, quæ à facto hominis voluntario, ab homineque ipſo immediate deſcendunt, flocci faciendum id eſſet, vtpote quod textibus, gloſſis, & grauiſſimis, pleniſſimiſq; Doct. teſtimoniis repugnat. Sic quomodo ſæpiſſime, cumulatiſſimeue *monſtratum & ſuperius. & in d. reſponſo eſt.*

Quinto non modo *in d. conſ. 20. lib. 2.* ſed & *in d. l. ſi fideiuſſor. § ſi neceſſaria ratione fortiore* Bald. pugnat. Ibi enim & tunc quoq; nihil neceſſitatem facit, quæ vitio cuius euenit, cum tertii incommodum non vertitur. Quid hic dicendum, vbi feudi iactura periculumq; verſatur. Et quamuis damni ratione tacente, Bal. dictum recipi *in d. § ſi neceſſaria.* non ſoleat, damni tamen cauſa occurrente, recepta haud dubie ex prædictis apparet, parti quoque aduerſarius Bald. idem legitur *in d. conſ. 478. num. 2. lib. 5.* Inopiæ mariti rationem non habendam, vt ab vxore ſuſtentetur, quoties mariti ipſius vitio egeſtas incurrit. A Bald. etiam vulnus lethificum pars accipit *in d. cap. ex parte. in princip. de conſuetud. & in d. cap. ſedes. num. 5. de ſcript.* De quo memoria habita ante eſt *num. 39.* vt mirari ſatis nequeam, impudenter adeo Baldum ſeruum facere, à parte ſcriptum qui partem ipſam nominatim contemnat. Par-

46 ti etiam Bald. obſtet † *in conſil. 432. præmittendum eſt ad euidentiam, quod ordo. nu. 3. lib. 1.* Qui neceſſitatem euidentem poſcit, quoties niſi ex neceſſitate perfici venditio nequit. At enim quomodo euidens dici neceſſitas poteſt, quæ à cauſa originem voluntaria ducit.

Sexto ex diuerſis penitus aduerſarium argumentari, cum Bald. teſtimonium profert euidenter oſtenditur. In qua ſpecie enim Bald. conſuluit, ſi ad voluntaria debita alienandi facultas non trahitur, infructuoſa omnino verba illa fiunt & pro perſona redimenda. Quoniam quæ ob cauſam initio ipſo neceſſariam redemptio fit, incluſa ea, atque expreſſa ſatis in verbo neceſſitatibus erat. Eadem re effectus cuius eſſe verba illa nequeunt. Et pro perſona redimenda, niſi ſi ad cauſas etiam volunta-

47 rias trahitur. Quod cum ita ſit, Ita verba intelligi † illa decet, & pro perſona redimenda, ne irrita, vacuaque ab effectu iaceant. *leg. 1. in fin. Digeſt. ſi quis in ius voca. non ierit. l. quibus diebus. § dominus.* Et quod ibi Bartol. & Socin. *Digeſt. de condit. & demonſtr. cum aliis in d. reſponſo pro genero ipſo accumulatis. numer. 46. & ſequ. numer. 77. 312. & numer. 340.* & quorſum in redemptione ob cauſam initio neceſſariam prouidere, cum prouiſum iam ex verbo ipſo neceſſitatis eſſet. Inutilis enim prouiſio abiicienda. *leg. ſi plures. Digeſt. de teſtamen. tute.* Soc. iun. *in conſil. 182. numer. 13. & ſequ. libro 2.* Vnde cum niſi in cauſa voluntaria vtilitatis quid afferre prouiſio illa de perſona redimenda nequeat. Ad cauſam ipſam voluntariam non trahi non poteſt. Ratio hæc verborum vacantium aut ſuperfluentium in decreto ſilet, quamuis ad debita non trahatur, quæ contracta voluntarie ſunt. Namq; & ſi maxime expreſſio facta in dote, donatione propter nuptias, & debitis neceſſariis eſſet. Conſequens tamen non fit, ad cauſas alias neceſſarias

trahendum decretum eſſe, quatenus † extra caſus expreſſos correctorium educi ius non ſoleat, vt in dicto notatum reſponſo habemus, *numer. 85.* Vnde niſi ſubiectio facta verborum eſſet, & pro neceſſitatibus ſuis aliis quibuſcunque caſus omnes comprehenſi neceſſarii non fuerant, in quibus initio ipſo etiam neceſſitas ſubeſt. Qui non infrequentes contingunt. In qua clauſula & pro neceſſitatibus aliis ſuis quibuſcunq; verbis pluribus occupati in reſponſo prædicto ſumus *numer. 67. & pluribus ſequent.* Atq; vbi ſub verbis illis debitis neceſſariis, neceſſitates comprehendi omnes poſſunt, quod nequaquam admittimus, 48

cum frequentes citra debita, interueniant, ſatis tamen † eſt, vocari in dubitationem poſſe, ad neceſſitates ne alias verba illa pertineant. Quo caſu ſuperflua dici verba illa non poſſunt, & pro neceſſitatibus ſuis aliis quibuſcunq;, ſatis quippe verba operantur, quæ dubitationem abigunt. Rom. *in conſ. 117. ex præmiſſa. col. 2.* Alex. *in conſ. 33. num. 9. verſ. nec ad hoc obſtat. lib. 1. & apud nos in l. 1. num 13. ff. de leg. 1.* 49

Septimo præmiſſorum omnium nihil eſſe fac. Ad perſonam redimendam in ſpecie Bald. eſto neceſſitates verbum proſit, ad rem id nihilo magis attinet. Id quia ex diuerſis prorſus argumentum deducitur. Id eſt, à † teſtatore in bonis ſuis, ad principem in feudo. Inter quos non paululum differt, ratioq; diuerſitatis non leuis vertitur. Teſtator enim pro arbitrio bona ſua diſponit. *§. diſponat. in authen. de nupt.* Princeps plane deteriorem agnatorum conditionem ſine cauſa in feudo non facit, quatenus ex contractu agnatis ius competit, quod citra cauſam lædere princeps non permittitur. Sic quomodo ſcriptum apud nos legitur *in tractat. de antiq. temp. par. 1. nu. 5.* Sed enim cauſa iuſta iuris agnatorum in feudo lædendi, intelligi in eo nequit, quod neceſſitate nulla vrgente, ex voluntate, aut mera animi libidine fit. Et in quo delinquendi & feudi totius peſſundandi occaſio præſtatur. De qua occaſione ſcriptum ſatis *in d. reſponſo legitur nu. 80. verſic. enimuero rationi congruit.* Rationis igitur diuerſitate inter caſum Bald. *in d. conſ. 20.* & caſum controuerſum interueniente, nihil eſt, quod à caſu Bald. argum. deſumatur. *l. naturaliter. § nihil commune. ff. de acq. poſſ. l. inter ſtipulantem. § ſacram. ver. ſed hæc diſſimilia ſunt. ff. de verb. obl. Et alia innumera.* 50

Octauo alienam à ſpecie controuerſa Bald dictum eſſe, non obſcure declaratur. Quoniam † offerendi hic ius tractatur, quod hypothecam expoſtulat, vt in dicto expreſſum reſponſo eſt, *numer. 387. ver. ius hoc offerendi. & numer. duobus ſequent.* Sed etiam ad debita voluntaria decreta fac pertinere, quod ipſum modis omnibus improbamus, feudum tamen alienare, hypothecæue ſubiicere non aliter licet, niſi ſi debita conſtent, quorum nomine alienatio aut hypotheca fit. *l. diuus.* Ibiq; Bart. *ff. de milit. teſtam. Et alia non pauca.* Enimuero debita vlla anteriora non docentur, propter quæ pignori necti feudum deberet. Qualitate igitur debitorum in decreto expreſſa non apparente. Id eſt, quod propter debita antecedentia hypothecæ feudum deſtinaretur, fruſtra decretorum beneficio partem fidere in d. monſtratum reſponſo eſt *nu. 32. 135. 140. ver. ibiq. recipi. & n. 396.* Hypotheca plane tacente, nihil eſt, quod ad ius offerendi pars adeat. Non me fugit, indaginem longiorem in reſponſione hac octaua exquiri. Cæterum cum abunde ſatis aliæ non deſint, otioſam in ea diſceptationem duxi. 51

Apparet ex his, rectius Bald. teſtimonium *in d. conſil. 20. libro 2.* in generi gratiam ſub reſponſo memorato à nobis productum *numer. 94.* Sed & Bald. teſtimonia quatuor aduerſario onoroſa io quinta ante data reſponſione apparent. Inde mentis diuerſæ turbatam ſpectare valetudinem licet. Cum Baldi conſilia ſecum facere, & perinde quaſi ſibi opitulantia vocari à Tiraq. putet. Quandoquidem aduerſarii ipſi validiſſime & ſane quam perſpicue cum Tiraq. Baldo reſiſtunt.

Sed Bald. teſtimonium aliud vtile ſibi pars ait *in conſ. 49. dominus Dynus. lib. 3.* ab appoſitis in morem hunc argumentando. Sicut alienandi prohibitio in verba vniuerſalia concepta ſpeciem omnem alienationis apprehendit. Ita ex diuerſo, quæ verbis vniuerſalibus ob neceſſitates quaſcunque alienandi facta permiſſio eſt, ad neceſſitates trahenda omnes erit, etiam quæ à voluntaria cauſa exiſtunt. Enimuero † ex reſponſo prædicto diſ- 52

reſtum

lectum argum. hoc legitur *num.* 68. Ad neceſſitates, quæ ex debitis ſiunt, porrigi decretum non poſſe, vtpote de quibus expreſſio facta in ſpecie eſt. Idq; vltra ſcripta ibi, ex Rom. tuetur *in conſil.* 503. *numer.* 4. Ruinus *in conſil.* 121. *in fin. libro* 2. Eodem & illud ſpectat, conditionis repetitionem in legatis non admitti, in quibus conditio adiecta ſpecialis eſt ſeu prouiſum in ſpecie apparet. *l. ſub conditione. cum gloſſ. ff. de hered. inſtit. l. Lucius, in prin. ff. de adimen. leg.* Bald. *in l. cum multæ. verſic. ibi ergo, hic dixit imperator. C. de donat. ante nupt.* Angel. *in conſil.* 294. *colum.* 2. *in fin. & column. ſeq. in fin.* Cum. *in conſil.* 112. *cum quidam Florentinus. colum.* 2. *poſt med.* Rom. *in d. conſil.* 503. *nu.* 4. Ioan. de Anan. *in conſil.* 8. *circa fin.* Alex. *in conſ.* 66. *lib.* 3. *& in conſil.* 158. *numer.* 5. *lib.* 6. Reſponſionibus & aliis non paucis clauſula confutata, & pro neceſſitatibus ſuis aliis quibuſcunque, in reſponſo prædicto legitur *numer.* 69. *& pluribus ſeq.* Atque ſenſu ipſo communi clauſulam non obſtare liquet, quæ de neceſſitatibus, non debitis voluntariis loquitur.

Quod vero dicunt, locum decretis aut feudi alienandi facul-
53 tati nunquam ferme futurum, ſi ad † debita relatio neceſſaria ſit. In quibus initio ipſo neceſſitas inuenitur. Re ipſa falli convincitur. An non neceſſitas ipſa vltra dotes & donationes propter nuptias, in feudi bonis, iuribusue eius per iudicia & extra conſeruandis, recuperandisue, in dignitate eius tuenda. In prædiis feudalibus colendis calamitatem à grandine aut cœli iniuria vaſallis & colonis eorum patientibus. In fractis tectisque ædificiis habendis. In ſumptibus neceſſariis vtilibusue faciendis. In morbis curandis, in obſidiisq; etiam ſtatiuis feudi iure domino directo præſtandis. In liberorum diſciplina literaria aut militari. In captiuitate redimenda, quæ citra culpam acciderit, per bellum puta aut latrones, piratasue. Caſus denique infiniti propemodum mortalibus incurrunt, quibus initio ipſo neceſſariis rebus vltra debita perſoluenda, indigeant. Et in quibus culpæ quicquam adſcribi vaſallis nequit. Atque vt verum non diffiteatur, cum neceſſitas rerum in argumentando hoc initio ipſo, excluditur, ſenſus communis egeſtas non dubie includitur, cum iam manifeſtiſſima pernegantur, niſi ſi ſcientem, prudentemue hoc genus argumenta iuuant.

Tolerabilior plane inſpectio diuerſa fuerat, ſi ob cauſam quam iuſtam aut vtilem nomina facta debitorum oſtenderet, quamuis euentus ſecutus triſtis ſit. At enim non modo fides facta rei aut cauſæ vllius iuſtæ non eſt, verum ex debitoris perſona prodigi videlicet, contrarius præſumptio certat. Tolerabilior item aduerſarii inſpectio fieret, ſi in debitis ipſis contrahendis cauſæ cuius iuſtæ facta commemoratio ſit. In quam rem pecunia tanta, tamq; crebro ex mutuo caperetur. Et ob quam bonorum tot quæ præcipua eſſent, alienationes fierent. Et quam neceſſariam cautarum expreſſionem vſq; adeo oſtendimus *numer.* 10. vt bono cui eſſe probationes earum non ſoleant.

Argumento alio adminiculum ſibi aduerſarius parat. Namque filii & agnati ius feudi cauſam tuentis ex eo totum conſtat, quod ad debita initio neceſſaria, ſeu quæ legis neceſſitate immediate fiunt referri decreta oportet. Id quia rationis æquitatiſue non videtur neceſſitati eius auxiliari ius eſſe, quæ agentis culpa acciderit. Enimuero rationem hanc aduerſarius ita elidit
54 & cædit. Nihil culpam faciendam, † vnde conciliata neceſſitas eſt, quoties ad cauſam neceſſitatis commiſſa aut ordinata culpa non ſit. *l. electio. §. ſi is quem. ff. de noxa. l. non omne. ff. de ſtatu lib. l. ſi quis. ff. de actio. & ob. lg. & alia id genus.*

Alienum argum. hoc à te propoſita eſt. Quatenus non id diſceptatur, vt pœnæ aut incommodi quicquam ex culpa ſua vaſallus heresue eius luat. Verum id demum agitur, ne ex vaſalli debitoris culpa damnum in feudo ſucceſſor faciat feudoq; ipſo careat. Quo caſu onerosum tertio culpam cuius non eſſe, indiſcriminatim leges doctoreſq; clamant. Ad caſum vel non ordinata culpa ſit, vt ex reſponſo memorato liquidiſſime abundeq; liquet *num.* 91. *& ſeq. & nu.* 166. *& nu.* 469.

Secundo reſpondetur. De eo quæri ſat, culpæ ne pœnam dependi à vaſallo oporteat, tametſi ordinata ad caſum non ſit, imputatam tamen id genus culpam non eſſe, quotiens caſus aut damnum præſlerit, quoties damnum ipſum ſequi ab ea poteſt. Et proinde tunc rem habent ac ſi parata culpa ad caſum ſit. Bart. *in l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. commoda.* Corn. *in conſ.* 273. *colum.* 3. *circa fin. lib.* 1. Ruin. *in conſ.* 64. *colum. fin. lib.* 5. Sed enim damnum & detrimentum feudi ex culpa hac ſequi vaſalli poſſe, ſi pro arbitrio iis ſucceſſorum necem; debitorum nomine facere feudumque pignori ſupponere & alienare liceat, quis non videt. Ad ſententiam hanc Corn. quadrat *in con. ſ.* 13. *colum.* 3. *verſ. & volunt & in conſil.* 38. *littera* 9. *lib.* 2. *& in conſ.* 12. *column.* 3. *lib.* 4. Ad rem non attinere ad caſum ordinatam culpam non eſſe, vbicunq; damnum quis ex ea accipit. Idq; Crot. probat *in l. conſtante num.* 57. *verſ. tertius caſus ff. ſolut. matr. in ſecunda lectura.*

Tertio ex Fulgoſ. argum. poterit *in l. quis ſortium colu.* 1. *ff. de condic. furti.* Ad caſum culpam paratam hoc ipſo intelligi, quod cauſam quis præbuit, vel in cauſa fuit, quam ob rem caſus ille acciderit. Idem Corneo placet *in d. conſ.* 273. *col.* 3. *circa fin. lib.* 1. Idem Iaſ. ſentit *in l. non amplius. §.* 1. *in* 3. *not. ff. de leg.* 1. In cauſa plane diſpendii tam grauiſſimi vaſalli debitorem eſſe, ſi ob debita eius diſtrahi feudum oporteat non omnium quiſquam ignorat.

Quarto reſpondetur. Ad caſum hoc ipſo relatam culpam cenſeri, quod caſum illum futurum cogitare non ægre quis potuit. Corn. *in dicl. conſil.* 12. *column. fin. verſic. quibus atque quæritur. libro* 4. Caſum plane feudi perimendi facile ex debitis cellarum nemo non perſpicit, qui ſenſus communis expers prorſus non ſit, ſi debita contrahit quorum ſe imparem diſſolutioni videt.

Quinto reſpondetur, diſtinctionem hanc ad caſum necne ordinata culpa ſit, ita ſpectari, ſi omittendo culpa admittitur, aliter atq; faciendo. Eam enim reus ipſe præſtat, vt ordinata ad caſum non ſit. *l. in rebus. §.* 1. *ff. commoda. §. item ſi ...* *in fin. inſtit. quibus mod. re contra. oblig.* Quo text. in ſententiam hanc Dec. vocat *in cap. ex ratione. col. pen. in princ. verſ. ſed iſta reſponſio ſatisfacit. de appell.* Faciendo plane hoc, debita contrahendo, culpam admiſſam procul dubio eſt.

Vt colorem opinioni ſuæ pars inducat, hoc eſt, ad debita decretum trahi, quæ ex cauſa facta etiam voluntaria ſunt, argumentum illud obſeruat, quo ad extenſionem valere non vulgariter ſolet. Fauorabile videlicet decretum eſſe, quo feudi permiſſa alienatio eſt, vt quippe vulgato vtimur, fauores ampliandos. *l. cum quidam. Digeſt. de liber. & poſthum. cum ſimil.* Ibique Innoc. *de donat. regul. odia. lib.* 6. Fauorem plane inde colligit, quod
ad † priſtinum ius redit, quo rem ſuam quiſque diſponere pro 55
arbitrio permittitur. *l. in traditionibus. Digeſt. de pactis. l. legem. Cod. eod. tit. l. cum eſſet. §. fin. Digeſt. de ſeruit. ruſtic. prædior. leg. obres. ff. de pact. dotal. l. Theopompus. ff. de dote præleg. l. etiam. §. licet. ff. ſolut. matrim. l. verbis legis. Digeſt. de verb. ſignific. l. in re mandata. Cod. mand. §. per traditionem. Ibi nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati. & c. inſtitut. de rerum diuiſ.*

Mirum ſatisfacere nequeo, id genus argumentorum mediatione parteio teneri, quæ contraria ei ſunt. Languentis putro ſtomachi eſt, delectum ciborum non facere. An non retorqueri tionem euidentem in argumento hoc aduerſarius ſentit; vaſalli quippe feudum dici ſimpliciter non poteſt, at in eius vita ſolummodo, quo extincto, ad agnatos ſucceſſores ex contractu & inueſtituris defertur. Ad quem caſum Romanorum ius non pertinet. Neq; arbiter quiſquam & moderator rei eſt, quæ ad eum ſimpliciter non pertinet, verum alii reſtitui, aut ad alium peruenire ipſo ſublato, debet. Ibi enim ratio æquitasue vlla non patitur, vt rem diſponere aut alienare in perniciem eius liceat, ad quem reditura ex contractu eſt. *l. peto. §. prædium. ff. de leg.* 2. *l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. comm. de leg.* Ruſus † quod in 56
eum quæſitum per inueſtituram feudi eſt, ad contractum nominatum ſpectat. *c. de forma.* 22. 22. *q.* 5. Bart. *in l. hæredi genſium. § ...* *num.* 19. Ibiq; Iaſ. *nu.* 6. *& ſeq. ff. de pactis.* Abb. & alii *in cap. quæ in eccleſiarum. colum. fin. de conſtit.* Dec. *in conſ.* 78. *in fin. conſ.* 131. *colum.* 4. *verſic. & ideo cum in feud.* Iaſ. *in l. ſi pecuniam. num.* 14. *ff. de condic. ob cauſ. & in vſibus feud. num.* 34. *De quo etiam apud nos in tract. at de antiq. temp. par.* 1. *n.* 5. Inde ius feudi lædere vt poteſt ex contractu quæſitum princeps non permittatur, *vt in d. tract. teſtatum & loco habemus.* Itaq; cum
& iuri † communi Romanorum, nedum feudorum, & tertii 57
hoc eſt ſucceſſoris in feudo; per decretum derogetur, vt de eo diſponere in perniciem alienam liceat, non poteſt decretum id genus odioſum non dici. Idq; expreſſim apud nos notatum in reſponſo prædicto legitur *nu.* 69. *& plur. ſeq.*
Nihilo minus text. nocet † in cap. 1. *§. ſin autem diſſenſerit. qui ib.* 58
dicti feud. alien. Permiſſam olim feudi alienationem ſimpliciter fuiſſe. Quoniam vetuſtum erat, cum deſcendens vaſallus erat. Id quia hereditarium feudum præſumitur. Atq; ideo contra factu oi defuncti venire deſcendens non permittitur, nunc idem in feudo ex pacto & prouidentia admittendum. Eius enim alienandi facultatem ad iniuriam alienam fuiſſe, credibile non eſt, vt ius alienum cuiquam antiquum feudorum ius ſineret.

Secun-

59 Secundo reſpondetur, vbi feudi † alienationem in ſucceſſorum perniciem & iuris ex inueſtituris quæſiti derogationem, vetuſtiore feudorum iure admiſſam dicamus, non poſſet ius hoc vetuſtius odioſum non dici per ea quæ in d. ſcripta reſponſo ſunt *num.* 71. Vnde coloris pluſculum partis argum. haberet, ſi nisi ex lege feudorum agnatis ius & ſucceſſoribus non eſſet. Ibi enim dici poſſet, fauorabili decretum cenſeri, ex quo ad legem ipſam feudorum remeatur. Aliter atq; vbi ex contractu atq; inueſtituris ius deſcendit. In quibus lædendis fauor intelligi prorſus nequit.

Tertio reſpondetur, ex contractu quæſitum ius eſſe non fac. fauorabile decretum dici nihilo magis queat, ſi ad alienatio-
60 nem trahitur, quæ ob cauſam voluntariam fit. Siquidem † feudi totius ſubuertendi occaſio à decreto tum paratur, ſic quomodo in dicto monſtratum reſponſo liquet, *num.* 50. 345. & fuſius apud indicem *in verſic. cauſam in ſpecie. colum. 3. poſt princ. verſic. ratione & alia.* Vbi fauorabilem diſpoſitionem docuimus, vnde bona conſeruantur. Ergo non odioſa non erit, vnde feudi ſequi profuſio poterit, ab oppoſitis colligendo. *leg. 1. ff. de his quæ ſunt ſui vel alien. iuris.* Quo magis adimeret, fauorabile in ea parte decretum contendi.

61 Verba plane illa, ſincere † & ſine fraude, de quibus *in d. cap. 1. §. ſin autem diſſentiente.* ex fide relata bona non ſunt, infeodationi quippe adſcripta, non alienationi ſunt. Infeudatio porro non ſimiliter iure etiam nouo prohibita, atq; alienatio eſt. *d. ca. 1. § ſin autem diſſentiente. & cap. 1. §. ſimiliter. de lege Corra.* Soc. *in conſ. 66. colum. 2. lib. 3. §. ex contrario. col'um. 17. verſic ſium in tertia & vltima. ff. de acquir. poſſ. & alia non pauca.* Itaq; diuerſis penitus argumentum deducitur, id eſt, ab infeudatione permiſſa, ad alienationem quæ prohibita eſt.

Fauorem in decreto aliter etiam aduerſarii expendunt, quod ad vtilitatem publicam feudi alienandi permiſſio ſpectat. Atq;
62 interpretationem largam vtilitatis † publicæ cauſa agnoſcenda. *l. hoc modo. ff. de condit. & demonſtr.* Bartol. *in l. 2. § exercitum. ff. de infam. & in l. quemadmodum. circa med. per gloſſ. ibi. Cod. de agric. & cenſit. libro 11.* Iaſ. *in authent. res quæ. num. 18. C. comm. de leg.* In quo argumento mitum, ni offenſionem pars ſubeat. Ad vtilitatem quippe publicam pertinet, bona conſeruari, non etiam ea diminuendi & dilacerandi occaſionem præberi. *§. ſed & maior.* Ibi expedit enim reipublicæ, ne re ſua quis male vtatur. *inſtitut. de his qui ſicut ſui vel*
